



Joannis DŁUGOSZ Senioris

Canonici Cracoviensis

OPERA OMNIA.

CURA

ALEXANDRI PRZEZDZIECKI

EDITA.

Tomus VII.



JOANNIS DŁUGOSZ

SENIORIS

CANONICI CRACOVIENSIS

LIBER BENEFICIORUM

DIOECESIS CRACOVIENSIS

NUNC PRIMUM E CODICE AUTOGRAPHO

EDITUS.

TOMUS I.

ECCLESIA CATHEDRALIS CRACOVIENSIS. — ECCLESIAE COLLEGIATARUM.

CRACOVIAE

EX TYPOGRAPHIA KIRCHMAJERIANA

MDCCCLXIII.


BIBLIOTEKA NARODOWA

PROOEMIUM.

Quatuor saeculis amplius Poloni exspectabant plenam et integram operum Joannis Dlugossi seu Longini de Niedzielsko editionem, quorum, quae typis vulgata sunt, haec exstant: *Vita Beatissimi Stanislai Episcopi Cracoviensis*, *Cracoviae in officina Joannis Haller*, anno 1511. *Vitae Episcoporum Poznaniensium*, *Brunsbergae* anno 1604, sumptae e codice Joannis Dlugossi manu scripto, continente vitam omnium archiepiscoporum et episcoporum regni Poloniae, et editae a Thoma Tretero canonico et custode Varmiensi. *Historia Polonica Joannis Dlugossi seu Longini*, *Dobromili* anno 1615, priores duntaxat sex libros habet, editos auctoritate et sumptibus Felicis Herburti Signiferi Leopoliensis, cujus parens Joannes castellanus Sanocensis codicem integrum historiae Joannis Dlugossi reliquisse perhibetur. *Joannis Dlugossi seu Longini*, *canonici quondam Cracoviensis*, *historiae Polonicae libri XII*, Tomus I Lipsiae 1711, Tomus II ibidem anno 1712, editore Henrico Barone ab Huyssen, Russorum Caesari a consiliis intimis, qui libros eosdem vulgari curavit e codice manu scripto Adalberti Dembinski, Signiferi Oswiecimensis et Zatoriensis, adnexo insuper libro XIII e bibliotheca Academiae Cracoviensis depromto. *Chronicon episcoporum Smogoroviensis et Ricinensis ecclesiae*, quae nunc Vratislaviensis appellatur, auctore Joanne Longino canonico Cracoviensi, edidit Joannes Sommersberg inter scriptores rerum Silesiacarum Tomo I. e duobus codicibus manu scriptis bibliothecae cathedralis Vratislaviensis. *Denique Lites et Res gestae inter Polonos ordinemque*

Cruciferorum, e codicibus membranaceis bibliothecae Działynscianae nondum editis, cura et magno sumptu summi viri Titi Comitis Działynski nuper typis vulgatae, Posnaniae anno 1855. Nostrae demum obtigit aetati, ut post crebras exspectationes omnia Joannis Dlugossi opera, seu quae lucem jam aspexerunt, seu quae nondum edita in codicibus manu scriptis delitescunt, probe correcta typis mandarentur. Omnis haec cura et laus est Magnifici ac eruditissimi viri Alexandri de Comitibus Przeździecki, plurium Societatum literariarum Sodalis, veri scriptorum et literarum Poloniae hujus aevi Maecenatis, cujus proposito et omni Polonorum genti gratissimo labori promovendo, quidam viri literarum amantes ultro sese obtulerunt, ejusque societatem ad hanc provinciam suscipiendam inierunt. Non defuit tanto studio Capitulum Ecclesiae Cracoviensis, suumque pansit archivum, ubi pretiosissimi codices manu scripti Joannis Dlugossi asservantur, uti: *Banderia Crucigerorum*, *Catalogus Episcoporum Cracoviensium* et *Liber Beneficiorum dioecesis Cracoviensis*, quorum duo, scilicet Banderia et Liber Beneficiorum, codices sunt autographi, Catalogus autem Episcoporum descriptus est e codice autographo hucusque desiderato.

In evulganda Libri Beneficiorum editione prima, mihi devenit hoc munus, ut de codice manu scripto, ejus auctore et argumento, quo potissimum tempore prodierit, et qua polleat virtute, pauca edisseram. Vitae Joannis Dlugossi, operibus ejus praemittendae, scriptor futurus eam obtinebit partem, ut hujus viri in patriam et literas merita operumque seriem recenseat, nobisque planum faciat, quae et quanta sint nostra totiusque gentis in eum officia. Meum quidem propositum non adeo late vagatur, leviorisque negotii factum est, praemonstrante viam doctissimo Josepho Muczkowski, olim professore et bibliothecario Universitatis studiorum Jagellonicae, moderatissimi animi viro et invidia majore, quocum communis mihi erat opera et studium, et cui in edendis Banderiis Pruthenorum ac indagandis codicibus manu scriptis Johannis Dlugossi prima posita cura debetur. Neque plus mihi relictum est operis, quam ut Libros

Beneficiorum cum ejus descriptione conferrem, in qua pauci errores deprehensi minime fidei tanti scriptoris derogant.

Liber Beneficiorum, codex manu scriptus, qui recens in lucem prodit, nullam habet inscriptionem; constat vero tomis quatuor, folio magno in charta papyracea manu ipsius Dlugossi per totum conscriptis, ut praefatus Muczkowscius perhibet, cui argumento sunt binae literae authographae in bibliotheca Academiae Cracoviensis asservatae. Nec ullus tamen horum tomorum non interpolatus; sunt enim folia, quae nonnisi paucas scripturae lineas contineant, aut nudas prorsus paginas porrigant.

Volumen primum 332 habet folia, praecedentibus quatuor pergamenis, quae hisce non computantur; praeter 31 signata, caetera signis carent, undecim vero nullam scripturam praeseferunt. Primum autem locum obtinent: *Responsiones praelatorum Crocoviensis dioeceseos ad articulos Dominorum Baronum et Nobilium Regni Poloniae*, ratione censuum et decimarum. Porro leguntur quaestiones et articuli *de quibus causis judices ecclesiastici se intromittere debeant*, resque orditur a primo inde folio signato his verbis: *Praecipuum et primarium pro suae celsitudinis dignitate nomine et merito Cracoviensis Ecclesia inter ecclesias polonicas post Gneznensem favore Altissimi sortita locum, tanto amplioribus efferenda est praeconiis*, *quanto etc.* Est haec quidem antiquissima Urbis, Ecclesiae et dioeceseos Cracoviensis historia, tribus paginis comprehensa. Descriptio vero Ecclesiae Cathedralis, usque ad paginam 253 continuata, excipit aliam descriptionem Collegiatarum Cracoviae et extra hanc urbem positarum, scilicet: Sandomiriensis, Vislicensis, Kielcensis, Sancti Floriani Clepardiae extra muros, Sancti Michaëlis et Sancti Georgii in arce Cracoviensi, item Scarbmiriensis, Sancti Aegidii, Opatoviensis, Sandecensis et Tarnoviensis. Sub finem habes: *Bona ecclesiae Gneznensis et Plocensis*, *nec non episcopatuum Vladislaviensis et Lubucensis in dioecesi Cracoviensi consistentium;* folio autem ultimo computatur pretium florenorum per quatuordecim scotos, scilicet, quot efficiant marcas duo, tres etc. floreni, usque ad tria florenorum millia, et contra, quot florenis constet una marca ad

centum usque millia marcarum computando. Dum vero auctor operis Joannes Dlugossus ad descriptionem Ecclesiae cathedralis Cracoviensis descendit, narrat imprimis, quibus de causis huic labori se accinxerit, et quo tempore eum susceperit; sed ipsius Dlugossi libet verba citare: *Pontificalis Cracoviensis ecclesia ab annis prope quingentis per Mieczyslaum principem Poloniae, qui primus et se ipsum et polonicam seu lechiticam gentem ab errore vetusto idolatriae ad christianitatis jura reduxit, et per Boleslaum Chabri filium ejus, qui primus apud Polonos regnavit, primusque sua probitate et virtute monarchiam Poloniae per Ottonem imperatorem tertium diademate regio insignivit et in regem creari obtinuit, cum aliis octo pontificalibus ecclesiis intra fines regni Poloniae fundata, dotata et erecta, etsi oppida, castra, villas et manipulares, pecuniales, salis, plumbi, aeris et theoloneorum decimas ceterosque introitus, partim jure divino, partim largitione et liberalitate regum, principum, comitum, militarium, nobilium, ceterorumque fidelium sibi in capite et in membris collatos habuerit, sive tamen pontificum, qui in primitiis nascentis polonicae ecclesiae Polonis praesulari nescientibus, Italici videlicet, Gallici et Hispani, Almani ceterique forenses esse consueverant, ceterarumque ecclesiasticarum personarum desidia, incuria et negligentia, sive frequentibus incendiis et caumate, quibus polonicales ecclesiae ex materia lignea et corruptibili tunc fabricatae subjacebant, omnia vetusta monumenta, privilegia, regestra, et scripta periere, nec literarum illustrata luce sub caligine et obscuro latentia ad nostram pervenere aetatem et notionem; tantaque fuit Cracoviensis ecclesiae episcoporum torpedo, ut et fines dioecesis suae fluvio Poprod clarissime disterminatos per Strigonienses archiepiscopos occupari in diem hanc, et metropolitanam Cracoviensem ecclesiam ex suo fulgore metropolitico in Suffraganeam et subjectam detrudi passi fuerint. Cujus tam miserabilem neglectum ego Johannes Dlugosch Senior de Czarnoczyn canonicus Cracoviensis indignus et immeritus pia compassione miseratus, dum apud reverendissimum olim in Christo patrem dominum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem secretariatus fungerer officio, Cracoviensis episcopatus castra, oppida, villas decimas et singulos introitus, omniaque jura, quam veracius et fidelius*

potui, anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo conscripsi et in scripturam planam et regestratam per claves, tenutas et districtus redegi ad memoriam et duramentum posterorum. Eadem quoque commiseratione ductus, dum serenissimi principis domini Casimiri Poloniae regis, sex filios illustrissimos videlicet: Vladislaum, Casimirum, Albertum, Alexandrum, Sigismundum et Fridericum, literis atque moribus pro modulo ingenii mei, erudirem et instruerem, praefatae cathedralis Ecclesiae Cracoviensis, in membris dignitatum, videlicet: praebendarum, altariarum, vicariarum, psalteristarum, mansionariorum, ceterarumque officinarum jura, proventus et introitus describere millesimo quadringentesimo septuagesimo nativitatis Christi anno et sequentibus aggressus sum, de ceterisque Collegiatis, conventualibus et parochialibus ecclesiis Cracoviensis dioecesis eundem laborem, tum mihi quidem aliis occupato et distento, et in annis meis progresso, sed et cuicunque alteri lacertos vegetiores et otium habenti difficillimum, si vitam propitiatio divina concesserit, et ejusdem propitiationis fretus solatio subiturus jacturam et ignominiam tam diuturni et foedi neglectus a Cracoviensi Ecclesia et dioecesi rescissurus. E quibus verbis probe cognoscitur, Dlugossum anno 1440 conscripsisse dotes Ecclesiae cathedralis, triginta vero annis post, scilicet anno 1470, bona et possessiones ecclesiarum totius dioecesis Cracoviensis.

Volumen II, constat foliis 320, una parte tantummodo signatis, quorum 69 omni scriptura carent. A folio inde 37 usque ad 40, tum a 164 usque ad 166 et 276 usque ad 280, habes inscriptiones et documenta, quae ad annum 1531 et 1590 referuntur; ea vero, quae ad annum 1414 et 1447, spectant, diversa scripta sunt manu. Primum locum obtinet: *Regestrum parochialium ecclessiarum in hoc libro contentarum*, uno folio a capite libri; sub finem autem libri foliis quatuor iisque non signatis conscriptum, quod archidiaconatus Cracoviensem et Sandecensem complectitur.

Volumen III, folia habet 169, una duntaxat parte signata, quorum 16 nudae sunt paginae. Sequuntur aliquot subjuncta documenta, quae ad annos 1585, 1590, 1597 et 1625 referuntur, foliaque non signata replent. Pars haec operis continet bona et

dotes ecclesiarum archidiaconatus Sandomiriensis, praepositurae Vislicensis et Kielcensis, tum archidiaconatus Zawichostensis, decanatus Radomiensis et archidiaconatus Lublinensis.

Volumen IV, praeter octo folia alphabetico numero signata, quae *Descriptionem parochialium ecclesiarum* hoc libro contentarum exhibent totidemque folia vaga ad calcem libri subnexa, constat foliis 356 una tantummodo parte signatis, quorum 68 nullam scripturam praeseferunt. Incipit folio *1. Primum monasterium Sacri Sepulchri Domini Hyerosolymitani in dioecesi Cracoviensi*, mox vero producuntur dotes omnium monasteriorum, quae tunc temporis in dioecesi Cracoviensi consistebant. In numerandis et signandis foliis hujus Tomi errores commissi sunt, paginam enim 59 sequitur 61, folium vero 175 bis occurrit.

Quatuor haec volumina descripta sunt saeculo XVII e codice autographo ad crebriorem usum Procuratoriae Capituli Cracoviensis, additis rerum indicibus, ordine alphabetico digestis. Constat vero hujusmodi liber manu scriptus Tomis tribus, scripturam habet probam, lectu facilem, quae tamen vitio papyri passim mutilati et atramento exesi, lectorem parumper sistit. Index rerum Tomi II assiduo usu admodum corruptus est.

Tomus I, in duas partes dividitur, quibus folio primo haec praemittitur inscriptio: *Librorum Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et dioecesis Cracoviensis per Reverendissimum Joannem Dlugosch seniorem canonicum Cracoviensem, dum apud Reverendissimum dominum Sbigneum Cardinalem et Episcopum Cracoviensem secretariatus fungeretur officio, anno 1440 conscriptorum Tomus primus (uno volumine) continens (in prima parte) descriptionem ecclesiarum: Cathedralis in castro Cracoviensis cum suis praelaturis et canonicatibus seu praebendis atque vicariis, eorundem praedicatore, altaribus, mansionariis, psalteristis, domibus canonicalibus, praestimoniis, decimis et aliis possessionibus.*

In secunda parte (descriptionem) Collegiatarum in et extra Cracoviam consistencium, videlicet: Sandomiriensem, Vislicensem, Kielcensem, Clepardiensem, Scarbimiriensem, S. Michaëlis in Castro, S. Georgii in Castro Cracoviensi, Tarnoviensem.

Pars prior hujusce Tomi habet 185 paginas, numeris signatas, praeter aliquot chartas puras, quae illis non computantur. Continet vero eandem rerum seriem, quae Tomum I codicis autographi explet, a pagina inde 156 usque ad finem, ubi leguntur: *Avisamenta pro bonis tenute Pabianicze per me Joannem Dlugosch concepta*, his verbis extremis: *cum villa regia Wyanczenye.* Sequitur unum folium cum dimidio sine ulla scriptura, denique a pagina 186 usque ad 194 cernuntur aliquot inserta documenta, quae ad codicem manu scriptum Dlugossi non pertinent.

Pars altera, praecedente indice alphabetico ecclessiarum hoc libro describendarum, sex quidem chartis non signatis comparato, 254 foliis constat, eamque rerum narrationem continet, quae Tomo primo codicis a pagina inde 160 usque ad finem legitur. Habes deinde Indicem privilegiorum variorum, et quidem 86 documentorum varii generis, quae pariter ad codicem manu scriptum Joannis Dlugosch non pertinent.

Tomus II, juxta ac primus, duas habet partes: Pars I, inscribitur: *Librorum Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis a Reverendo olim Joanne Dlugosch seniore canonico Cracoviensi, conscriptorum Tomus secundus, in duas partes continentes in se descriptionem ecclesiarum parochialium distinctus. Pars prima continet: archidiaconatum Cracoviensem et Sandecensem* quibus insuper descriptio decanatuum addita est. Pars secunda vero hoc exstat titulo: *Librorum Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et dioecesis Cracoviensis Tomi secundi pars secunda, continens in se descriptionem ecclesiarum parochialium, quae pertinent ad archidiaconatum Sandomiriensem, praeposituram Wislicensem, praeposituram Kielcensem, archidiaconatum Zavichostensem, decanatum Radomiensem et archidiaconatum Lublinensem.* Pars prior, praeter titulum et indicem rerum, decem paginis numero non signatis comparatum, constat 404 foliis signatis, ubi eadem narrantur, quae Tomo secundo codicis autographi continentur. Duo et viginti folia, haud recte computata, aliquot privilegia exhibent. A pagina inde 449 usque ad 481, sedecim quidem foliis legitur specimen villarum, quae suas habent ecclesias; id, quod in codice autographo non reperitur. Deinde pagina 485 usque ad 490

habes *Regestrum ecclesiarum parochialium ad Archidiaconatum Sandecensem et alios spectantium.* A folio vero 491 incipit: *Librorum Beneficiorum Tomi secundi pars secunda*, (ut supra) quae 350 foliis continet Tomum III codicis autographi. Ea autem, quae reliquam hujus libri partem explent, non sunt Dlugossi.

Tomus III, cujus mentionem doctissimus Muczkowski intermisit, complectitur totum codicis autographi volumen quartum, sub titulo: *Librorum Beneficiorum Ecclesiae Cathedralis et dioecesis Cracoviensis, a Reverendo Joanne Dlugosch Seniore canonico Cracoviensi conscriptorum, Tomus tertius, continens in se descriptionem Monasteriorum diversorum Ordinum.* Post duos indices, novem foliis numero non signatis conscriptos, quorum alter locos enumerat habentes suas ecclesias aut monasteria, alter vero locos sine ecclesiis et monasteriis, incipit: *Primum monasterium Sacri Sepulchri Dominici Hyerosolimitani in dioecesi Cracoviensi* et continuatur usque ad paginam 410, seu finem descriptionis *tertii Lublinensis monasterii Ordinis minorum de observantia.* Quae autem subsequuntur varii tenoris documenta, non ad Dlugossum auctorem spectant.

E quatuor voluminibus codicis autogrophi unum tantummodo possidet Capitulum Ecclesiae Cracoviensis, totum quidem pergamenum, munde conscriptum, quod 215 foliis una parte signatis constat. Sunt vero singula volumina codicis tam autographi, quam descripti, praeter unum, compaginibus ligneis superne corio tectis ligata, in quibus conspicitur insigne Capituli, tres Coronae corio impressae.

Autographus hic verus Dlugossi esse perhibetur, quod gravissimorum auctorum judicia et ipsius Dlugossi literae manu scriptae, quotquot supersunt, apprime probant; licet vix crediderim fieri potuisse, ut vir tot laboribus occupatus et a scribendo gravissimis negotiis saepe distractus, nullum sibi adsciverit scribam, satisque temporis ad tantum opus desudandum habuerit. Neque dubitari potest, quin praedictus liber ipsius Dlugossi notas et additamenta obtinuerit. Verum iste scripturae saeculi XV adeo inter se sunt similes, ut probe discerni non possint, et saepe promiscuae habeantur. Forma characterum

quasi exanimis et typorum instar articulata, quum recentes litterae vitam spirare videantur, ut ex scriptura nonnunquam ipsum hominem agnoscas. Longe itaque absum, ut primum Tomum manu ipsius Dlugossi exaratum esse affirmem.

Ratione meritorum Dlugossi, omnes viri honesti inter se consentiunt. Recensere ea quidem non dubitabit, qui vitae Dlugossi scriptorem se delegerit. Mihi non plus incumbit officii, quam ut de Libro Beneficiorum, qua praestat virtute et quanti habendus sit, pauca dicam. Editus est hic liber usui Cracoviensis latissime quondam patentis dioeceseos, quasi clávem ad thesaurum bonorum ecclesiasticorum porrecturus. Opus multae curae ac sudoris (ait Muczkowski) diuturnis studiis et laboribus evigilatum; est enim documentorum undique collectorum locupletissimus acervus. Quoties liber hic duobus Reipublicae Ordinibus secum discordantibus obstitit, postquam in comitiis anno 1635 habitis vim et auctoritatem publicam nactus fuerat! Quot res prodidit nobis memoratu dignas, de vetustissimis sedibus, quae majores nostri ante quatuor saecula occupabant et in hanc usque diem occupant! Sane quidem quot versus, tot commemorationes hominum, rerum et locorum, quae nobis et omni Polonorum genti summae sunt oblectationi, quum dioecesis Cracoviensis mille, nisi forte plures ecclesias complectens, haud exigua pars regni fuerit Libenter perhibeo, hoc unum opus sufficere ad stabiliendam nominis Dlugossi gloriam: at minime justam crediderim hominum ecclesiasticorum accusationem, quod (ut ajunt) editione hujus libri intermissa, memoriam tanti viri neglexerint; est enim haec actio contra universam Polonorum gentem, quasi pariter in Historia Dlugossi a se suppressa peccaverit, sibique hominem exterum pedem praeferre passa sit. Neque nosmet ipsos, sed aetatem potius accusemus: quibus quoque vitiis nostra aetas laboret, posteris ipsis pronuntiandi jus esto, quorum nos latet judicium. Dlugossus pro suo tempore vir fuit, cujus similem haud inveneris. Litterarum scientiam quod attinet, ad calculum XIX aevi vocari non potest. Sermone latino eodem utitur, quo ubique tunc temporis scribebatur. Patriae cultorem summum non negabis.

quippe qui illius amorem cunctis operibus suis instillaverit, et fortasse te pietate sua imbuerit, si modo eum recte capis. Oportebat sane fuisse hominem, patriae et suorum caritatis expertem, cui fas visum fuerit, scriptorem praestantissimum tot affecisse conviciis, ut legitur libro aliunde probatissimo, cui titulus: „Antiquissima legum Poloniae monumenta pagina CIV not. 1.“ Quamobrem vitae Dlugossi scriptor futurus caveat, ne forte (quod Deus avertat) monstrosum et imperito ingenio virum effingat, more scriptorum hujus aetatis, qui alterius detrimento suam sibi quaeritant laudem, nec cuiquam nomini parcunt, carpendo et conviciando, ob levissimum errorem aut verbum, quod non ingenio et rationibus moderni aevi conveniat. Vita Dlugossi eo scribenda est modo, quo suae aetatis scriptor usus fuisset; graviter, animo caritatis pleno et facile ignoscente, quasi duo viri probi secum colloquantur, comiter, amanter et fidenter.

Cracoviae die 5 Julii 1862 anno.

Ludovicus Łętowski

Episcopus Joppensis

Decanus Cathedralis Cracoviensis.

SERIES CAPITUM TOMI PRIMI.

Altariae.

ECCLESIAE COLLEGIATARUM.





raecipuum et primarium pro suae celsitudinis dignitate, nomine et merito Cracoviensis ecclesia inter ecclesias polonicas post Gneznensem favore Altissimi sortita locum, tanto amplioribus efferenda est praeconiis, quanto constat, illam eadem propitiatione divina eminentiori uberiorique donorum et praerogativarum affluentia insignitam. Quippe quae sola singularum aliarum excellentiam supergressa, nemini loco et situ cedit: in tam enim celebri urbe polonica et in arce nobilissima Cracoviensi sita est, quae et totius regni Poloniae facile est caput et vertex, principatumque inter urbes et arces Poloniae sortita, illustrior metropolis gentis et regni censeatur. In ea siquidem est regia sella, in ea aerarium, in ea thronus, in ea regium diadema caeteraque insignia, in ea privilegia clenodiaque diversa regni, in hac generale gymnasium, quo multorum excoluntur erudiunturque ingenia, in hac coronantur unguntur que reges, in hac curiae et certamina, in hac sollemnitates omnes celebrantur; ab hac Poloniae populis redduntur iura, numisma cuditur et in universum regnum derivatur, in hac gladiatorum munus et theatrales eduntur ludi; haec regum corpora condit, haec eorundem incunabula et infantiam alit, ad quam ex Hungaria, Moravia, Bohemia, Austria, Silesia, Maiori Polonia, Saxonia, Suecia, Prussia, Russia, Lithuania, Valachia variarum manerierum merces inferuntur referunturque ex eadem; amplam et diffusam, vix quoque alicui in orbe catholico comparabilem ad quinquaginta miliaria almanica, et in latum et in longum protendentem se habens dioecesim, quod ne cui incredibile videatur, etiam limites eius ponam: tenduntur enim limites eius quantum ad Lucensem spectat dioecesim, a villa Prussin, per villas Zbuczin, Lukow, Trzebyeschow, Ulan, Czemyernyky, Parczow, Ostrow, Novogrod, Lanczna, Laczuchov, Byalka. Item quantum spectat ad dioecesim Chelmensem, ab oppido Byszkupycze, item alia Czemyernyky, Czasthoborowicze, Chrczonow, Bychawa maior, Thargowyska, Wyszokye, Goray, Byala, Pothok, Slup; fluvius autem Wyeprz, alias in latino Aper, in aliquibus locis Cracoviensem dioecesim a Chelmensi disterminat, abinde vero oram suam

usque prope oppidum Rzeschow et usque ad villam Trzczyana, et abinde ad fluvium Jasszyel, qui dioecesim Cracoviensem cum Przemysliensi terminat, inclusive decurrit. A qua ab oppido Jaszlyska, Duklya, et Camyenyecz omnes Alpes polonicas habens in sua dioecesi, ad oppidum Podolynyecz et quicquid fluvii Poprod et Dunayecz terrarum ambiunt, continuat. Inde ad Vratislaviensem dioecesim relapsa, omnem sinum districtuum Zathor, Zywyecz, Wadowycze, Oszwyanczin, Kanthy, Plsczyna, usque quo ad portas Zarky pertingat, in suo iure claudens, a portis autem oppidi Zarky omnem tractum districtuum Mykulow, Wosznyki, Szyewyor, Bythom, usque quo ad fluvios Koczawa et Jstwartha, qui Cracoviensem a Vratislaviensi limitant, perveniatur, sui iuris facit: a fluvio autem Jstwartha, qui Gneznensem et Cracoviensem etiam dioeceses dividit, usque in Wartham fluvium ad oppidum Msthow, in dioecesi Cracoviensi situm, perveniatur. Abinde vero tenduntur fines Cracoviensis dioecesis ad oppidum et fluvium Holudze inclusive; abinde vero processum facit ad fluvios Pylcza, Nyda et Bobrza, a quibus ad fluvium Radomirza et oppidum Nowa Skrzin, relinquendo oppidum Skrzin in dioecesi Gnesnensi; abinde vero ambos districtus Radomiensem et Lukoviensem, dioecesis Cracoviensis, relinquendo, usque quo ad oppidum Lyaszkarzow in dioecesi Cracoviensi situm, quod dioeceses Cracoviensem et Posnaniensem terminat, perveniatur; abinde vero ad villam Prussin, ubi dioecesim Cracoviensem orditi sumus, perveniatur. Est praeterea dioecesis ipsa cathedrali Cracoviensi et undecim ecclesiis collegiatis, videlicet: Sandomiriensi, Visliciensi, Kyelcensi, Scarbimiriensi, Sancti Floriani, Sancti Michaëlis in castro Cracoviensi, Sandeczensi, Oppathoviensi, Sancti Georgii in castro Cracoviensi, Sancti Aegidii in civitate Cracoviensi et Tharnoviensi, et sexaginta duobus monasteriis coenobiisque virorum et foeminarum inclyta; habet enim ordinis Sancti Benedicti tria monasteria, videlicet: Thynciense, Calvimontis Sanctae Crucis, et Szeczechoviense, et quartum foeminarum in Sthanyathky. Item ordinis Cysterciensis virorum tantummodo quinque monasteria, videlicet: Claraetumbae, quod in polonico appellatur Mogyla, Andrzejoviense, Coprzywnyciense, Wanchoczense, Czyrzyczense. Habet ordinis Praemonstratensis quatuor coenobia virorum, videlicet Brzeszense, Sandeczense, Imramoviczense et in Crzyszanowycze; et duo foeminarum, videlicet: in Szwyerzynyecz, et in Buszko. Habet ordinis Sancti Augustini canonicorum regularium quinque monasteria virorum tantummodo, videlicet: Corporis Christi in Casimiria, in Msthow, in Clobuczko, in Krasnyk et in Cochow. Habet ordinis Sancti Pauli, primi eremitae, virorum tantummodo quinque monasteria: in Rupella Sancti Stanislai in Casimiria, in Czanstochowa, in Pyandzyczow, in Banszowa, et in Senno. Habet Hospitalariorum de Wienna, alias de Saxia geminam

crucem albam deferentium, duo monasteria, Spiritus Sancti in Cracovia et aliud in Sandomiria. Habet ordinis Sancti Sepulchri Dominici Hierosolymitani duplicem crucem rubeam deferentium tria monasteria virorum tantummodo; unum in Myechow, alterum Sanctae Hedvigis in Stradomya; tertium in Bythom. Habet ordinis Sanctae Brigittae unum tantummodo monasterium virorum et foeminarum in commune, in oppido Lublinensi. Habet ordinis Minorum duo monasteria foeminarum, sufficienter et magnifice dotata, videlicet: Cracoviense Sancti Andreae et Sandeczense Sanctae Trinitatis in Antiqua Sandecz; virorum vero undecim, videlicet: in Cracovia, Sancti Francisci, in platea fratrum et Sancti Bernardini in Stradomia, in Nova Sandecz, in Antiqua Sandecz, in Tharnow, in Corczyn, in Bythom, in Zawichost, in Lublin, in Oppathow, in Radom. Habet ordinis Praedicatorum virorum tantummodo octo monasteria, videlicet: in Cracovia, in Osswanczin, in Oppathowyecz, in Bochnya, in Smygrod, in Sandomiria duo, videlicet Sancti Jacobi et Mariae Magdalenae, in Lublin. Habet ordinis Sancti Augustini eremitarum virorum quatuor monasteria, videlicet: Sanctae Catherinae in Casimiria, in Ilkusch, in Xanssz, et in Pylszno. Habet ordinis Sancti Augustini de Poenitentia Beatorum Martyrum duo monasteria virorum tantummodo, videlicet: Sancti Marci in Cracovia et in Trzczana. Habet ordinis Beati Augustini eremitarum de monte Carmeli duo monasteria virorum tantummodo, unum Sanctae Mariae in Cracovia in Arena, aliud in oppido Jaszyel. Habet ordinis Beati Benedicti de conditione, lingua et ritu Slavorum, monasterium unum extra muros Cracovienses, quod in lingua slavonica rem divinam et omnes horas explet. Habet unum monasterium foeminarum Sanctae Agnetis in Stradomya de tertia regula Sancti Francisci. Habet et in Sanctae Mariae parochiali ecclesia in Cracovia archipresbyterum, infulae honore perpetuo a sede apostolica privilegiatum. Habet et collegium psalteristarum de sedecim presbyteris, stipe sufficienti dotatum, quorum per vices alternatas, in Cracoviensi maiori ecclesia, in voce canora psalmos davidicos iugiter Deo nocte atque interdiu psallentium, nunquam deest concentus; tam raro ritu atque ordine, ut ecclesiam ipsam nec minimo quidem noctis, aut diei momento, vacuam et a laudibus divinis offendere posset, quomodo libet feriatam. Est et ecclesiis parochialibus ad duo millia et amplius se extendentibus famosa, est et portione ligni Dominici non exigua, tam in se, quam in duobus monasteriis, Calvi videlicet montis Sanctae Crucis, et Sancti Stanislai Lublinensi. Est et clavo Domini verissimo per Jordanum cardinalem episcopum Hostiensem de Ursinis serenissimo principi Vladislao Secundo, Poloniae regi, et Zophiae reginae, consorti suae, misso et ecclesiae Cracoviensi per ipsum regem et reginam donato, et duobus Philippi Sancti digitis, per Martinum papam

quintum eidem regi Vladislao transmissis et ecclesiae Cracoviensi donatis, corporibus quoque Sanctorum Stanislai martyris et pontificis Cracoviensis, pro fide et ecclesiae libertate ab iniquo Boleslao, Poloniae rege, occisi. Item Sancti Floriani martyris, item mandibula Sancti Joannis Baptistae, item brachio Sancti Bartholomaei apostoli, item portione notabili de capite Sancti Laurentii, item dente Sancti Pauli apostoli, papae et martyris, item brachio Sancti Stephani, item brachio Sancti Thomae Cantuariensis, item brachio Sancti Briccii confessoris, item corpore unius Innocentis, item Sancti Christopheri, Vitalis, Mauricii, Sanctae Cordulae capitibus multorumque aliorum Sanctorum ossis et reliquiis magnifice insignita. Haec a Myeczslavo primo christianorum Poloniae principe cum decore iuris metropolitani fundata et dotata, instante devotissima foemina Dąbrowka, eiusdem ducis Myeczslavi consorte, Beato Venceslao Martyri, eius quippe neptis secundum carnem et filia Boleslai Bohemiae ducis erat, anno gratiae 966 dicata est. Cuius processu temporum titulus etiam in Beatissimum Stanislaum translatus et bipartitus est. Hanc ipse Myeczslaus quadro lapide sed anguste fabricaverat; quam demolitam successor eius et nepos Casimiri Primi, regis Poloniae, ex monacho auctoritate apostolica ad saeculum revocato, regnum adepti, filius Vladislai dicti Hermanus, Boleslaus Krzywousthy, dux et monarcha Poloniae; in latiorem amplitudinem extulerat. Sed cum illa quoque proprio incendio deformata foret, Nankerus, Cracoviensis episcopus, anno Domini 1320. veterem formam resolvens, imposita clero totius suae dioecesis contributione, eam in crucis modum, forma larga et ampla iuxta loci capacitatem, partim quadro lapide, partim cocto latere, aedificare coepit; quae nonnisi eo in Vratislaviensem episcopatum translato, et illuc obeunte, per successores suos Cracovienses episcopos consummationi mandata est. Cuius dum praestantias, excellentias et praerogativas numerando numeraveris, illud quoque non in ultimis laudum eius computabis, quod ex omnibus polonicae ecclesiae cathedris, sola sanguine sui pontificis Sacratissimi Stanislai laureata est, sola mirificum sortita praesulem sanctissimum, ex genere polonico ortum, fidei et religionis christianae strenuissimum pugilem et triumphatorem, sola digna visa est. In quam primum et eius pontificem Sbigneum tres summi pontifices, videlicet: Eugenius IV, Felix V. et Nicolaus V. galeri rubei titulum et cardinalatus dignitatis culmen, sub titulo Sanctae Priscae, certatim et summo studio illam honoraturi contulerunt; quae etsi nescio, quo laevo sidere, in fulgore metropolitico mutilata sit, quoniam alias a primaeva sui fundatione privilegio archiepiscopali fulgebat, facile tamen per miserationem divinam et summi pontificis auctoritatem regiamque dignationem et favorem, illum si tantummodo aliquis Cracoviensis praesul prō conatu adniti voluerit, recuperabit, Praemisliensem, Chelmensem et Lubucensem episcopos, pro suffraganeis habitura; quo et decus tam regno quam ecclesiae

Poloniae amplior accedat, et conferatur inter regiones regno Poloniae subiectas, fortis funiculus solido connexionis formandus glutinio, nullo malignitatis livore dissolvendus. Habet insuper episcopatus Cracoviensis in se archiepiscopatus Gneznensis bona temporalia, videlicet: tres villas pleno iure ad se pertinentes et censum annuum de zuppis Wyelicensibus; habent et vicarii Gneznenses censum annuum de zuppis; habet et Scholastria Gneznensis censum decem communis pecuniae marcarum, de quadraginta institis muratis in civitate et circulo Cracoviensi, de qualibet unum fertonem. Habet et episcopatus Vladislaviensis in ea territorium speciale Lagoviense, cum oppido Lagow, villis et decimis ad illud pertinentibus; habet et episcopatus Lubuczensis territorium aliud insigne in oppido populoso Oppathow, cum sedecim villis et octo decimis ad illud pertinentibus; quae quidem omnia bona, Templariis exterminatis, qui illa a primaeva sui fundatione possidebant, illicque habebant primariam sedem et fundum ecclesiae Lubuczensis, per Vladislaum Loktek, dominum et monarcham regni Poloniae, illi perpetuo donata sunt. Habet et episcopatus Plocensis proprium in ea territorium Koczsko oppidum, ad fluvium, qui Aper dicitur, situm, cum aliquot villis ad illud pertinentibus. Habet et episcopatus Praemisliensis etiam proprium territorium, oppidum videlicet Jaszlyska, cum aliquot villis ad illud spectantibus, ex quibus omnibus Cracoviensis dioecesis excellentia singularis arguitur, quae quinque exteris episcopatibus, temporalia bona et singula quidem insignia subministrat, septem confrontata et contermina dioecesibus in suo circuitu consistentibus, videlicet: Strygoniensi, Vratislaviensi, Gneznensi, Poznaniensi, Luceoriensi, Chelmensi et Praemisliensi etc.

PONTIFICALIS CRACOVIENSIS ECCLESIA.

Ab annis prope quingentis per Mieczslaum principem Poloniae, qui primus et se ipsum et polonicam seu lechiticam gentem ab errore vetusto idolatriae ad christianitatis iura reduxit et per Boleslaum Chabry filium eius, qui primus apud polonos regnavit primusque sua probitate et virtute monarchiam Poloniae, per Otthonem Imperatorem III, diademate regio insignivit et in regem creari obtinuit, cum aliis octo pontificalibus ecclesiis intra fines regni Poloniae fundata, dotata et erecta, etsi oppida, castra, villas pecuniales, salis, plumbi, aeris et theloneorum decimas, caeterosque introitus et manipulares, partim iure divino, partim largitione et liberalitate regum, principum, comitum, militarium, nobilium caeterorumque fidelium, sibi in capite et in membris collatos habuerit, sive tamen pontificum, qui in primitiis nascentis polonicae ecclesiae polonis praesulari nescientibus, italici videlicet, gallici et

hispani, almani, caeterique forenses esse consveverant, caeterarumque ecclesiasticarum personarum desidia, incuria et negligentia, sive frequentibus incendiis et caumate, quibus polonicales ecclesiae ex materia lignea et corruptibili tunc fabricatae subiacebant, omnia vetusta monumenta, privilegia, regestra et scripta periere, nec litterarum illustrata luce, sub caligine et obscuro latentia, ad nostram pervenere aetatem et notionem: tantaque fuit Cracoviensis ecclesiae episcoporum torpedo, ut et fines dioecesis suae fluvio Poprod clarissime disterminatos, per Strygonienses archiepiscopos occupari in diem hanc, et metropolitanam Cracoviensem ecclesiam ex suo fulgore metropolitico in suffraganeam et subiectam detrudi passi fuerint. Cuius tam miserabilem neglectum ego Johannes Dlugosch, senior de Czarnoczyn, canonicus Cracoviensis, indignus et immeritus, pia compassione miseratus, dum apud reverendissimum olim in Christo patrem dominum Sbigneum, cardinalem et episcopum Cracoviensem, secretariatus fungerer officio, Cracoviensis episcopatus castra, oppida, villas, decimas, et singulos introitus, omniaque iura, quam veracius et fidelius potui, anno Domini 1440 conscripsi, et in scripturam planam et regestratam, per claves, tenutas et districtus redegi, ad memoriam et duramentum posterorum. Eadem quoque commiseratione ductus, dum serenissimi principis domini Casimiri, Poloniae regis, sex filios illustrissimos, videlicet, Vladislaum, Casimirum, Albertum, Alexandrum, Sigismundum et Fridericum litteris atque moribus pro modulo ingenii mei erudirem et instruerem, praefatae cathedralis ecclesiae Cracoviensis in membris dignitatum, videlicet praebendarum, altariarum, vicariarum, psalteritarum, mansionariarum, caeterarumque officinarum iura, proventus et introitus describere 1470 nativitatis Christi anno et sequentibus aggressus sum, de caeterisque collegiatis, conventualibus et parochialibus ecclesiis Cracoviensis dioecesis eundem laborem, tum mihi quidem aliis occupato et distento, et in annis meis progresso, sed et cuicunque alteri, lacertos vegetiores et otium habenti difficillimum, si vitam propitiatio divina concesserit et eiusdem propitiationis fretus solatio, subiturus iacturam et ignominiam tam diuturni et foedi neglectus, a Cracoviensi ecclesia et dioecesi rescissurus. Principium quoque huius operis a decanatu Cracoviensi ordiar, qui in Cracoviensi ecclesia contra naturam et conditionem aliarum ecclesiarum dignitas est excellentior, et primaria post pontificalem.

Insignita est Cracoviensis ecclesia Praelatorum et Canonicorum iusto et nobili numero, sex habens Praelatos dignitate praeditos, videlicet: Decanum, Archidiaconum, Praepositum, Scholasticum, Cantorem et Custodem, et triginta Canonicos praebendatos.

CHORUS DEXTER.

Decanatus Cracoviensis.

Primaria dignitas et prima post pontificalem in choro dextro, quam nunc tenet Paulus de Glownia, nobilis de domo Godzamba. Primo decanatus Cracoviensis praedictus habet duas villas pro sua proprietate et fundo, unam videlicet Kobylany in parochia ecclesiae parochialis de Bolechowycze, duobus milliaribus a Cracovia distantem, in qua est curia notabilis decani, habens agros praediales notabiles, in tres campos distinctos, de quibus nulli decimat, sed solus ipse decimam manipularem ex agris curialibus absque diminutione percipit et in suum horreum inducit.

Item villa praedicta habet viginti unum laneos cmethonales, et de quolibet solvitur marca et decem scotti, tres dies laborant, proprio curru aut aratro ducturas faciunt quocunque eis mandatur, iungendo in currum ex quatuor laneis, quatuor equos; sed dies in ductura absumpti, computari eis debent ad rationem dierum in septimana debitorum; dant duas mensuras avenae de mensura conferta Cracoviensi, quatuor capones, duos caseos, triginta ova. Item curiales dies ad laborandum pro curia, sunt: feria secunda, quarta et quinta, in quibus, si aliquod festum celebre acciderit, non tenentur ad laborem. Solvunt *oprawam* et *napiszne* per quatuor denarios, sed *obyedne* non solvunt: unam *powabam* tantummodo faciunt in anno, aut pro hiemalibus, aut pro aestivalibus frumentis, tam cmethones, tabernatores, hortulani, molendinatores, quam eorum inquilini. Valor decimae aestimatur ad triginta marcas. Item habet tres tabernas, unam extra villam, quae vocatur Lypka, habens agros speciales et prata, nihil laborans, nisi *powabam*, et solvit tres marcas cum media; secunda est in villa, habens agros et prata, nihil laborans, nisi *powabam*, et solvit tres marcas cum dimidia; tertia taberna est etiam in dicta villa Kobylany, habens agros et prata, et solvens tres marcas. Tam cmethones, quam tabernatores et hortulani solvunt decimam manipularem decano et ducunt eam propriis curribus in horreum decani. Item tabernatores, capones, ova, caseos, ut caeteri cmethones de laneo. Item quatuor hortulani habentes agros proprios et prata et solvit quilibet eorum decem scottos et laborat unam diem in septimana pedester, et praeter hunc diem tenentur apportare sufficientiam aquae pro braxanda cervisia et cervisiam braxatam deferre in cellarium et imponere ad currum; solvunt decimam manipularem, sed non dant capones, caseos, neque ova; habetque dicta villa Kobylany molendina duo, et utrumque habet agros et prata, unum iuxta villam et solvit unam marcam cum dimidia, aliud inter petras et solvit duas marcas de censu annuo et decimam manipularem dant decanatui cmethones omnes, tabernatores, molendinatores praeter hortulanos. Solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas molendinatores: omnia antiqua aedificia

tenentur reficere et portas et ostia nova facere; pro novis autem aedificiis tenentur minorem mercedem quam alii. Curia habet pomeria. Confinat dicta villa Kobylany cum Bandkowycze, villa nobilium, et dividunt villas scopuli, per mericam, per iugum montis, iuxta molendinum Bandkowsky et de hac limitatione habetur specialis littera Petri Szaffranyecz succamerarii, omnia signa ostendens. Item confinat cum Karnyowycze, villa dominorum de Thanczyn et dividit villas vallis, merica et campi; item confinat cum Zabyerzow, villa monasterii Zwierzynensis, et ibi fluvius Rudawa limitat; item cum Wyanczkowicze, villa praebendae Cracoviensis Wyanczkowska, et ibi campi distincti et variati distinguunt; item cum Kleszczowa, villa nobilis Martini Alexandrowsky, de domo Bipennium, et ibi fluvius Rudawa dividit; item cum villa Nyegoschowicze, in qua sunt fere omnes nobiles, et ibi sunt signa antiqua Kobylany et Brzeszynka dividentia: sunt etiam mericae tendentes inter Sczklary nobilis Kowalecz, villam ipsam Kobylany limitantes. Item decanatus praefatus Cracoviensis habet alteram villam pro fundo, dictam Brzeszynka, sitam sub parochia ecclesiae de Rudawa, in qua nullum est praedium decanale aut curia, sed tantummodo sunt duodecim lanei cmethonales, et de quolibet laneo cmetho solvit septem fertones minus uno grosso communis pecuniae; tres dies laborat proprio curru aut aratro in hebdomada, in certis et designatis diebus, videlicet feria secunda, quarta et quinta, in quibus si aliquod festum celebre acciderit, non tenentur ad laborandum illo die. Cmethones faciunt ducturas quocumque eis mandatur, iungendo ex quatuor laneis, quatuor equos; sed ii dies in ductura absumpti, computari eis debent ad rationem dierum in septimana debitorum; dant de laneo duas mensuras avenae de mensura conferta Cracoviensi, quatuor capones, duos caseos, triginta ova, solvunt *oprawam* per quatuor denarios et *napyszne* similiter per quatuor denarios, sed *obyedne* non solvunt. Item est ibi una taberna, habens agros proprios et prata, non laborans nisi *powabam.* Item habet praedicta villa molendinum, habens agros et prata, solvens tres marcas minus fertone, et praedictum molendinum situm est in flumine Ossobnicza. Nullae sunt in dicta villa hortulaniae, et tam cmethones, quam tabernator et molendinator solvunt decimam manipularem decanatui et ducunt eam propriis curribus in horreum decani; solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas, unam *powabam* tantummodo laborant in anno cmethones, tabernator et molendinator et eorum inquilini, quatuor capones, duos caseos et triginta ova. Item confinat praedicta villa Brzeszynka, cum villa Niegoschowicze nobilium, et dividunt villas praedictas agri et prata lapidibus aut *myedzamy* distincta et in aliquibus locis torrens parvus. Confinat etiam cum villa Rudawa, villa capituli Cracoviensis, et dividunt villas agri et prata hinc inde et gagium parvulum quercinum. Item confinat et cum villa Radwanowicze,

quam fere universam incolunt nobiles, et limitat villas ipsas fossatum vocatum Sady et prata parvula, inter quae currit parvulus torrens, quando imbres descendunt. Item est gagium et rubeta, usque ad mericas Kobylany tendentia, et ibi tunc currunt agri villae Radwanowicze, penes mericas villae Kobylany, usque ad haereditatem Sczklary. Confinat etiam cum villa Sczklary usque ad *granities* et limites villae Lazy et dividunt villas praedictas agri de Kobylany, mixti cum agris villae Lazy. Aestimatur autem valor decimae in Brzeszynka ad quindecim marcas.

ZABNO, oppidum. Item praefatus decanatus habet decimas manipulares infrascriptas. Primo in oppido Zabno supra fluvium Dunayecz sito, in quo est ecclesia parochialis, cuius haeres ratione matris Johannes Rabstinsky de Krasznyk de domo Bipennium, in quo duodecim lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima manipularis decanatui et ducitur propriis curribus per oppidanos in horreum per decanum eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad tredecim marcas. Est ibi curia militaris, habens agros praediales, item unus laneus, qui erat advocati et quem haeres, cui vult, conducit ad colendum; item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae ibidem in Zabno; valor eius aestimatur ad tres marcas.

KONARY, villa sub parochia ecclesiae de Otphynow, cuius proprietas pertinet ad monasterium et praepositum in Krzyszanowycze, ordinis praemonstratensis; in qua sunt sex lanei, de quibus decima solvitur decanatui et ducitur per cmethones in horreum a decano eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad quinque marcas. Non est ibi curia coenobialis, neque praedium, neque taberna, neque hortulani; sed sunt quatuor nobilium curiae, totidem habentes praedia, de quibus decima manipularis solvitur plebano in Otphynow.

NYECZECZA, villa sub parochia ecclesiae de Otphynow sita, cuius haeres ratione matris Johannes Rabstinsky de Krasznyk. In qua tantummodo sunt duo lanei cmethonales, de quibus decimam manipularem et canapi per quatuor iuncturas percipit decanus et ducitur per cmethones in horreum per eum eligendum et aestimatur valor eius ad duas marcas. Ultra autem istos duos laneos, sunt in eadem villa alii lanei cmethonales, de quibus manipularem decimam percipit episcopus Cracoviensis. Sunt praeterea ibi alii quatuor lanei, quorum proprietas pertinet ad praebendarium in Othfynow; similiter et una taberna habens agros, de quibus et censum et labores percipit solus praebendarius in Othpynow. Est etiam ibi taberna altera, cuius proprietas cum caeteris iuribus ad plebanum in Zabno pertinet. Non est ibi curia neque praedium.

CZIZOW, villa sub parochia ecclesiae de Othfinow sita, cuius haeres

Stanislaus Lyganza, de domo Polukoza, in qua sunt sex lanei et una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima decanatui Cracoviensi et ducitur per cmethones in horreum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. De his autem sex laneis cmethonalibus occupavit tres laneos haeres, postquam domus cmethonum Dunayecz absorbuit, et nulli de ipsis agris decimam solvit, in quo culpandus est decanus Cracoviensis, qui negligit ius suum.

Otthwynow, villa supra Dunagyecz sita, in qua ecclesia parochialis, cuius haeredes plures; maiorem tamen eius partem obtinet Wisszek, filius Jacobi de domo Griffonum, in qua duodecim lanei cmethonales, item hortulaniae duae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et decima canapi per quatuor iuncturas pro decano et ducitur per incolas in horreum a decano eligendum et aestimatur valor eius ad sedecim marcas: sunt ibi tres curiae militares et tabernae duae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Otphynow.

Pyrszycze, villa sub parochia ecclesiae in Otthwynow sita, cuius haeres Naszyon de domo Bipennium. In qua quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro decano et canapi per quatuor iuncturas et ducitur in horreum a decano eligendum et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Non sunt ibi hortulani, neque taberna; sed est curia militaris, quae de agris praedialibus decimat plebano in Otthwynow.

Gorzycze, villa sub parochia ecclesiae in Otthwynow sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza de domo Polukoza. In qua novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et decima canapi per quatuor iuncturas decano, et ducitur per cmethones in horreum a decano eligendum et aestimatur valor eius ad octo marcas. Sunt ibi tabernae et hortulani, sed non habent agros; est etiam ibi curia militaris, quae de agris praedialibus decimat praebendario in Przeczslaw.

Wyelopol, villa sub parochia ecclesiae in Oleschno sita, cuius haeres praefatus Stanislaus Lyganza. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur in horreum et decima canapi per quatuor iuncturas pro decano; aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Non sunt ibi hortulani, neque tabernae, sed est praedium militare, de quo decimatur plebano in Oleschno.

Borek, villa sub parochia ecclesiae de Oleschno sita, cuius haeres Stanislaus Lyganza praefatus, in qua unus laneus cum medio cmethonalis, de quibus decima manipularis solvitur decano et ducitur in horreum ab eo eligendum, et decima canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad unam marcam. Non sunt ibi hortulani, neque tabernae, sed est scultetus, qui de suis agris decimat plebano in Oleschno.

Oleschno, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres nobilis Petrus Rozembersky de domo Accipitrum: in qua unus laneus cum dimidio cmethonalis, de quibus decima manipularis solvitur decano et ducitur in horreum ab eo eligendum, et decima canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad unam marcam. Non sunt ibi hortulani, neque tabernae, sed est scultetus, qui de suis agris decimat plebano ibidem in Oleschno.

Bren, villa sub parochia ecclesiae de Oleschno sita, cuius haeres nobilis Petrus Rozembersky praefatus. In qua quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur in horreum et decima canapi per quatuor iuncturas pro decano et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Non sunt ibi hortulani, neque tabernae, sed est curia militaris, de cuius agris decimatur plebano in Oleschno.

Gruschow, villa sub parochia ecclesiae de Dambrowa, cuius haeres Petrus Rozembersky praefatus. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur in horreum et decima canapi per quatuor iuncturas pro decano et aestimatur valor eius ad duas marcas. Est etiam ibi ager scultetialis, de quo decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Dambrowa. Non sunt ibi tabernae, neque hortulani.

Oporzyszow, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres ratione matris Johannes Rabstinsky de Krasznyk. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur decano et ducitur in horreum ab eo eligendum et decima canapi per quatuor gerugas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas; et licet haeres colat duos laneos cmethonales ad suum usum, reddit tamen de illis decimam manipularem pro decano. Non est ibi curia militaris, neque praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item est campus praedialis, dictus Czarne Niwy, de quo decimatur ecclesiae in Opporzyszow, et valor ad unam marcam.

Chrzanstow, villa sub parochia ecclesiae in Opporzyschow sita, cuius haeres Jacobus Opporzyszowsky alias Chrzanstowsky de domo Strzegomya. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur decano et ducitur in horreum ab eo eligendum et decima canapi per quatuor gerugas et estimatur valor eius ad duas marcas: non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae. Est ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus manipularem decimam plebano et ecclesiae in Opporzyszow solvit.

Lyaskowka, villa sub parochia ecclesiae de Opporzyschow sita, cuius haeres Joannes Rabstinsky de Krasznyk. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur decano et ducitur in horreum ab eo eligendum et decima canapi per quatuor iuncturas et

aestimatur valor ad quatuor marcas. Et licet haeres colat duos laneos cmethonales, solvit tamen de illis decimam manipularem pro decano in *gonithwam*. Item est ibi curia sive scultetia, habens agros, de quibus agris solvitur decima pro plebano in Opporzyszow; est etiam taberna, sed non habet agros, hortulani non sunt.

Lukowa, villa sub parochia ecclesiae de Lysagora sita, cuius proprietas pertinet ad praebendam ecclesiae Sanctae Mariae Tarnoviensis. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro decano et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum ab eo eligendum. Solvunt etiam decimam canapi per quatuor gerugas, et aestimatur valor eius ad quatuordecem marcas. Est ibi taberna, sed non habet agros, hortulani non sunt; est etiam curia habens agros praediales, de quibus nulli solvit decimam, sed eam canonicus pro tempore praefatae villae pro se tollit et recipit.

Ylikowycze, villa sub parochia ecclesiae in Jurkow sita, cuius haeres Yeszowsky nobilis de domo Streparum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro decano et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum a decano locandum, dant etiam decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Non est ibi curia, neque praedium, sed est taberna et hortulanus, non habentes agros.

Roslawycze, villa sub parochia ecclesiae in Jurkow sita, cuius haeres praefatus Yeszowsky. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui et ducitur per cmethones in horreum a decano eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor gerugas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Est etiam in eadem villa campus, qui Nywy appellatur, de quo datur decima manipularis per haeredem ecclesiae et plebano in Jurkow. Non est ibi curia, neque praedium, sed taberna et duo hortulani, qui non habent agros.

Szedlecz, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad nobiles Johannem Drocheczsky de domo Zabawa, et Pelka de domo..... In qua est unus laneus cum medio cmethonalis, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum et solvunt decimam canapi per quatuor gerugas et aestimatur valor decimae ad quatuor marcas. Sunt etiam ibi duae curiae militarium, habentes agros praediales. Item quatuor hortulani, habentes agros cmethonales inter se partitos, de quibus percipit decimam decanus. Curiae vero solvunt decimam in Jurkow.

Nyedomycze, villa sub parochia ecclesiae in Jurkow sita, cuius haeres Stanislaus Marschowsky nobilis de domo Polukoza. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro decano

et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum a decano eligendum. Solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem marcas. Non est ibi curia, neque taberna, neque hortulani, sed est ibi quidam ager, appellatus Nywa plebanalis, quem colit cmetho, de quo percipit decimam manipularem plebanus de Jurkow et censum.

GLEW, villa sub parochia ecclesiae de Radlow, cuius proprietas pertinet ad Stanislaum Marschowsky praefatum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui et ducitur per cmethones in horreum a decano locandum, dant etiam decimam canapi per quatuor iuncturas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus percipiunt decimam monachi de Poenitentia Beatorum Martyrum in Trzeszczyana. Valor decimae, quae cedit decanatui, ad tres marcas aestimatur.

BISKUPYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Radlow sita, cuius proprietas pertinet ad episcopum Cracoviensem. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, tabernae duae, hortulani duo, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro decano et ducitur propriis curribus per incolas in horreum a decano eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor gerugas et aestimatur valor eius ad triginta marcas. Non est ibi curia, neque praedium episcopale; sed episcopus colit tres laneos cmethonales, de quibus etiam dat decimam manipularem pro decano in *gonithwam*.

SZECZECHOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius haeres Dobeslaus Rokosz de Koszczycze de domo Ostoya. In qua unus tantum laneus, decimam manipularem et canapalem reddens decano; et valor eius ad unam marcam. Non sunt ibi hortulaniae, neque tabernae, sed curia militaris, quae de agris plebano in Gora decimat.

SYROCHOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Woynycz sita, cuius haeres Syrochowsky, de domo Griphonum. In qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur per cmethones in horreum et solvit pro decima canapi quatuor ierugas et valor eius ad duas marcas. Residui autem lanei tres cmethonales dictae villae, solvunt decimam manipularem in Woynicz. Non est ibi curia.

BLONYE, villa sub parochia ecclesiae de Jodlowka sita, cuius haeredes Yohannes Blonsky et Thomas Kazymirsky. In qua duo cum medio lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur pro decano et aestimatur valor eius ad duas marcas. Non est ibi taberna, neque hortulani, sed sunt duae curiae, quae de agris suis decimant plebano in Jodlowka.

LUBCZA, villa sub parochia ecclesiae de Yodlowka sita, cuius haeres Johannes Blonsky et Thomas Kazymyrsky, in qua duo cum medio lanei



cmethonales et una taberna habens agros, de quibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur pro decano et aestimatur valor eius ad duas marcas. Non sunt ibi hortulani, sed duae curiae decimantes pro plebano in Yodlowka.

DAMBROWKA, villa sub parochia ecclesiae de Yodlowka sita, cuius proprietas pertinet ad custodiam Woynicensem, in qua unus laneus cmethonalis decimans manipularem et canapalem decimam pro decano, cuius valor ad unam marcam. Non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae, sed est praedium, de quo ipse scholasticus solus percipit decimam manipularem.

CZUKMAN, villa sub parochia ecclesiae de Olszyny, cuius haeres Nicolaus Buczynsky de domo Strepe. In qua duo lanei cum medio cmethonales, de quibus decima campestris et canapi redditur decano et aestimatur valor ad duas sexagenas. Non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae, sed praedium, quod decimat plebano in Olszyny. Item de aliquibus agris cmethonalibus, qui quondam erant praediales, percipit decimam praepositus Sancti Jacobi in Casimiria, de aliis vero altarista in ecclesia Cracoviensi.

OLSZYNY, villa, in qua ecclesia parochialis Sancto Spiritui dicata, cuius haeres Nicolaus Buczynski; in qua duo cum medio lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapi redditur decano Cracoviensi et valor eius aestimatur ad duas sexagenas: de aliis autem laneis cmethonalibus, tabernatorum et hortulanorum cedit decima pro episcopo Cracoviensi. Ibi est curia, quae decimat custodi in Woynicz. Item quatuor lanei, de quibus decimatur mansionariis Sancti Jacobi in Casimiria. Item praebendae in Dambno post quatuor laneos.

GOSZDECZ, villa, in qua ecclesia parochialis, cuius haeres Spythek Melstinsky, in qua quatuordecim lanei cmethonales et una taberna, habens agros; huius villae medietas decimam solvit pecunialem pro decano per unum fertonem de laneo et facit summa duas sexagenas; altera vero minor medietas solvit etiam decimam, sed manipularem pro decano, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Non est ibi curia, neque praedium militare.

CHARZEWYCZE, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Crucis de Melstin, cuius haeres Spythek Melstinsky. In qua sunt quinque hortulaniae habentes agros, solventes tantum decimam manipularem et canapalem pro decano et valor eius ad unam marcam. Est etiam ibi unus laneus et una taberna habens agros, de quibus et censum et decimam et laborem plebanus Sanctae Crucis de Melstin percipit; est et praedium militare, de quo decimatur plebano et ecclesiae Sanctae Crucis in Melsthin.



Pecuniales decimae Decanatus Cracoviensis.

Zassow, villa, ibidem ecclesia parochialis, cuius haeres ratione uxoris Stanislaus Thanczinsky. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis redditur decano et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item de aliis quinque laneis cmethonalibus eiusdem villae decima fertonalis pro decano; summa facit unam sexagenam. Item est ibi praebendarius habens laneum, quem solus colit, de quo tenetur decimam manipularem reddere decano. Item curia, quae ex agris praedialibus decimat plebano ibidem in Zassow.

Zdzarzecz, villa sub parochia ecclesiae de Zochow, cuius haeres Felix Tharnowsky. In qua unus cum medio laneus cmethonalis, de quibus manipularis et canapalis decima pro decano datur et valor eius aestimatur ad unum fertonem; sunt etiam ibi pauci agri praediales, de quibus decimatur plebano in Zochow.

Wyewyorka, villa sub parochia ecclesiae de Zassow, cuius haeres Stanislaus Thanczinsky ratione uxoris. In qua quadraginta lanei cmethonales, de quibus decima fertonalis solvitur pro decano, et summa eius facit decem marcas. Item haeres deposuit tres laneos cmethonales et convertit in praediales et abstulit decimam a decanatu et decimat de illis praebendario in Zassow.

Borowa, villa sub parochia ecclesiae de Zassow, cuius haeres idem Stanislaus Thanczinsky ratione uxoris, in qua novem lanei cmethonales, solventes decimam fertonalem decano, cuius summa facit novem fertones.

Roza, villa sub parochia ecclesiae de Zassow, in qua plures haeredes et undecim lanei cmethonales, solventes decimam fertonalem decano, cuius summa tres marcae minus fertone.

Zdzary, villa sub parochia ecclesiae de Dambrowa, cuius haeres Stanislaus Lyganza, in qua decima fertonalis de septem laneis cmethonalibus solvitur decano, summa facit septem fertones.

Zelazowka, villa sub parochia de Opporzyschow, cuius haeres Johannes Chrzanstowsky de domo Strzegomya, in qua quinque lanei et aliquot quartae, de quibus decima fertonalis solvitur pro decano una sexagena et quatuor grossi.

Wszeradz, villa sub parochia ecclesiae de Opporzyschow, cuius haeres Johannes Rabstinsky de Krasznyk, in qua decem lanei cmethonales, qui pro decima fertonali solvunt duas sexagenas decano.

Yodlowka, villa, in qua ecclesia parochialis, cuius haeres Paulus Swyrczkowsky, in qua duo cum medio lanei, qui pro decima fertonali solvunt mediam sexagenam decano. Est etiam ibi ager pertinens ad Szczepanowicze, qui pro decima pecuniali solvit sex grossos decano.

Lubynya, villa sub parochia ecclesiae de Yodlowka, cuius haeredes Johannes Blonsky et Thomas Kazymyrsky, in qua quatuor lanei cmethonales, solventes pro decima fertonali decano unam marcam.

Zawadka, villa sub parochia Sanctae Crucis in Melstin, cuius haeres Spithek Melstinsky, in qua quatuor lanei cmethonales, solventes pro decima fertonali unam marcam decano. Item quamvis foedo et vitioso abusu introductum sit, quod praelati ecclesiae Cracoviensis vicarios proprios non habeant, quorum magis quam canonicorum intererat, et ob praestantiam dignitatis, et ob ubertatem fructuum, illos habuisse, unum tamen ex vicariis canonicalibus, qui sibi magis videtur idoneus, decanus eligit in vicedecanum, quem duabus decimis manipularibus solariat; illarum una est in Sczepanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Jodlowka supra fluvium Dunayecz sita, cuius haeres Andreas Kozik nobilis de domo ..... in qua ..... lanei cmethonales; item taberna et hortulani habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicedecano et per incolas in locum ab eo deputandum ducitur et decima canapi per quatuor ierugas datur et aestimatur valor eius ad quatuor marcas: huic decimae dominus episcopus iniuriatur tollendo aliqua novalia progressiva; est etiam ibi curia, quae de agris praedialibus decimat plebano in Jodlowka, et si quando colit agros cmethonales, decimat pro vicedecano. Item habet alteram decimam manipularem in Zlothka, villa etiam sub parochia ecclesiae de Jodlowka supra fluvium Dunaiecz sita, cuius haeres.... In qua lanei ..... cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et etiam canapi per quatuor *kyttas* pro vicedecano et ducitur per cmethones in horreum per vicedecanum deputandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Curia autem et ager praedialis solvit decimam manipularem pro ecclesia in Jodlowka. Item decanus Cracoviensis habet de iure corrigere vicarios et ob delicta destituere et praesentatos a canonicis instituere. — Decanatus Cracoviensis iuxta omnia regesta taxatus est ad centum marcas.

Praepositura Cracoviensis, tertia in Cracoviensi Ecclesia dignitas, sed in choro dextro secunda, quam nunc tenet Petrus Wspinek de Bantkow, nobilis de domo Wilczekossy.

Praepositura Cracoviensis pro fundo dotis suae habet duas villas: unam Dzierzskow in terra Cracoviensi, prope Lelow sitam, in qua est curia praepositi ad fluenta fluminis Nydae posita, habens pulchras domos et officinas et agros praediales in tres campos distinctos, cum pratis et aliis pertinentiis. Est etiam ibi ecclesia parochialis sub titulo Sanctae Mariae Assumptionis et Sancti Clementis, cuius praepositus Cracoviensis est unicus collator et patronus, et

est ecclesia lignea. Item in eadem villa sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet laneus cmethonalis pro censu annuo in festo Sancti Martini solvit praeposituræ mediam marcam et unam diem in septimana laborat proprio aratro, aut curru. Item tenetur facere ducturas proprio curru ad loca in quatuor miliaribus distantia, non ad rationem diei in septimana debitae, sed singulariter. Item tenetur solvere unam mensuram avenae confertam de mensura Leloviensi. Item duos capones, unum caseum, ova viginti, et qui non habent caseum, dant decem ova pro eo. Item in eadem villa sunt duae tabernae habentes agros, et quilibet solvit pro censu annuo unam marcam. Item sunt ibi duae hortulaniae, censum aliquem non solvunt, sed hortulanus quilibet tenetur unum diem in septimana pedestri opere laborare. Item in eadem villa est molendinum in flumine Nyda, quod pro censu annuo solvit praeposituræ duas marcas, habens aliquos agros et prata, de quibus plebano decimat. Item omnes agri villae praefatae tam praediales sive curiales, quam cmethonales, tabernarum et molendini, solvunt decimam manipularem ex integro ecclesiae parochiali ibidem et ducunt illam propriis curribus in horreum plebani et cmethones solvunt decimam canapi plebano per quatuor iuncturas et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item plebanus eiusdem ecclesiae habet pro fundo suo et dote unum laneum liberum et unum pratum magnum cum aliis mediocribus. Item praepositura Cracoviensis ex ecclesiis de Dzierzkowicze et Drochlyn et earum introitibus, villis et decimis caeterisque introitibus fundata et dotata asseritur esse, in cuius signum et evidentiam praepositus quilibet Cracoviensis pro tempore habet duas villas praefatas Dzierzkowicze et Drochlin pro suae praeposituræ fundo, et utriusque ecclesiae in praefatis villis Dzierzkowicze et Drochlin consistente, unicus est collator et patronus. Item cmethones pratum magnum praepositi falcare et rastrare tenentur, conducturam vero non tenentur, nisi ad rationem dierum. Item plebanus habet tria prata, unum post fluvium Nida, aliud post molendinum villae praefatae, eundo ad molendinum Bankowsky, tertium post agros sui allodii. Item plebanus habet tres hortos de sua proprietate, unum iuxta domum, aliud circa pratum allodiale, tertium post hortum tabernatoris Zynck. Item est in eadem villa praedium optimum praepositi Cracoviensis in tres campos distinctum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Dzierzkow. Item omnes cmethones, tabernatores, hortulani, inquilini et incolae faciunt et laborant *powabam* pro vere et hyeme, quilibet de proprio pane duobus falcibus metendo.

Drochlin, villa prope Lelow sita, in qua est ecclesia parochialis lignea ad honorem Sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi dicata, cuius unicus patronus est praepositus Cracoviensis. In qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, et quilibet laneus pro censu annuo solvit in festo Sancti Martini

praepositurae Cracoviensi sedecim scottos pro censu; item duos dies in septimana quilibet habens laneum, proprio curru aut aratro tenetur laborare. Item quadraginta ova et duos capones dare, ducturas facere absque die in Lelow, Dzierzkow et ad molendinum et alias, quo necessarium fuerit. Item duae hortulaniae, quae censum non solvunt, sed unum diem in septimana pedestres laborant et currunt cum litteris ad spatium quinque miliariorum. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, quarum proprietas ad plebanum in Drochlin pertinet, quarum una solvit plebano pro censu unam marcam, alia octo scottos. Item praedium est ibi praepositi et curia, de cuius agris solvitur decima ecclesiae parochiali in Drochlin, et est amplum; duo videlicet lanei in campo Zabrodze et Niwa, et alii duo ibidem deserti in Brzesze; tres lanei in Przeczky, duo lanei in Wirzbiolek, Niwa, unus laneus secus viam Leloviensem, unus laneus inter cmethonales laneos dictus Nazagonin. Item campus magnus in Syedlisk a, in quo centum chori seminantur. Item omnes lanei praediales et agri praefati solvunt decimam manipularem ecclesiae in Drochlin. Item omnes agri tabernarum solvunt decimam manipularem ecclesiae in Drochlin. Item omnes lanei cmethonales solvunt et conducunt decimam manipularem et per sex iuncturas canapalem praepositurae Cracoviensi et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item plebanus habet proprios agros, laneum unum, post horreum et Niwam in Wyrzborek. Item confinat cum villis Conyeczpolye, Podlyesze, Byalya, Sbiczicze.

Byeganow, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzszkow sita, cuius haeredes Nyemyerza Johannes et Stanislaus germani, nobiles de genere Prawditarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum; cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item taberna, item hortulani, item est ibi praedium militare, de quo decima manipularis ecclesiae in Dzerzskow parochiali solvitur et eius valor ad quatuor marcas aestimatur.

Brzostek, villa sub parochia ecclesiae de Przelank sita, cuius haeredes Prandotha de domo Srzenyawa et Goworek de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum propriis curribus, a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad ..... Item taberna ..... item hortulani ..... item praedium est unicum ibi.

Chlewycze, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius proprietas pertinet ad Paulum Odrowansch castellanum Leopoliensem, nobilem de domo Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praepositurae Cracoviensi et per incolas propriis curribus ducitur ad horreum a praeposito locandum, et

solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Sunt etiam ibi tres hortulaniae et duo molendina, sed non habent agros. Item est ibi curia una militaris habens agros, de quibus decimam manipularem percipit plebanus et ecclesia ibidem in Chlewicze, quae filia est ecclesiae in Dzerzskow et ex ea tanquam ex matrice habet generationem.

Chlewska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Moskorzow sita, cuius haeres Johannes Moskorzowsky, nobilis de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item taberna....... item hortulani...... item praedium in eadem villa.....

Crassow maior, villa in Gneznensi dioecesi sita, sub parochia ecclesiae de Bambelno, cuius proprietas et haereditas pertinet ad Johannem Dlugosch, nobilem de domo Wyenyawa. In qua sunt lanei cmethonales duo tantummodo, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item tabernae duae habentes agros, de quibus solvitur decima praeposito Cracoviensi in *gonithwam*. Item hortulania una, sed non habet agros, item praedium ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Bambelno.

Crassow minor, villa in dioecesi Gneznensi sub parochia ecclesiae de Bambelno sita, cuius haeres Johannes Crasszowsky, nobilis de domo Srzyenyawa. In qua est laneus cmethonalis unus, de quo solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius ad unam aestimatur marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae duae, sed non habent agros. Item praedium est ibi ex agris cmethonalibus factum, quod solvit decimam praeposituræ Cracoviensi in *gonithwam*.

Chycza maior, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeredes Andreas de domo Gryffonum..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad..... Item taberna.... item hortulani..... item duo praedia militaria, de quibus decima ecclesiae in Rakoszyn solvitur parochiali, cuius valor ad quatuor marcas.

Chycza minor, villa sub parochia ecclesiae de Dzerszkow sita, cuius haeredes Andreas de domo Gryffonum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ

Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item non sunt ibi praedia militaria.

Cluczycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeredes Andreas et Johannes de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales tres, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item taberna una, habens agros, de quibus decimatur praepositurae Cracoviensi. Item duo praedia militaria, de quibus decima ecclesiae in Dzerzskow parochiali solvitur. Item ibi ecclesia de Przelank habet praedium, de cuius agris nulli decimat. Item hortulaniae duae, habentes agros, de quibus decimatur praepositurae Cracoviensi. Item unus laneus cmethonalis quartus Prandothae, de quo decimatur ecclesiae et plebano in Przelank.

Chebdze, villa sub parochia ecclesiae de Golyenyowi sita, cuius haeres unicus nobilis de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales .... de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium .....

Crzepicze, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeres Andreas Pszarsky, nobilis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales .... de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum. Item tabernae, item hortulani, item est ibi unicum praedium militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Dzerzskow.

Cosszow, oppidum habens ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres unicus Johannes Qwilinsky, nobilis de domo Vulpium; in qua sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Cracoviensi.

Drusikowa, villa sub parochia ecclesiae de Moskorzow sita, cuius haeredes duo, Abraham Ulkowsky de domo Gryffonum et Vilhelmus, nobilis de domo Godzamba. In qua sunt lanei cmethonales sex, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item taberna una, habens unum laneum ex agris praedialibus attributum, de quo decima solvitur ecclesiae in Dzerszkow; item hortulania una non habens agros, item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Moskorzow.

Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeres Johannes Moskorzowsky, nobilis de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales sex, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposíturae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas communes. Item taberna una, habens unum laneum ex agris praedialibus attributum, de quo decimatur ecclesiae in Dzerzskow. Item hortulania una non habens agros, item praedium illic militare unum, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Dzerzskow. Item laneus unus olim praedialis, inter Stanislaum et Chocholek cmethones, de quo etiam decimatur ecclesiae in Dzerzskow.

Golenowy, villa, in qua est ecclesia parochialis murata latere coctili, quam fabricavit Ottha de Msticzow praepositus Gneznensis et regni Poloniae cancellarius: cuius haeredes Johannes Nicolaus Kosczen et Johannes Ottha, Jura, Johannes, Nicolaus item Andreas et Stanislaus et Stephanus Svanthopelci fratres germani et patrueles, nobiles de domo Vulpium. In qua sunt triginta tres lanei cmethonales, item octo hortulaniae habentes agros, item quinque aliae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeposíturae Cracoviensi et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum; et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Item sunt ibi quinque curiae militares, habentes specialia praedia, et omnes agri praediales solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano ibidem in Golyenyowy. Molendinum ibi non est. Item est ibi una taberna, cuius proprietas pertinet ad plebanum in Golyenyowy, quae illi pro censu solvit.....

Jaronowycze, villa sub parochia ecclesiae de Rakoszyn, cuius haeres unicus Johannes cum fratribus, nobiles de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposíturae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum. Item taberna.... item hortulani.... item praedium ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Rakoszin.

Mankarzow, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeres unicus Andreas, nobilis de domo Pravditarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposíturae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum. Item tabernae, item hortulani, item sunt in eadem villa quatuor praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Dzerzskow.

Moskorzow, villa habens ecclesiam parochialem muratam, cuius haeres unicus Johannes, nobilis de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, de

quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposi-turae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item nota, quod ecclesiae praefatae in Moskorzow per Clementem castellanum Vislicensem, nobilem de domo Pilawa, latere cocto muratae, Nicolaus Tramba archiepiscopus Gneznensis, de consensu capituli donavit perpetuo decimas manipulares mensae suae, videlicet in Czikarzow, Mikanow, Grabowa, Rudniky, Kakawa, Lochinya: hanc donationem, etsi suus successor immediatus Albertus Jastrzabyecz conaretur quasi enormem rescindere, nullatenus tamen valuit, licet studiosam et violentam operam adhibuisset, singulis proceribus Poloniae moleste id ferentibus et vociferantibus, ne suorum praedecessorum donationes corrumperet. Item hortulaniae, item tabernae, item praedium ibi unicum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae et plebano in Moskorzow.

Panczow, villa sub parochia ecclesiae de Kossow sita, cuius haereditas et proprietas ad ecclesiam et plebanum in Koszow pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraе Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item praedium.

Przelang, villa parochialem ecclesiam in se habens, cuius haeredes Johannes item Prandotha, nobiles de armis Srzenyewa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraе Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali ibidem in Przelank.

Psary, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeredes Andreas et Stanislaus, nobiles de armis Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraе Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi militare unicum, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Dzerzskow.

Pyrzyny, villa sub parochia ecclesiae de Moskorzow sita, cuius haereditas et proprietas pertinent ad scholastriam in Moskorzow. In qua sunt lanei cmethonales duo et *nywa*, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraе Cracoviensi; et ducunt eam cmethones in horreum propriis curribus a praeposito locandum cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium.

Qwylina, villa sub parochia ecclesiae de Koszow sita, cuius haeres

unicus Johannes, nobilis do domo Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraę Cracoviensi; et ducunt eam propriis curribus cmethones in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item est ibi unicum praedium militare, de quo decima manipularis solvitur pro ecclesia parochiali in Kosszow.

Raskow, villa sub parochia ecclesiae de Slup sita, cuius haeredes Johannes, Petrus et Nicolaus, nobiles de domo Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales viginti unus, de quibus decima manipularis et per tres ierugas canapalis solvitur Cracoviensi praeposituræ; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae, item hortulani, item sunt ibi duae curiae militares, quae iure parochiali pertinent ad ecclesiam in Sczekoczini, cui de praediis duobus solvere tenentur decimam manipularem et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Sprowa, villa sub parochia ecclesiae de Sczekoczini sita, cuius proprietas et haereditas et dominium pertinet ad abbatem et monasterium Clarae Tumbae alias Mogila, ordinis Cisterciensis pro una parte: in qua sunt lanei cmethonales duodecim, item octo hortulaniae, item duae tabernae, habentes agros, item abbatis curia habens agros praediales. Pro altera autem medietate, seu parte, pertinet ad Stanislaum Kosczian, nobilem de domo Accipitrum: in qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, et duae hortulaniae habentes agros, item curia militaris habens agros praediales, de quibus omnibus, absque aliqua diminutione, tam videlicet de agris praedialibus, quam cmethonalibus, hortulanorum et tabernatorum solvitur decima manipularis praeposituræ Cracoviensi et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum: de agris vero praedialibus ducitur per cmethonem, apud quem locatur decima, et solvunt decimam canapi cmethones per tres ierugas, et valor decimae aestimatur ad undecim marcas. Item pars Stanislai habet praedium militare, de quo decimam manipularem percipit ecclesia et plebanus in Sczekocini: valor decimae manipularis, quae cedit pro praepositura Cracoviensi, aestimatur ad decem marcas.

Slup, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Stephanus Suathopelkonis unicus, nobilis de domo Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item tabernae, item hortulani, item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae ibidem in Slup.

Sbiczicze, villa sub parochia ecclesiae de Lelow sita, cuius haereditas et

proprietas pertinet ad oppidanos Lelovienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposturae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item sunt in eadem villa praedia, sed de omnibus datur decima manipularis praeposturae Cracoviensi in *gonithwam*.

Slanczin, villa parochialem ecclesiam in se habens, cuius haeredes Andreas Rakowsky, Johannes Lypowsky et Nicolaus Coluczsky, nobiles de domo Griffonum. In qua sunt lanei cmethonales sedecim, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposturae Cracoviensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item tabernae duae habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur praeposturae Cracoviensi. Item hortulani, item praedia sunt ibi duo militaria, de quibus decimatur ecclesiae et eius plebano in Slanczin. Item ecclesia in Slanczin et eius plebanus habet ibi agros proprios et liberos versus Naglowicze sitos.

Sasszniowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeres Nicolaus de domo Prawditarum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposturae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi militare unicum, de quo decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Dzerzszkow.

Starzinska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Nakel sita, cuius haeres unicus Johannes Pyeczenyaszky, nobilis de armis.... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposturae Cracoviensi; et ducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item sunt ibi praedia militaria, sed omnia solvunt et solvere tenentur decimam manipularem praeposturae Cracoviensi in *gonithwam*.

Trzenyecz, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeredes Thomas et Johannes filii Borek, nobiles de domo Anguium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposturae Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item sunt ibi duo praedia militaria, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali et plebano eius in Pyotrkowicze, villa prope Wlodzislaw.

Wywla, villa sub parochia ecclesiae de Sczekoczini sita, cuius haeres Stanislaus Kosczyen, nobilis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales duodecim, de quibus omnibus percipit decimam manipularem

praepositura Cracoviensis et tenetur eam propriis curribus ducere in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad novem marcas. Item est in eadem villa curia militaris, habens agros praediales; item una taberna, habens agros de curialibus agris illi largitos, de quibus omnibus percipit decimam ecclesia parochialis in Sczekoczini et valor eius ad tres marcas. Item sunt ibi duae hortulaniae, sed non habent agros, item decimam canapalem quilibet laneus solvit per mediam alteram iuncturam.

Woyslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzskow sita, cuius haeres Johannes Moskorzowski, nobilis de domo Pilawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Cracoviensi; et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item taberna, item hortulani, item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Dzerzskow.

Cantoria Cracoviensis, quinta dignitas in ecclesia Cracoviensi, sed in choro dextro tertia.

Cantoria Cracoviensis non habet aliquam villam pro dote, sed solum habet decimas manipulares et pecuniales in locis infra scriptis; quam nunc tenet Johannes de Humnyska, nobilis de domo Liliorum alias Gozdawa.

Primo habet decimam manipularem in oppido episcopatus Cracoviensis Slawkow, quondam famoso et insigni, post agros omnium et singulorum, advocati, suburbanorum et oppidanorum dicti oppidi Slawkow, qui lanei aestimantur ad quinquaginta laneos: non sunt tamen agri demensurati in laneos, nec distincti more aliarum haereditatum, in tres campos; sed hinc inde coluntur campi passim et sine ordine atque indistincte; non tenentur quoque oppidani, sed is apud quem locatur, ratione cuius decima sibi indulgetur, praefatam decimam manipularem in allodium, in quo illam cantor Cracoviensis locandam delegerit, propriis curribus ducere; aestimatur valor praedictae decimae ad quinquaginta marcas communes. Non solvunt decimam canapi canapo, aut pecuniis; item circum circa oppidum praedictum Slawkow sunt agri speciales, rubeta ac sylvae, qui communiter dicuntur *cantorowstwo*, et in quibus in profectum cantoriae possit locari curia, praedium cum aliquot incolis et hortulanis. Quod quia cantor Cracoviensis modernus et sui antecessores facere neglexerunt et negligunt, agri praedicti, rubeta et sylvae per nobiles vicinos, et signanter per nobiles de villa Boleslaw, passim occupantur, usurpantur et vendicantur, et iam in magna parte sunt per dictos nobiles occupati. Item praedicta cantoria habet theloneum, in praedicto oppido Slawkow, quod alias fuit frugiferum

et ventrosum, quando pacificis temporibus mercantiae et negotiationes inter Cracoviensem et Wrathislaviensem civitates uberrime exercebantur; et solvuntur pro theloneo pro quolibet curru quarumcumque mercium grossus unus bohemicus; de bove vero, vel vacca, equo, solum duo nummi, ab ove vero vel scrofa aut capra duo nummi; et aestimatur praefati thelonei valor singulis annis ad viginti marcas. De praedicto tamen theloneo tenetur quilibet cantor Cracoviensis pro tempore, solvere plebano et ecclesiae parochiali in Slawkow octo marcas communis pecuniae, item a curru salis minuti tantummodo solvitur medius grossus pecuniae communis. Item in eodem oppido Slawkow est curia episcopalis habens agros praediales proprios, de quibus decima manipularis datur plebano et ecclesiae parochiali in Slawkow. Item praedicta cantoria habet decimam manipularem in Bukowno, villa episcopatus Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Slawkow, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales et sculteti duo lanei, una taberna et una hortulania, de quibus omnibus datur decima manipularis cantori; et ducunt eam singuli cmethones in horreum per cantorem eligendum et aestimatur valor decimae praefatae ad tredecim marcas. Decimam canapi villa praefata Bukowno solvit per quatuor iuncturas, de agris vero scultetiae ecclesiae de Slawkow manipulo decimatur. Item habet cantoria praedicta decimam manipularem in villa Zdzurada, cuius haereditas pertinet nunc ad consules et cives Ilkuschienses. In qua sunt octo lanei et unus hortus, de quibus omnibus datur decima manipularis cantori et ducitur in horreum, quod cantor locaverit, per incolas villae propriis curribus, et aestimatur valor decimae praefate ad decem marcas. Decimam etiam canapi villa praefata Zdzuradow, consistens sub parochia ecclesiae de Ilkusch, solvit per quatuor iuncturas. Est etiam curia in eadem villa Zurada habens agros praediales factos ex agris cmethonum, de quibus fere omnibus dat decimam in *gonithwam* cantori, praeter paucos agros, ex quibus solvit decimam plebano Ilkuschiensi, et valor decimae plebanalis ad unam marcam.

Item cantoria praefata habet decimam manipularem in Wythoradow, villa consulum et civium de Ilkusch, sub parochia ecclesiae Ilkuschiensis. In qua sunt undecim lanei cmethonales et aliquot hortulaniae, et ultra praedictos laneos cmethonales habent et tenent ibi cives Ilkuschienses aliquos laneos et agros. Est etiam ibi praedium civile civitatis Ilkuschiensis, aestimatum ad duos laneos, quod nunc tenet et arendat Rinczka civis Ilkuschiensis, et de omnibus huiusmodi agris cmethonalibus, civilibus et praedialibus atque hortulanorum, datur decima manipularis in *gonithwam* cantori, et ducunt eam omnes incolae in horreum a cantore deligendum propriis curribus et aestimatur valor decimae praefatae ad quindecim marcas; solvitur etiam decima canapi per quatuor iuncturas de laneo.

Item praefata cantoria habet decimam pecunialem in villa Ostroznycza

sub parochia ecclesiae de Nowagora, cuius dominium pertinet ad nobiles de Thanczyn, et est ibi decima diversificata; nam cantoria non habet ibi nisi sex laneos, et de quolibet laneo solvuntur cantori sex grossi pro decima, et sic perceptio non ascendit, nisi ad tres fertones; alii autem agri solvunt etiam decimam per sex grossos episcopo Cracoviensi, alii vicariis Cracoviensibus, alii plebano ecclesiae parochialis de Nowagora, non aliter tamen, nisi per sex grossos de laneo.

Item cantoria praefata Cracoviensis tenetur et consuevit habere vicecantorem in ecclesia Cracoviensi, qui in praecipuis diebus praeest choro in horis nocturnis et diurnis intonando et regendo in officiis divinis, stationibus et processionibus; cuius vicecantoriae collatio et omnimoda dispositio ad unicum cantorem Cracoviensem pertinet. Habet autem praedictus vicecantor pro sua huiusmodi vicecantoria duas decimas manipulares, unam in Carnyowycze, villa Andreae Osszowsky illic habitantis, nobilis de domo..... sub parochia ecclesiae de Trzebinya, in qua sunt lanei cmethonales, ex quibus datur decima manipularis vicecantori et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum ab eo deligendum, aestimatur ad quatuor marcas; solvunt decimam canapi, est etiam ibi curia nobilis praefati habens agros praediales et ex aliquibus solvitur decima vicecantori ex aliquibus vero plebano in Trzebynya. Item habet vicecantoria praedicta alteram decimam in villa Psary sub parochia ecclesiae de Ploki prope Thanczyn, quae villa est nobilis Psarsky de domo..... In qua sunt lanei cmethonales, ex quibus datur decima manipularis vicecantori, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicecantore locandum, qui etiam solvunt decimam canapi; aestimatur valor eius ad tres marcas; depositis etiam duobus laneis cmethonalibus, alienat decimam a vicecantoria, et dat illam plebano in Ploki. Huius vicecantoriae est nunc vicecantor Nicolaus de Schethescha Praemisliensis dioecesis.

Item praedictus cantor Cracoviensis est unicus collator et patronus ecclesiae parochialis in Slawkow. Cantoria autem praedicta prout memoriae traditum est, fundata et dotata est per, nescio quem episcopum Cracoviensem, de introitibus ecclesiae Slavkoviensis, et in signum illius collatio cantori est relicta, ad cuius officium pertinet poenare plebanos civitatis Cracoviensis, non venientes nec mittentes ad processiones. Item taxa praedictae cantoriae iuxta antiqua regestra ad quadraginta marcas.

Item cantor Cracoviensis habet de iure statuto et consuetudine, poenandi omnes ecclesiarum parochialium in Cracovia, Casimiria et suburbiis earum rectores, qui ad processiones diebus dominicis rogationum, divisionis Apostolorum, Sancti Marci et aliis, ad ecclesiam Cracoviensem pro processionibus mittere negligunt.

Praebenda et canonicatus Byezanowska in choro dextro.

Praebenda Byezanowska in dextro choro, quam nunc tenet Johannes Raphael de Tharnow, nobilis de domo Lelywa, non habet aliquam villam pro dote, sed tantum decimas manipulares. Et inprimis habet decimam manipularem in villa capitulari Byezanow, propter quam Byezanowska appellatur, prope Wyeliczkam, ibi est etiam ecclesia parochialis sub titulo et honore Nativitatis Sanctae Mariae Virginis. In qua quidem villa sunt viginti duo lanei cmethonales, item tres tabernae, item duae hortulaniae habentes agros speciales, ab agris cmethonalibus distinctos; item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis pro praebenda praedicta, tenenturque illam cmethones et incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum. Solvunt etiam decimam canapi de laneo per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad triginta octo marcas. Item in praedicta villa est curia capitularis, habens agros praediales speciales, ab agris cmethonum distinctos, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Byezanow. Juncta est etiam eidem villae Byezanow alia villa capitularis Kaym sub parochia Byezanoviensi, in qua nulla curia aut praedium, neque hortulaniae, sed quinque lanei cmethonales et taberna habens medium laneum; de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapi et ducitur in horreum pro canonico et aestimatur valor eius ad quatuor marcas; decima canapi per quatuor iuncturas. Item in eadem haereditate Kaym habet plebanus de Byezanow molendinum in flumine Rszanka, quod vocatur Rogoszno et habet agros, de quibus decima manipularis solvitur pro praebendą........ Item nota, quod villa Byezanow habet quartam tabernam, quae vocatur Grzybowa, quae habet agros bonos adiunctos ei de agris curialibus, de quibus decimam manipularem solvit plebano et ecclesiae in Byezanow.

Item praebenda praefata habet decimam manipularem tertiam in Ymramowicze, sub parochia ecclesiae Wroczimowicze, cuius haeres Andreas Mokrzsky, nobilis de domo Hastarum alias *Jelitonum*. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur pro praesenti praebenda. Item est una taberna habens agros speciales et de his quoque solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum; et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad duodecem marcas. Item decima haec et eius perceptio diversificatur; nam de aliquibus campis villae praefatae inferioribus, versus Gruszow iacentibus, percipit decimam manipularem altera praebenda Cracoviensis, quae vocatur Zyrawska. Non sunt in villa ipsa hortulaniae, sed praedium militare est ibi, quod decimam manipularem solvit

pro plebano in Wroczimowicze. Aliquibus autem annis praebenda Zyrawska percipit partem aestivalium, aliquando hyemalium, et aestimatur valor decimae, quantum ad praebendam Zyrawska, ad tres marcas.

Item habet praebenda praefata quartam manipularem decimam in Pyeczenyagy, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, sub parochia ecclesiae de Wroczimowicze sita. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum; et solvunt decimam canapi de laneo per quatuor ierugas, et aestimatur valor decimae praefatae ad duodecim marcas. Item etiam sunt in villa praefata quatuor hortulaniae, de quibus pro praesenti praebenda decimatur. Item est curia regia et praedium speciale regium; de cuius agris decima manipularis solvitur et redditur vicepraeposito ecclesiae collegiatae Sancti Floriani in Cleparz.

Item praebenda praefata habet decimam manipularem quintam in Suchodolyek, sub parochia ecclesiae de Wrocimowicze sita, cuius haeres Goworek Suchodolsky, nobilis de domo Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis; sed perceptio eius diversificatur in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem praebendam Byezanowska, quae uno anno percipit partem maiorem hyemalium aut aestivalium, et in altero anno partem minorem, aut aestivalium aut hyemalium, et in praebendam Cracoviensem Zyrawska, cui pari modo cedit aut maior, aut minor pars hyemalium et aestivalium, per alteratas vices, et perceptio decimae canapi pertinet ad eum canonicum, qui maiorem partem percipit hyemalium; tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum pro quolibet canonico, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur, quantum ad praebendam Byezanowska, ad tres marcas. Est etiam ibi curia et praedium militare habens agros, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Wrocimowicze.

Item praebenda praefata habet decimam manipularem sextam in Belzow, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria, cuius haeres Stanislaus Koth, nobilis de domo Pylawa. In qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis; sed perceptio praefatae decimae anno quolibet diversificatur in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem praebendam Byezanowska et in praebendam Gonowska, et alternatis vicibus atque annis, praedictae duae praebendae illam percipiunt; uno etenim anno percipit illam integre praebenda Byezanowska, et altero praebenda Gonowska, et tenentur illam cmethones ducere in horreum, per canonicum decimam percipientem eligendum, propriis curribus, et solvunt

decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Item medietatem lanei cmethonalis, ultra duos laneos praefatos cum medio, occupavit haeres, et applicavit illam praedio suo, et decimam canonicatui debitam non reddit, et uterque canonicus hanc iniuriam dissimulat et tacet. Item est in eadem villa curia militaris, habens agros praediales, est et taberna, sunt et duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Sancti Benedicti ante Cracoviam; sed de medio laneo per haeredem occupato, et iniuste solvitur et iniuste percipitur. Item praefata praebenda habet de censu annuo, pro quolibet festo S. Martini, decem marcas de praetorio, a consulibus et tota communitate in Bochnya.

Item praebenda praefata Byezanowska habet vicariam canonicalem perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus; quam nunc tenet Andreas de Pylzno, quae pro sua dote, proprietate, atque titulo, habet unicam decimam manipularem in Prokoczyn, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Jacobo in Casimiria sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros speciales, item non sunt hortulaniae. Item curia habens agros praediales, tres laneos, quos cmethonibus et laneis cmethonalibus depositis, praedio applicavit, et de omnibus huiusmodi agris tam curialibus, quam cmethonalibus, tabernatorum et hortulanorum, datur decima manipularis vicariae praefatae, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a vicario locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad duodecim marcas. Est autem ibi parvus ager praedialis ex prato factus, de quo praebendarius de Woynicz decimam sibi usurpavit et usurpat, cum iure optimo debetur ad praefatam vicariam pertinere. Praefatae autem villae fuit quondam haeres et Dominus Petrus Brensky, nobilis de domo Polukoza, nunc vero haeres est Stanislaus Koczwara civis Cracoviensis, et filii sui Stanislaus, Nicolaus et Joannes.

Item praefata praebenda Byczanowska, iuxta antiqua regestra, taxata est ad triginta unam cum media marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextero, vocata Rossyeyowska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Roszyeyowska, quam nunc tenet Jacobus Koth de Dambno, nobilis de domo Dolywa, non habet pro dote aliquam villam seu fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Roszyeyow, a qua praebenda praefata Roszyeiowska denominationem accepit, sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis; cuius maiorem partem haereditarie tenet

Petrus Mokrzsky, nobilis de domo Gelithonum seu *Koslarogi*, alteram minorem partem haereditariae tenet Sbigneus, nobilis de domu Griffonum. In qua sunt undecim lanei cmethonales, item duae tabernae, item septem hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico eligendum decima canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad triginta marcas. Sunt ibi duae etiam curiae militares et duo praedia habentia agros praediales, et unum praedium videlicet Petri Mokrzky, solvit decimam manipularem vicariis ecclesiae Sancti Joannis Scarbimiriensis; alterum vero praedium videlicet Sbignei, solvit plebano et ecclesiae in Naszachowicze una cum taberna et hortulanis suis.

Item habet secundam manipularem decimam in Stanislawicze prope Prosschowicze, sub parochia ecclesiae de Ruszcza, cuius haeres Nicolaus Strasch de Kosczelnyky, nobilis de domo Odrowansch, in qua sunt decem lanei cmethonales, item tabernae tres, molendina duo, item hortulaniae quinque, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et per incolas propriis curribus in horreum per canonicum locandum ducitur, et decima canapi per quatuor iuncturas et valor decimae aestimatur ad viginti marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in Gorka; quoniam ex laneis cmethonalibus praedium factum est; percipit etiam decimam manipularem plebanus de Ruszcza, sed ex paucis, videlicet de una taberna et de uno arvo.

Item habet tertiam manipularem decimam in Koszczielnyky, sub parochia ecclesiae de Gorka, in qua non est, nisi unus laneus cmethonalis, quem duo cmethones colunt et decimam manipularem reddunt et etiam canapalem praebendae praefatae, ducendo eam propriis curribus pro canonico et aestimatur valor eius ad tres marcas, et laneus praefatus divisus est in hortulanias; dominium autem tenet villae praefatus Nicolaus Strasch de domo Odrowansch, habens ibi curiam militarem, et agros praediales et hortulanias, de quibus omnibus solvunt decimam manipularem plebano et ecclesiae in Gorka.

Item habet quartam manipularem decimam in Wolycza, villa sub parochia ecclesiae de Pobyednyk, cuius haereditas pertinet ad praefatum Nicolaum Strasch de domo Odrowansch. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones in horreum pro canonico; datur etiam decima canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad tres marcas. Non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae, neque praedium militare, neque molendinum.

Item habet quintam manipularem decimam in Podlazye, villa sanctimonialium de Sthanyathky sub parochiali ecclesia de Nyepolomicze. In

qua sunt decem lanei cmethonales, item taberna, item molendinum, item tres hortulaniae habentes speciales agros. Item in villa Sthanyanthky propinqua praefatae villae Podlazye, sunt certi agri cmethonales, in altera parte fluvioli dicti communiter Strumye, qui agri vocantur *przymyarki*, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur per incolas in horreum a canonico locandum et decima canapi datur per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Est etiam ibi praedium coenobiale, habens agros, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed monasterium in Stanyatky illam percipit et in horreum suum inducit.

Item habet sextam manipularem decimam in Wynyecz, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowiecz, cuius haeres Johannes Nyewyarowsky, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; de laneis omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et incolae ducunt illam propriis curribus in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano in Nyegowyecz. Item extra villam est specialis taberna, dicta Uscze habens agros speciales, inter Rabam et Stradomia fluvios sita, cuius decimae valor aestimatur ad unam sexagenam.

Item habet septimam manipularem decimam in Podgrodze, villa sub parochia eclesiae de Nyegowiedz, cuius haeres Stanislaus Marszowsky, nobilis de domo Polukozya. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item non sunt hortulaniae, de quibus omnibus decima manipularis solvitur praebendae praefatae, et tenentur eam incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum, et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas et valor decimae aestimatur ad sex marcas. Est etiam ibi curia militaris et praedium, habens agros, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in Nyegowyecz.

Item habet octavam manipularem decimam in Szobolow villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius proprietas pertinet ad nobiles ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum, decima canapi solvitur per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad tres marcas. Nobiles autem praefati de agris suis reddunt decimam plebano et ecclesiae in Szobolow.

Item extra villam praefatam est specialis taberna vocata Szobolecz, sub parochia praedicta in Szobolow ad dictam villam et ad haeredes eius pertinens, habens agros speciales, et ab agris villae Szobolow distinctos, solvens

et ducens propriis curribus decimam manipularem pro praebenda et canonicatu praefatis, cuius valor aestimatur ad unam sexagenam.

STANYATHKY, villa sub parochia de Brzezye sita, cuius proprietas ad sanctimoniales ibidem pertinet, quae villa est eiusdem monasterii fundus. In qua sunt sex lanei, item duae hortulaniae et duae tabernae in publica strata sitae, habentes amplos agros; item ibi sunt duo molendina, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis praebendae Cracoviensi dictae Stanyatheczska, cuius valor ad quindecim marcas aestimatur, praeter agros, qui dicuntur *przymyarky*, de quibus decimatur praebendae Cracoviensi dictae Roszcyowska. Item est praedium coenobiale, de quo ipsaemet moniales percipiunt decimam.

Item habet nonam manipularem decimam in Luszyna, villa sub parochia ecclesiae de Gay, cuius proprietas pertinet ad Przedborium de Konyeczpolye, nobilem de armis Pobodze. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item taberna, quae non habet agros, item septem hortulaniae et molendinum habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis; sed perceptio eius in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praebendam praesentem Roszyeiowska et in praebendam Goreczska diversificatur, et de medietate agrorum villae praedictae percipit decimam manipularem praebenda Roszyeyowska, de altera vero medietate agrorum praedictae villae, percipit praebenda Goreczska, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae, quantum ad praebendam Roszyeiowska, ad quatuor marcas. Est etiam curia militaris in eadem villa, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Gay. Item de septem hortulaniis, decima manipularis solvitur praeposito et ecclesiae Sancti Jacobi in Casimiria.

Item praebenda praefata Cracoviensis Roszyeiowska et eius canonicus pro tempore, habet vicariam perpetŭam in ecclesia Cracoviensi, cuius ipse canonicus unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Jacobus de Gnezna, quae pro sua dote, proprietate atque titulo, habet duas manipulares decimas in villis infrascriptis. Primam decimam habet in Pyrzchow, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowiedz, cuius villae proprietas pertinet ad castellanatum Cracoviensem, in qua sunt octo lanei cmethonales, item non sunt tabernae, item hortulaniae etiam ibi non sunt; de laneis omnibus absque diminutione, solvitur decima manipularis vicariae praefatae, et tenentur eam incolae propriis curribus ducere in horreum a vicario eligendum, solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Non est ibi curia, neque praedium militare, neque molendinum.

Item habet vicaria praefata secundam decimam manipularem in Pyrzchowiecz, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowiedz, in qua sunt duo

lanei cmethonales, item taberna, item duae hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata, et tenentur eam incolae propriis curribus ducere in horreum a vicario locandum, solvunt decimam per quatuor iuncturas canapi, et aestimatur valor decimae praefatae ad sex marcas. Est etiam ibi curia militaris habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis monasterio Corporis Christi in Casimiria. Item proprietas et dominium villae praefatae pertinet ad illustrissimum Casimirum, regem Poloniae.

Item praebenda praefata Roszyeiowska taxata est iuxta antiqua regestra ad quinquaginta marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Bosschuthowska in dextro choro.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Bosschutowska, quam nunc tenet Nicolaus de Syenno, nobilis de domo Dambno, habet pro dote sua fundum villam Bosschutow, semiplenam tamen et non integram, a qua praebenda praedicta Bosschutowska appellatur, sub parochia ecclesiae de Wianczławicze. In qua est curia canonicalis, pulchra habens aedificia, pomeria et agros praediales in tres campos distinctos, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed eam solus percipit et in horreum proprium inducit. Item habet tres laneos cmethonales, ex quibus duo solvunt pro censu per unam sexagenam, tertius per unam marcam. Item quilibet cmetho de laneo, a festo Sancti Bartholomaei, ad festum Sancti Joannis Baptistae, laborat proprio curru aut aratro duos in septimana dies; a festo vero Sancti Joannis, usque ad festum Sancti Bartholomaei, tres dies. Item ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum, praeter ducturam foeni, quod in Cracoviam ex Bosschutow absque die conducunt; non solvunt avenam alias *oszep*, neque caseos, sed quilibet de laneo solvit triginta ova, duos capones. Item habet hortulanias tres, habentes agros, quilibet hortulanus solvit grossos quatuordecim, quindecim ova, unum gallum, item unum diem in septimana laborat pedester. Item de agris hortulaniarum et tabernae, percipit decimam manipularem canonicus praebendae praefatae pro tempore, et ducunt eam propriis curribus in horreum suum in Bosschutow. Item omnes cmethones, hortulani et tabernator, laborant duplicem *pawabam* in anno. Non est ibi molendinum, sed tres parvae piscinae. Item altera medietas praedictae villae, pertinet ad altare Sancti Thomae Apostoli in ecclesia Cracoviensi, et habet ibi curiam et agros praediales, et tres laneos cmethonales. Item de omnibus laneis cmethonalibus utriusque partis, tam videlicet canonici, quam altaristae, solvitur decima manipularis, sed varie; nam de certis

agris percipit illam in hyemalibus et aestivalibus frumentis vicaria Cracoviensis, pertinens ad canonicatum et praebendam Wągrzeczska, et aestimatur valor eius ad sex marcas, ex aliis autem campis, tollit illam plebanus et ecclesia Sanctae Mariae in Cracovia. Huius villae aliquae sortes canonicales emptae sunt ab Hanka filia Peszkonis, pro octoginta marcis, et a Petro filio Falislai, et a Machna et Svanchna filiabus eius, pro centum marcis latorum grossorum 1350 a. Item confinat villa praefata cum Dziekanowicze, villa capitulari, et sunt inter illas in aliquibus locis limites continui, alias *ugyasdy*, in aliquibus vero strata Slumpniczensis dividit. Item confinat cum Mlodzieiowicze, Xangnicze, Bolen, Bibicze, Wangercze, et sunt campestres limites continui inter illas, alias *ugyasdy*.

Item praebenda praefata habet decimas manipulares infrascriptas: et primo, habet decimam manipularem in Magna Przemyaczany, villa sanctimonialium de Stanyatki, sub parochia ecclesiae de Zyelenycze sita. In qua nulla est curia, nec aliqui lanei praediales, sed quindecim tantummodo lanei cmethonales, et duae tabernae et unum molendinum, proprios agros habentes: sed perceptio huius decimae diversificatur in tres praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem praebendam Bossutowska, et in praebendam Wyanczkowska et in praebendam Zyrawska; biennio autem ex duobus campis pertinet maior pars decimae, in tertio vero anno in minori campo, minor pars spectat decimae ad praesentem praebendam Bossuthowska, et ducitur per cmethones pro omnibus canonicis in horreum, et aestimatur valor eius, quando in maiori quantitate percipitur, ad decem aut octo marcas, quando vero in minori percipitur quantitate, aestimatur ad tres marcas. Singulis autem annis decimam canapi per quatuor iuncturas solvit, et sola praebenda praesens Bossutowska singulis annis illam percipit.

Item habet secundam manipularem decimam in Blogoczicze, villa sub parochia ecclesiae de Nyegardow, cuius una pars pertinet iure dominii ad sanctimoniales de Sthanyatky, altera ad Zegotham et Raphaelem de Ryther, nobiles de domo Bipennium. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus sex laneis decimam manipularem percipit praebenda praesens, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum pro canonico, et decimam canapi per quatuor iuncturas solvere, et aestimatur valor eius ad octo marcas.

Item de quatuor laneis cmethonalibus, et de duabus curiis ac praediis earum, quarum una est coenobialis, altera militaris, in dicta villa consistentibus, non solvitur decima manipularis pro praebenda, sed de praedio coenobiali percipit illam coenobium sanctimonialium de Sthanyatky non in toto, sed in parte; de quatuor autem laneis cmethonalibus, et de agris duorum hortulanorum, et de agris aliquibus praedii coenobialis, percipit illam

vicaria Cracoviensis, pertinens ad praebendam Thopolska; curia autem militaris de suo praedio decimat plebano et ecclesiae de Nyegardow.

Item habet praefata praebenda tertiam manipularem decimam in Kalyna, villa militari nobilium de Bippennibus, in qua est ecclesia parochialis, et in qua sunt sexaginta sex lanei cmethonales, item plures curiae nobilium, ex quibus duae curiae militares, et praefati sexaginta sex lanei cmethonales, solvunt decimam manipularem praefatae praebendae in *gonithwam*, et cmethones ducunt eam propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae ad sex marcas; ex aliis vero curiis et agris militaribus, solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Kalyna. Sunt etiam ibi duae tabernae et unum molendinum, sed non habent agros; hortulaniae sunt quindecim, habentes agros ex praediis nobilium, et solvunt decimam plebano.

Item habet quartam manipularem decimam in Sladow, sub parochia ecclesiae de Kalina, cuius haeredes Slawnik et Nicolaus, nobiles de domo Bippennium. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Item duae curiae militares ibi habentes duo praedia, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in Kalyna. Item duae hortulaniae ibi et una taberna, sed non habent agros.

Item habet quintam manipularem decimam in Kamyenczycze, sub parochia ecclesiae de Kosczyclyecz, villa sanctimonialium de Zwyerzynyecz, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebeadae praefatae, et ducitur propriis curribus per cmethones, in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad quindecim marcas. Item est ibi curia coenobialis habens agros praediales, item taberna una habens agros, item duae hortulaniae, habentes agros ex praedio coenobiali eis adiunctos, et de omnibus his percipit decimam manipularem praefatum monasterium Szwyerzynense.

Item habet sextam manipularem decimam in Skorczow, sub parochia ecclesiae de Magna Casimiria, cuius haeres Spytko de Melsthyn, nobilis de domo Lelywa, in qua sunt octo lanei cmethonales, item tres tabernae, quarum una sita est in villa praefata Skorczow, secunda extra villam et vocatur Ryky, tertia prope villam Chrosczyn et vocatur Chroscynska taberna. Item duae hortulaniae habentes agros, una solvit decimam pro praesenti praebenda, altera cum praedio pro altari Trium Regum ecclesiae Cracoviensis. Et ex omnibus huiusmodi laneis cmethonalibus, etiam ex agris villae Chrosczyn Minoris, in

supplementum praefatae villae Chrosczyn datis, qui vocantur *przymyarki*, solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et ducunt eam incolae propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus manipularis decima solvitur altari Trium Regum in ecclesia Cracoviensi, in capella Rosarum.

Item habet septimam manipularem decimam in Xangnycze supra Rabam fluvium, villa sita sub parochia ecclesiae de Chelm, cuius haeredes Petrus et Johannes, nobiles de armis Radwanorum. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus manipularis decima solvitur pro praebenda praefata, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi duae curiae militares, habentes agros praediales, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in Chelm; item molendinum est ibi, sed non habet agros.

Item habet octavam manipularem decimam in Tharnawa, villa sub parochia ecclesiae ibidem in villa eadem sitae, cuius haeredes Nicolaus Skarbek et Czyemyerz, nobiles de armis Druszyna. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et ducitur per incolas propriis curribus in horreum per canonicum eligendum, et aestimatur valor eius ad quinque marcas, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas. Item est ibi curia militaris habens agros praediales, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in Tharnawa.

Item habet nonam manipularem decimam in Stradomya, villa supra Rabam sita, sub parochia ecclesiae de Chelm, cuius haeredes Andreas, Petrus et Johannes de armis Prussy. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et ducunt eam incolae propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Est etiam ibi curia praefatorum nobilium, habens agros praediales; item duae hortulaniae, habentes agros ex praedio eis adiunctos, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Chelm.

Item praefata praebenda Cracoviensis Boszuthowska habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Martinus de Bochnya, quae pro sua dote, proprietate et fundo, habet decimas manipulares tres in villis infrascriptis: primo in Chorowicze, villa sub parochia ecclesiae de Gay sita,

cuius haeres Johannes Skawinsky, nobilis de domo Dolywa. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, quae ambae sub se habent unum laneum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per incolas ducitur in horreum a vicario locandum, et solvit decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad septem marcas. Non est ibi curia militaris, neque praedium, neque molendinum.

Item habet alteram manipularem decimam vicaria praefata in Curzelow, sub parochia ecclesiae de Skawina sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium in Swyerzynyecz. In qua est unus tantum laneus cmethonalis, tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, de quo solvitur decima manipularis pro vicaria praefata, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a vicario eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Non est ibi curia coenobialis, neque praedium, neque molendinum.

Item habet tertiam manipularem decimam praefata vicaria in Bukowye, villa sub parochia ecclesiae de Skawina, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem Thiniciensem. In qua sunt novem lanei cmethonales, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur pro media parte villae, decima manipularis pro vicaria praefata, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a vicario eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad quatuor cum dimidia marcarum. Item est ibi curia coenobialis, habens praedium et molendinum, de agris praedii monasterium decimam percipit et nulli illam solvit, pro altera vero medietate villae, solvit eam monasterio Thiniciensi, et valor eius ad duas marcas, aliquando ad quatuor.

Item praebenda praefata Bossuthowska iuxta omnia regestra antiqua, taxata est ad triginta sex marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in dextro choro, vocata Krzeschowska.

Praebenda et canonicatus Krzeschowska, quam nunc tenet Johannes Dlugosch iunior, nobilis de domo Wyenyawa, non habet aliquam villam pro dote aut fundo, sed tantum habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo habet decimam manipularem in villa episcopatus Cracoviensis Krzeschowicze prope Thanczyn, a qua praedicta praebenda Krzeschowska appellatur, in qua etiam est ecclesia parochialis, et in qua sunt lanei cmethonales viginti, de quibus omnibus tollit decimam manipularem praebenda praefata, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico eligendum, propriis curribus, et solvunt decimam canapi cassulis manipulatim in campo, et non

canapo purgato, et aestimatur valor decimae praefatae ad sedecim marcas. Est etiam in eadem villa scultetia, habens duos lancos a cmethonalibus distinctos, de quibus dat decimam manipularem ecclesiae in Krzeschowicze ibidem. Est etiam ibi taberna, hortulanus et molendinator, habentes agros speciales, de quibus decimam solvunt manipularem plebano et ecclesiae in Krzeschowicze.

Item habet alteram decimam manipularem in Radwanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Rudawa, in qua nullus est cmethonum, sed omnes homines, qui dictam villam incolunt, sunt nobiles de armis Radwanowye; non est praedicta villa distincta nec eius agri in lancos, sed per curias et partes agrorum, ita, quod unus plus habet de agris, alter minus, et quamquam omnes utantur privilegio nobilitatis et militari, tamen singuli eorum tenentur ex consvetudine vetusta et iure praescripto, ad solvendam decimam manipularem de quolibet genere frugum, pro praebenda praefata, et aestimatur valor eius ad decem marcas, et canonicus pro tempore, conducit eam propriis curribus eo, quod nobiles praefati utendo iure militari, non conducunt eam, nec decimam canapi solvunt; et modernus canonicus, Johannes Dlugosch iunior, fecit cum illis temporalem contractum, ad vitam suam tantummodo duraturum, quod solvunt sibi dicti nobiles pro decima decem marcas, quem successor, si vellet, poterit rescindere. Est etiam iuxta dictam villam Radwanowicze altera villa regia Sczklary, ex cuius certis agris praefatae villae Radwanowicze confinantibus, datur decima manipularis pro praebenda praefata, et memoria hominum proditum est, quod tempore Casimiri secundi, regis Poloniae, in limitatione villarum, abstracti fuerunt a villa Radwanowicze, et villae Sczklary adiuncti, decima nihilominus remanente circa antiquum possessorem, et aestimatur valor eius ad unam marcam.

Item habet tertiam manipularem decimam in Pyssary, villa sub parochia ecclesiae de Rudawa, cuius proprietas pertinet ad Zegotham et Raphaelem de Ryther, et ad Gregorium de Paczulthowicze, nobiles de armis Bippennium, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ligaturas, et aestimatur valor eius ad octo marcas. Sunt etiam ibi duae curiae militares praefatorum nobilium, habentes agros praediales; item duae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in Paczolthowicze.

Item habet quartam manipularem decimam in Makkow, villa sub parochia ecclesiae de Srzenyawa sita, cuius haeres Johannes Pyenyazek, nobilis de domo Gelitha, in qua sunt septem lanei cmethonales, item una curia militaris, habens agros praediales, item una taberna et quatuor hortulaniae

habentes agros; percipit autem decimam manipularem praebenda praesens, tantummodo de quinque laneis cmethonalibus, et tenentur eam cmethones inducere propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, de omnibus septem laneis, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. De agris vero praedii militaris, et de duobus laneis cmethonalibus, et de agris tabernae et hortulanorum, solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Srzenyawa. Abstracti autem feruntur praedicti duo lanei cmethonales a praebenda praesenti Cracoviensi, et ecclesiae in Srzenyawa applicati, per incuriam et iniuste, cuius maximum et evidens signum est, quoniam praefati duo lanei, quamvis abstracti, solvunt decimam manipularem pro praebenda Cracoviensi praedicta.

Item habet quintam manipularem decimam in Scharkowka, villa sub parochia ecclesiae de Srzenyawa sita, cuius haeres Nicolaus Pyenyaszek, nobilis de domo Gelitha, succamerarius Cracoviensis, in qua sunt octo lanei cmethonales, et post duos lancos tantummodo cum medio, sive duos campos alias *nywy* a curia progredientes, solvitur decima manipularis pro praebenda praesenti, et ducitur in horreum canonici, et aestimatur valor eius ad tres marcas, et appellatur decima ipsa a cmethonibus *legathska* ex eo forsan, quod plures nuncii apostolici praesentem praebendam in titulum habuerunt. Post residuos autem laneos et campos, et post agros praediales, percipit decimam manipularem ecclesia parochialis in Srzenyawa. Item in eadem villa alius haeres Petrus dictus Czeszky, nobilis de domo Lelywa, habet tres cum medio laneos cmethonales, quos solus colit, ex quibus partim cedit decima praesenti praebendae de aliquibus petiebus, et partim plebano in Srzenyawa.

Item habet sextam manipularem decimam in Topolya, villa sub parochia ecclesiae de Srzenyawa sita, cuius haeres dictus Nicolaus Pyenyaszek de Withowicze, succamerarius Cracoviensis, in qua unus tantummodo laneus cmethonalis, de quo solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et ducitur in horreum canonici, et aestimatur valor eius ad unam sexagenam; decimam autem canapi ex consvetudine praescripta non solvit. Est etiam ibi curia militaris habens agros praediales, item una taberna, item tres hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Srzenyawa.

Item habet septimam manipularem decimam in Adamowycze, villa sub parochia ecclesiae de Srzenyawa sita, cuius haeres Stanislaus Adamowsky, nobilis de domo Srzenyawa. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum; solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Item est in eadem villa curria militaris, habens agros praediales, item una

taberna, item lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia in Srzenyawa, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Item habet octavam manipularem decimam in Sulislawycze, villa sub parochia ecclesiae etiam in Srzenyawa, cuius haeres Martinus Sulislawsky, nobilis de domo Srzenyawa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad sex marcas. Item est in eadem villa curia militaris habens agros praediales, item una taberna, item tres hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia in Srzenyawa.

Zbichow, villa sub parochia de Srzenyawa sita, cuius haeres Nicolaus Trzebyensky de armis Srzenyawa. In qua est unicum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Srzenyawa, valor eius tres marcae. Item sunt ibi quatuor lanei cmethonales, de quibus decimatur praebendae Cracoviensi Krzesszowska et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item de residuis laneis et praedio decimatur ecclesiae in Srzanyawa.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Joannes de Szyepraw. Quae pro sui dote, proprietate et titulo, habet habereque consvevit unam decimam manipularem in villa Karnyowicze sub parochia ecclesiae de Bolechowicze, cuius haeredes sunt Andreas cum fratribus germanis de Thanczyn de armis Bippennium. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros speciales, item sex hortulani, habentes agros speciales ultra agros cmethonum, de quibus omnibus absque diminutione solvunt incolae praefati decimam manipularem vicariae et ducunt eam propriis curribus in horreum a vicario eligendum, et dando pro decima canapi quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Est etiam ibi praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis altari Trium Regum in capella dominorum de Rosis ecclesiae Cracoviensis. Valor decimae praedialis aestimatur ad tres marcas. Est etiam ibi unus laneus satis latus, vocatus Poswyathni, de quo decimatur pro custodia Sancti Aegidii in Cracovia.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad viginti marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Goreczska in choro dextero.

Praebenda et canonicatus Goreczska, quam nunc tenet Jacobus de Radoschownycza, nobilis de armis Pobodze, quae habet pro dote sua

fundum, villam videlicet minorem Gorka, ratione cuius Goreczska appellatur, sub parochia ecclesiae de Zelonky. In qua est curia bona pulchris aedificiis constructa, habens agros praediales in quatuor campos distinctos, de quibus solus canonicus pro tempore decimam manipularem percipit, nulli eam dando. Item habet quatuor laneos cmethonales, quorum quilibet pro censu annuo solvit duas marcas, item laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro, in labore autem pedestri tenentur laborare quatuor dies in septimana. Item ducturas faciunt, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item solvit triginta ova, duos caseos, duos gallos; ad solutionem avenae alias *ossepy* non tenentur. Item habet unam tabernam, habentem agros speciales, et solvit pro censu septem fertones, nihil laborans nisi *powabam*. Item habet unum hortulanum, qui non habet agros, sed hortum et solvit sedecim grossos pro censu et unum diem in septimana pedester laborat. Item tam cmethones quam tabernator et hortulanus tenentur ad duplicem *powabam* cum eorum inquilinis. Item omnes lanei cmethonales et agri tabernae solvunt decimam manipularem et canapalem praebendae praefatae et tenentur eam propriis curribus inducere in praedium canonicale et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae ad sex marcas.

Item villa praefata confinat cum Wythkowicze, villa praestimoniali capitulari Cracoviensi, et in aliquibus agris divisionem ostendunt lapides, in aliquibus fluvius Bybyczka, item cum villa episcopali Prandnyk sive praedio, et fossata dirimunt; item cum prato hospitalis Cracoviensis, ubi fluvius Prandnyk limes est, item cum villa Prandnyk abbatis Tyniczensis, et in aliquibus locis fossata divisionem ostendunt, in aliquibus vero strata Slumniczensis.

Item habet alteram decimam manipularem in Slupow, villa, cuius medietas sub parochia ecclesiae de Slawoschow et medietas cum praedio pro villa in Dzialoschicze, cuius haeres Johannes de Czyzow, nobilis de armis Polukoza. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus praebenda praefata percipit decimam manipularem aequaliter et integre, de aliis vero laneis cmethonalibus, in altera medietate villae consistentibus, et de agris praedialibus omnibus, qui pertinent ad parochiam Dzaloschycze, percipit decimam manipularem plebanus mediae partis ecclesiae Omnium Sanctorum in Cracovia domus ligneae. Item de aliquibus laneis et agris percipit eam ecclesia et plebanus in Bodzanow.

Item habet tertiam manipularem decimam in Pelcznycza, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeredes Andreas et Petrus Mokrzsky, nobiles de domo Koszlerogy, et Sbigneus Lapanowsky de domo Druszina. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae diversificatur in praesentem praebendam, quae uno anno percipit maiorem partem decimae, et plebanus de Pelcznycza minorem; duobus vero annis

sequentibus propter variationem camporum minorem etiam partem percipit plebanus et maiorem canonicus; de duobus enim campis integraliter et de tertio partem praebenda praesens percipit, de tertio vero non plenae percipit plebanus ducitur in horreum, decima canapi per quatuor iuncturas solvitur; et aestimatur valor eius ad octo marcas. Curia est ibi habens praedium, de quo plebano decima solvitur.

Item habet quartam decimam manipularem in villa Luzyna sub parochia ecclesiae de Gay, cuius proprietas pertinet ad Przedborium de Conyeczpolye, nobilem de armis Pobodze. In qua sunt septem lanei cmethonales, item taberna, quae non habet agros, item septem hortulaniae, item molendinum habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis; sed perceptio ejus in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praebendam Cracoviensem praesentem Goreczska et in praebendam Roszyeiowska diversificatur, et de medietate agrorum villae praedictae percipit decimam manipularem praebenda Goreczska, de altera vero medietate agrorum villae praedictae percipit praebenda Roszeyowska et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a canonicis locandum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae, quantum ad praebendam Goreczska, ad quatuor marcas. Est etiam curia militaris in eadem villa habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Gay. Item de septem hortulaniis decima manipularis solvitur praeposito et ecclesiae sancti Jacobi in Casimiria.

Item habet quintam manipularem decimam in Chorangwycza, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius haeres Nicolaus Koza, nobilis de domo Junosza. In qua sunt duo lanei cmethonales, una taberna habens agros et unus hortulanus etiam cum agris, de quibus omnibus debetur decima manipularis prafatae praebendae, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Haeres autem abstulit meliores agros et a cmethone et a taberna et ab hortulano et contra iustitiam applicavit de illis decimam plebano de Dobra.

Item habet sextam manipularem decimam in Braczyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Droginya, cuius haeres Paulus Wasznyk fuit olim, nunc vero Petrus Ossowsky de domo Ulyna. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praefatae praebendae et aestimatur valor eius ad tres marcas. Haeres etiam abstulit notabilem partem agrorum cmethonalium dando decimam de illis plebano in Droginya, oppidani etiam de Wyeliczka abstulerunt aliquos campos et effecerunt ex eis pascua.

Item habet septimam decimam manipularem in Wrzossowycze, villa sub parochia ecclesiae de Kossoczicze, cuius haeres Nicolaus Kanya, nobilis de domo Radwan. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus

decima absque diversificatione pro praebenda Cracoviensi solvitur et propriis curribus per cmethones ducitur in horreum per praebendarium eligendum; et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Haeres etiam villae depositis cmethonibus et duobus laneis cmethonalibus in praedium conversis, decimam iniuste solvit ecclesiae in Kossoczycze. Sunt etiam ibi agri aliqui, ex quibus decimatur ecclesiae parochiali Sancti Jacobi in Casimiria.

Item habet octavam manipularem decimam in maiori Lyednycza in Wyeliciensis ecclesiae parochia, cuius haeres Petrus Blandowsky, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et de medietate agrorum, videlicet de duobus laneis, solvitur decima ecclesiae in Dobra; de altera vero medietate tribus laneis, una cum agro prope Wyeliczkam iacente, cuius cultor est Florianus sartor de Wyeliczka, solvitur decima manipularis praesenti praebendae Cracoviensi et aestimatur valor eius ad tres marcas, et etiam de quibusdam agris praedialibus solvitur decima praefatae praebendae.

Item habet nonam decimam manipularem in minori Lyednycza, villa sub parochia ecclesiae in Wyeliczka, cuius haeres Petrus Blandowsky, nobilis de domo Polukoza. Post cuius araturas et unius cmethonis agros solvitur decima praebendae praefatae et aestimatur valor eius ad unam marcam.

Item habet decimas manipulares in utraque Popowycze, superiori videlicet et inferiori, in quibus omnes sunt nobiles et omnes solvunt decimam manipularem praebendae praefatae et aestimatur valor eius ad quatuor marcas sub parochia ecclesiae de Droginya.

Item habet alteram decimam manipularem in Zakliczin, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Jordan, magister montium in Wyeliczka, nobilis de domo trium Tubarum. In qua sunt decem lanei, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Sunt etiam ibi duo hortulani habentes agros, qui solvunt decimam manipularem plebano ibidem in Zaklyczin. Non est ibi curia, sed haeres emptis duobus laneis scultetiae abstulit decimam de illis a praesenti praebenda et dat illam plebano et ecclesiae in Zakliczin.

Item nota, quod Nicolaus de Brzezye, miles, regni Poloniae marsalcus, de armis Plomienye, in agris, qui spectabant ad villam Popowycze et de quibus decima solvebatur praebendae praesenti, locavit villam Thargoschynya, et decimam illius occupat plebanus de Dobschycze de antiquis agris; de novis vero tollit episcopus Cracoviensis. Item in oppido Dobschycze sunt aliqui agri angulares, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et aestimatur valor eius ad quatuor marcas, ibi quoque monasterium Mogylnense iniuriatur praebendae praesenti.

Item praefata praebenda Goreczska habet vicariam perpetuam in

Ecclesia cathedrali Cracoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Johannes de Przelank, quae pro sua proprietate, dote atque titulo, habet duas decimas manipulares infrascriptas. Et primo habet decimam manipularem in Czechowa Wolya, alias Czechowka, sub parochia ecclesiae de Zakliczin, cuius haeres Nicolaus Stoyowsky, nobilis de domo Tubarum. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et inducitur per cmethones in horreum per vicarium eligendum et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Item habet secundam decimam manipularem in Sthoyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zakliczin, cuius haeres N. Stoyowsky, nobilis de domo Tubarum. In qua sunt quatuor cmethones, et quilibet medium laneum colit. Item una taberna habens unum medium laneum specialem, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a vicario eligendum, et aestimatur valor eius ad duas marcas.

Item praebenda praefata iuxta antiqua regestra taxata est ad triginta tres marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro vocata Wangrzeczska.

Praebenda et canonicatus Wangrzeczska, quam nunc tenet Johannes de Rzeschow, Regni Poloniae Vicethesaurarius, nobilis de domo Polukoza, habet pro dote fundum, medietatem videlicet villae Wangyercze, a qua Wangrzeczska consvevit vocitari, sub parochia ecclesiae de Raciborowicze. In qua habet curiam aedificiis et pomerio ornatam, quae habet prata et agros praediales sufficientes, de quibus nulli dat decimam manipularem, sed solus canonicus illam percipit et ducit in horreum suum in Wangyerzcze. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet laneus pro censu in festo Sancti Martini solvere tenetur unam cum dimidia marcas. Item triginta ova, item duos caseos, item quatuor capones, item avenam alias *ossep* non solvunt, item laborant in septimana tres dies in aestate, item ducturas faciunt in septimana ad rationem dierum debitorum; item habet tabernam non habentem agros, quae pro censu solvit unam cum media marcas, item unam hortulaniam, quae solvit habens agros mediam marcam et unum diem pedester in septimana laborat, item habet medietatem Gay versus partem orientalem, item altera medietas praedictae villae pertinet ad Capitulum Cracoviense et est praestimonialis, habens curiam et agros praediales. Labor cmethonum in praefata villa diversificatur; nam a festo Sancti Stanislai in Maio usque ad festum Sancti Michaëlis proprio

curru aut aratro tres dies, a festo vero Sancti Michaëlis usque ad diem Sancti Stanislai in Maio duos tantummodo dies laborant.

Item praebenda praefata habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo habet decimam manipularem in praedicta villa Wangyercze canonicali et capitulari sub parochia ecclesiae de Raciborowicze. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item duae tabernae, item quinque hortulaniae habentes agros, item praedium canonicale, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et decima canapalis per quatuor iuncturas pro praebenda praefata et ducitur per incolas propriis curribus in horreum curiae canonicalis ibidem et aestimatur valor eius ad sedecim marcas. Item est ibi in sorte capitulari curia, habens agros praediales, de quibus non tollit decimam praebenda praefata, sed regens praefatam sortem capitularem pro tempore tollit eam pro se et in horreum suum inducit.

Item habet alteram decimam manipularem in Dzyekanowicze, villa praestimoniali capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Raczyborowycze. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, item taberna habens agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et etiam decima canapalis per quatuor iuncturas et per incolas villae propriis curribus ducitur in horreum per canonicum eligendum et aestimatur valor decimae praefatae ad viginti marcas. Est etiam ibi curia capitularis, habens bona et pulchra aedificia et agros praediales, nulli manipularem decimam reddens, sed solus praelatus aut canonicus villam administrans, tollit decimam pro se, conducens illam in horreum suum curiale.

Item habet tertiam manipularem decimam in Bathowicze, villa episcopatus Cracoviensis. In qua sunt sex lanei cum medio cmethonales. Item una taberna habens agros, item unus hortulanus etiam habens agros, item molendinum unum habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et etiam canapalis per quatuor iuncturas et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico eligendum et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Est etiam ibi curia episcopalis habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis altaristae altaris Sancti Johannis Evangelistae in ecclesia maiori Cracoviensi, una tantummodo medietas, et aestimatur valor eius ad duas marcas; alteram autem medietatem percipit altarista Sanctae Marthae etiam in Ecclesia Cracoviensi, aestimatam ad duas marcas.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cujus canonicus praefatae praebendae unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Johannes Groff de Bochnya, quae pro sua dote, proprietate atque titulo, habet proventus et redditus infrascriptos. Et primo habet villam Chorowicze sub parochia ecclesiae de Gay, in qua habet tres cmethones, quorum unus pro festo Sancti Martini solvere consvevit tres fertones, secundus sedecim

scottos et tertius mediam marcam. Item quilibet eorum tenetur solvere vicario pro tempore viginti ova, duos capones, duos caseos; item quilibet tenetur in tempore aestivali falcastro aut aratro laborare tres dies. Item in eadem villa est unus laneus custodiae Cracoviensis solvens unam sexagenam, item pars reliqua maior praefatae villae pertinet ad Johannem Skawinsky, nobilem de domo Doliwa.

Item praefata vicaria habet decimam manipularem in Boschutow, villa sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze, cuius villae medietas pertinet ad praebendam et canonicatum Cracoviensem, quae vocatur Bossuthowska, altera vero medietas pertinet ad altare Sancti Thomae Apostoli in eadem ecclesia Cracoviensi. Et sunt in eadem villa sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et propriis curribus per cmethones ducitur in horreum pro vicario. Sed perceptio eiusdem decimae anno quolibet diversificatur; nam ex quibusdam agris tollit frumenta hyemalia et aestivalia, ex quibusdam vero plebanus et ecclesia Sanctae Mariae de Cracovia; et aestimatur valor decimae praefatae, quantum ad vicariam, per quatuor marcas, et unum laneum cmethonalem tollit altarista, de quo decimam supprimit et pro se usurpat, quae debetur vicario praefato.

Item habet decimam manipularem in Bolen, villa, cuius haeres Stanislaus Mlodzyeowsky, nobilis de domo Antiquorum equorum. In qua sunt quinque cmethones, habentes campos speciales accurtatos et breves, nec iustam mensuram in longum et in latum laneorum explentes, de quibus decima manipularis solvitur et ducitur per cmethones in horreum pro vicaria praefata, aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Wyanczslawicze. Item est una taberna habens agros speciales, de quibus cum cmethonibus solvit decimam manipularem pro vicario in *gonithwam*.

Quia tamen venerabilis dominus Johannes Rzeschowsky, ecclesiae Cracoviensis et eiusdem praebendae canonicus, per honorabilem Jacobum de Gnezna, vicarium suum perpetuum, pro decima manipulari in Dzekanowycze, ut idem Jacobus vicarius asserebat, ad vicariam eandem loco fundi sive dotis pertinente, coram reverendo patre domino Johanne de Centanis etc. in curia Romana causarum auditore, tractus fuerat ad causam, lisque pro eadem decima pendebat indecisa, verum ipse dominus Johannes Rzeschowsky, canonicus, cedendo liti et causae, per modum concordiae sibi ut praefertur ad instantiam praefati Jacobi, vicarii sui, occasione eiusdem decimae manipularis in Dzekanowicze motto obligavit se et suos successores canonicos pro tempore ratione dictae decimae sic petitae, et ratione dotis sive fundi vicariae praefatae, dicto domino Jacobo suo vicario et aliis vicariis perpetuis praefatae praebendae per decem marcas, annis singulis pro quolibet festo Sancti Martini sub censuris ecclesiasticis

per venerabile capitulum ecclesiae Cracoviensis, cuius iurisdictioni se submisit ferendae, solvere cum effectu. Praefatus etiam Jacobus, vicarius, de decimis manipularibus in villis Bolen et Boschutow ac tribus cmethonibus in Chorowycze sibi per prius loco fundi sive dotis dictae vicariae consignatis et per eum possessis, gratia dictarum decem marcarum, cessit et condescendit praefato domino Johanni Rzeschowsky, et ista ordinatio sic inter partes facta et concordata per d. d. capitulares est admissa et in acta ipsorum acticata. Anno Domini 1468. die Veneris XVII. Junii.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad XXXV marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextero appellata Sczytniczska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis appellata Sczythniczska, quam nunc tenet Stanislaus de Kuroszwanky, nobilis de domo Rosa. Non habet pro dote aliquod fundum seu villam, sed tantum habet unam decimam manipularem in villa Szythniky, cuius villae proprietas et dominium pertinet ad Jacobum Kula de Woyczechowicze et Joannem Nyemsta de Crzczanczicze, nobiles de domo et familia Accipitrum; et ad Thomam Pyelgrzym de Sczythniky, nobilem de domo et armis Nabra, alias Waldorff, quae quidem villa sub parochia ecclesiae de Proszowicze sita est. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item tres tabernae, habentes agros, item novem hortulaniae, habentes similiter agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis absque omni diminutione praebendae Cracoviensi praefatae et per cmethones et incolas propriis curribus ducitur in horreum per canonicum aut eius factorem deligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae praefatae aestimatur ad viginti marcas. Item villa praefata consvevit habere duo praedia tantummodo militaria et non plura agros habentia, hodie tamen unum ex illis propter multiplicationem haeredum in duo divisum est, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae parochiali in oppido Proschowicze, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Item praebenda praedicta Sczythniczska habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracov:, quam nunc possidet Mathias de Kosthen, decretorum doctor, cuius unicus est collator et patronus canonicus praefatus. Et haec vicaria habet pro sua dote, proprietate et titulo, quatuor decimas manipulares, unam in villa regia Plaschow sub parochia ecclesiae de Corpore Christi in Casimiria, post omnes et singulos agros et araturas omnium et singulorum cmethonum et incolarum, quibuscumque nominibus censeantur, ita, quod nullus in eadem villa

cum vicario eiusdem vicariae pro tempore, de decima huiusmodi habet participare. In qua villa non habentur lanei mensurati, sed quaedam partes agrorum vulgariter *nywy*, tenenturque cmethones propriis curribus in locum a vicario eligendum ducere, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas. Item habet vicaria praefata decimam manipularem in villa Janowicze prope Wyelyczkam, cuius dominium pertinet ad Joannem, haeredem villae praedictae, nobilem de domo de Strzegomya, sub parochia ecclesiae de Wyelyczka, post omnes agros et araturas, omnium et singulorum cmethonum et hortulanorum; in qua etiam villa non habentur lanei distincti, sed duntaxat partes agrorum vocatae *nywy* sive *plozy*, tenentur eam cmethones et hortulani propriis curribus ducere in locum a vicario eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eiusdem decimae ad duas marcas. Est etiam in eadem villa duplex curia militaris, habens agros praediales, item molendinum et taberna habentia agros, sed de his omnibus datur decima plebano in Wyelyczka.

Item vicaria praefata habet habereque consvevit tertiam decimam manipularem in villa Podstholicze, cuius haereditas pertinet ad altaristam altaris Sancti Bartholomaei in ecclesia Cracoviensi, sub parochia ecclesiae ibidem in Podstholicze. In qua quidem villa septem lanei cmethonales, de quibus omnibus vicarius pro tempore eiusdem vicariae, percipit decimam manipularem, tenenturque illam cmethones propriis curribus ducere, in locum locationis per vicarium eligendum, tenentur etiam dare decimam canapi per quatuor iuncturas, cuius valor ad septem marcas. Item in eadem villa Podstolicze est curia altaristae praefati, cuius altaris praesentatio et collatio pertinet ad rectorem et magistros universitatis Cracoviensis, habens agros praediales ultra agros cmethonales, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae ibidem in Podstholicze. Item est ibi una taberna plebani, item duae hortulaniae habentes agros, item molendinum in flumine Wylga habens agros, de quibus omnibus decimatur pro vicaria praefata.

Item vicaria praefata habet quartam decimam manipularem in Rzeschothary, villa fratrum monasterii Corporis Christi in Casimiria, post culturam duntaxat sive araturam agrorum praedialium monasterii praedicti, ab aliis agris eiusdem vilae ex antiquo limitatorum et distinctorum; quae quidem decima praedialis aestimatur ad duas marcas, et villa praefata consistit sub parochia ecclesiae de Podstholicze. Sunt etiam in eadem villa coenobiali Rzeschotarzow sex lanei cmethonules, et de illis solvitur decima manipularis alteri vicariae Cracoviensi, quae spectat ad praebendam et canonicatum vocatam Raczyborowska. Est etiam ibi ager praedialis, de quo ex antiquo datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Podstholycze.

Item praebendae et canonicatus praefatorum, taxa in antiquis regestris scripta et aestimata est ad octo marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro, dicta Poschanczka.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Poszanczska, quam nunc tenet Stanislaus Swiraczsky, nobilis de domo Zabawa, non habet pro dote aliquem fundum sive villam, sed habet decimas manipulares in villis infrascriptis. Et primo, habet decimam manipularem principalem in villa episcopatus Cracoviensis Poschądza, prope Proshowicze, sub parochia ecclesiae de Konyuscha, a qua praebenda Poschandzka appellata est. In qua sunt duodecim cum medio lanei cmethonales. Item est etiam ibi taberna, habens laneum integrum, sunt etiam ibi tres hortulani habentes agros, et de omnibus huiusmodi agris tabernatoris et hortulanorum, datur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per incolas in horreum a canonico instituendum. Est etiam ibi curia episcopalis, habens speciales agros praediales; sed de illa quoque redditur decima manipularis praebendae et canonicatui praedictae Cracoviensi. Solvunt incolae decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae ad triginta marcas. Item in eadem haereditate Posządza, sunt agri et prata sanctuariorum ecclesiae parochialis de Konyuscha, versus prata villae Wirzbno et versus Gorkam, versus Lyszkowicze circa stratam publicam, et sunt tres campi, de quibus nulli decimant, sed soli percipiunt decimam. Item ecclesia parochialis in Konyuscha habet ibi pratum et tabernam, sed agros habet in haereditate Damyanicze taberna.

Item praefata praebenda habet secundam decimam in Thanye, villa capituli Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Zyelonki, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad quatuordecim marcas. Est etiam ibi curia capitularis, habens agros praediales speciales, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed regens villam pro tempore, percipit illam solus et in horreum suum inducit; sunt etiam ibi hortulaniae sex, habentes agros proprios, de quibus decimam reddunt pro praebenda Cracoviensi praedicta in *gonithwam.*

Item habet tertiam manipularem decimam in Zyelonky, villa praestimoniali capituli Cracoviensis, in qua est ecclesia parochialis. In qua sunt quinque agri cmethonales, item hortulanus nullus, de quibus solvitur decima manipularis; sed perceptio decimae praefatae diversificatur in praesentem praebendam, et in ecclesiam parochialem ibidem in Zyelonky, ita, quod medietatem praefatae decimae percipit plebanus, et alteram canonicus, et tenentur illam propriis curribus cmethones ducere in horreum a canonico locandum, et aestimatur valor

decimae praefatae, quantum ad canonicum, ad tres marcas. Item cmethones villae praefatae et incolae ex consvetudine antiqua et praescripta non solvunt decimam canapi, sed sunt liberi ab ea. Item in eadem villa est curia capitularis habens agros praediales, item unum molendinum et una taberna habentia agros, et tam de praedio quam de agris molendini et tabernae solvitur decima plebano et ecclesiae in Zyelonky.

Item praefata praebenda habet quartam manipularem decimam in Borunycze, villa regia sub parochia ecclesiae de Koszczyelecz sita, in qua sunt undecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad tredecim marcas. Item in praefata villa est curia regia, quae quamvis habeat agros praediales, colit tamen de laneis cmethonalibus duos laneos in augmentum et supplementum agrorum praedialium, et de duabus quidem praedictis laneis cmethonalibus solvit solvereque tenetur decimam manipularem praesenti praebendae Cracoviensi in *gonithwam*, de agris vero praedialibus solvit decimam manipularem plebano et ecclesiae parochiali in Uszcze.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius nunc vicarius est Mathias Byskupek de Cracovia, quae pro sua proprietate, titulo et dote habet et habere consvevit ab antiquo decimam manipularem in Chothowicze, villa sanctimonialium monasterii et conventus de Staniatky retro et prope Proschowicze sub parochia ecclesiae de Kosczyelecz. In qua quidem villa fuerunt alias omnes agri cmethonales, extendentes se iuxta aestimationem ad septem laneos et solvebatur decima manipularis vicario pro tempore et ducebatur in horreum a vicario electum propriis curribus per cmethones, qui etiam solvebant decimam canapalem de laneo per quatuor iuncturas. Nec erat ibi aliquod praedium vel curia; hodie autem in defectu cmethonum in eisdem agris factum est solum et unicum praedium pro monasterio praefato, de cuius agris et araturis omnibus et singulis datur et solvitur decima vicariae praefatae, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Sunt etiam ibi quatuor hortulani et una taberna habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata.

Item praebenda praefata in regestris antiquis taxata est ad duodecim marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro appellata Lazowska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Lazowska, quam nunc tenet Mathias de Blandow, nobilis de domo Polukoza, non habet in dotem aliquam villam aut fundum, sed quinque decimas manipulares infrascriptas. Et primo decimam principalem manipularem in Lyazy, a qua Lazowska praebenda appellatur, villa monasterii de Stanyąthky sub parochia ecclesiae de Brzesnycza, in qua sunt sedecim lanei longi theutonicatus et octo virgae cum notabilibus tabernis et hortulaniis, agros spatiosos et latos, ultra numerum laneorum cmethonalium habentibus, post quos omnes provenit decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones, tabernatores hortulaneosque propriis curribus in horreum, quod canonicus elegerit, et solvitur decima canapi de laneo per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad viginti marcas. Est etiam in eadem villa curia monialium, habens agros speciales praediales, de quibus decima datur manipularis pro plebano in Brzesznycza.

Item praebenda praefata habet decimam alteram manipularem in Brzesznicza, villa monasterii sanctimonialium praedictarum de Stanyathky, in qua sita est ecclesia parochialis et in qua sunt sedecim lanei longi theuthonicales, item duae tabernae et hortulaniae, habentes agros speciales ab agris cmethonum distinctos et de omnibus agris praefatis cmethonum, tabernatorum, hortulanorum solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur per agricolas propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvitur canonico decima canapi per quatuor iuncturas; habet etiam plebanus dictae ecclesiae in Brzesznicza aliquos agros cmethonales, quos solus colit, noviter sibi pro ecclesia a sanctimonialibus donatos, de quibus solvit solvereque tenetur decimam pro praebenda praefata et aestimatur valor decimae praefatae ad decem et octo marcas. Item non est in eadem villa aliquod praedium coenobiale.

Item habet praebenda praefata tertiam decimam in Gorzkow, villa monasterii sanctimonialium praedictarum de Stanyantky sub parochia praefata de Brzesznycza, in qua sunt octo cum medio lanei longi theutonicales, et de omnibus datur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum et solvitur decima canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad decem marcas. Non est ibi curia neque praedium, habet tamen plebanus de Brzesznycza post partem agrorum unius tabernatoris dicti Mykzar et post partem duorum agrorum, duorum hortulanorum, qui illis ex agris praedialibus adiuncti sunt, decimam manipularem; duae sunt ibi

tabernae et quinque hortulaniae paucos agros habentes. Item non est ibi aliquod praedium coenobiale.

Item praebenda praefata habet decimam quartam in villa Curow, cuius haereditas pertinet ad Johannem de Pylcza, palatinum Cracoviensem de Armis Lelywa, ratione consortis suae Hedvigis, filiae Petri Kurowski de domo Szrenyawa, sub parochia ecclesiae de Wysznycze, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis praebendae et ducitur propriis curribus canonico ad acceptum et aestimatur valor decimae praefatae ad quinque marcas. Est etiam in eadem villa curia militaris, habens agros praediales, de quibus datur decima manipularis ecclesiae de Wysznycze, habet etiam plebanus de Bochnya decimam manipularem post quendam campum villae praedictae vocatum Vgyasd, qui fertur fuisse alienatus ab oppido Bochnensi circa limitationem.

Item praebenda praefata habet quintam decimam in Doluszycze, villa abbatis et monasterii de Wąchoczsko, sub parochia ecclesiae de Wysznycze. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, aliquot tabernae et hortulaniae, de quibus omnibus datur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico deputandum, et solvunt incolae decimam canapi per quatuor iuncturas de laneo et aestimatur valor decimae praefatae ad quatuor marcas. Est etiam in eadem villa praedium abbatis praedicti, sunt etiam aliqui agri praedicti cmethonum, tabernatorum et hortulanorum, ex agris praedialibus eis adiuncti, ex quibus omnibus cedit decima manipularis plebano et ecclesiae in Wysznycze.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius praedictus canonicus unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Stanislaus Liga de Cracovia, quae quidem vicaria pro sua dote, proprietate et titulo habet habereque consvevit decimam manipularem in Mosczenicza sub parochia ecclesiae de Chelm prope Rabam, cuius dominium et haereditas pertinet ad monasterium et praepositum Myechoviensem ordinis Sancti Augustini, sacri sepulchri dominici Hierosolimitani. In qua sunt sex lanei cmethonales et una quarta, item una taberna et duae hortulaniae, item unum molendinum, et omnia ista habent sub se agros speciales ab agris cmethonum distinctos, et nonnulli existimant agros dictae villae inclusis agris tabernatoris, hortulanorum et molendinatoris citra ad duodecim laneos. Non est ibi curia, neque praedium, sed de omnibus agris praefatis absque diminutione aut diversificatione tam cmethonalibus, quam tabernatoris, hortulanorum et molendinatoris percipit et tollit decimam praefatam vicarius pro tempore, nec aliquis secum participat in decima eadem, tenenturque eam incolae villae praefatae ducere propriis curribus in locum a vicario eligendum, tenentur et decimam canapi

solvere de laneo per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad duodecim marcas propter ubertatem et possessionem agrorum.

Item praebenda praefata iuxta regestra antiqua taxata est ad viginti marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro, quae appellatur Wawrzynyeczka.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Wawrzynyeczka, quam nunc tenet Magister Andreas Rosa de Borzyschowicze, nobilis de domo Rosae, non habet pro dote villam aut fundum, sed tantummodo decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in universa villa episcopatus Cracoviensis Wawrzynczicze, prope oppidum et sub parochia ecclesiae de Wawrzynczicze sita; in qua quidem nominata villa Dluga Wyesch praedicta sunt viginti et octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, sed et de aliquibus agris dictae villae confinantibus, quos oppidani et tabernatores colunt ex oppido Wawrzinczicze praebendae praefatae, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quadraginta marcas. Non est ibi curia, sed est praedium optimum episcopale habens amplos campos, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Wawrzinczicze.

Item habet alteram manipularem decimam in Cobilniky sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis, cuius haeres ratione bonorum maternorum Johannes Rabstinsky de Krasnik, nobilis de domo Bippennium. In qua sunt decem octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas villae ducitur propriis curribus incolarum in horreum per canonicum eligendum et quilibet cmethon de laneo solvit quatuor iuncturas canapi, de canapo puro excusso, et aestimatur valor decimae praefatae ad quindecim aliquando ad vigenti marcas. Item est ibi curia militaris, quae partim praediales agros colit, partim cmethonales, quos suo praedio cmethonibus depositis in supplementum agrorum praedialium applicavit et de agris quidem praedialibus solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in magna Pyasszek; de agris vero cmethonalibus solvit decimam manipularem praesenti praebendae Wawrzynyeczskiey et eius canonico in *gonithwam*. Item una taberna habens agros ex praedio largitos, item quatuor hortulaniae habentes agros ex praedio largitos, item tria molendina, habentia agros ex praedio largitos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali de Pyaszek magna, et valor totius decimae, quae ex praedio militari, taberna, hortulaniis et molendinis solvitur, aestimatur ad quinque marcas.

Item habet tertiam decimam manipularem in Szokolniky, villa episcopatus Cracoviensis sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis sita. In qua sunt novem cum medio lanei, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus duobus campis cmethonalibus exceptis, datur decima manipularis pro praebenda praefata et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad duodecim marcas. Sunt ibi duo campi cmethonales, ut praemisi, de quibus manipularem decimam percipit episcopatus Cracoviensis et valor eius aestimatur ad sex marcas. Non est ibi curia episcopalis, neque praedium, neque molendinum.

Item praebenda praefata habet quartam manipularem decimam in Bronyschow, villa sub parochia ecclesiae de parva Casimiria sita, cuius haeres Johannes Szmok, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt lanei sex cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt dccimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae ad decem marcas. Est etiam ibi curia militaris una, habens agros praediales, de quibus manipularis decima solvitur plebano et ecclesiae in parva Casimiria et valor eius ad tres marcas.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius unicus patronus est canonicus praefatus, quam nunc tenet Matthias de Zarnowyecz, quae pro sua dote, proprietate et titulo habet tres decimas manipulares in villis infrascriptis. Et primo in Wygnanowicze, cuius dominium pertinet ad plebanum et ecclesiam de Wawrzyncziczе, in cuius parochia consistit. In qua sunt sex lanei, tres colunt cmethones et alios tres plebanus cmethonibus amotis, de omnibus tamen sex laneis absque diminutione solvitur decima vicariae praefatae et ducitur per cmethones in horreum vicarii et solvunt canapum et aestimatur valor decimae ad sex marcas.

Item secundam decimam manipularem habet in villa Zabierzow episcopatus Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Wawrzynczicze. In qua sunt novem lanei cmethonales, inter quos duo lanei sculteti, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et canapalis vicariae praefatae et ducitur propriis curribus in horreum et aestimatur valor praefatae decimae ad novem marcas. Est etiam ibi laneus, nobilis de Igolomya, de quo decima manipularis solvitur plebano in Wawrzynczicze. Item est ibi unus laneus custodiae Cracoviensis, solvens pro custode unam marcam. Item est ibi scultetia episcopo subiecta, habens duos laneos, de quibus decimat.

Item tertiam decimam manipularem habet in Wola Zabyerzowska, villa episcopatus Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Wawrzynczicze.

In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus absque diminutione solvitur decima manipularis et canapalis vicariae praedictae et ducitur in horreum vicarii per cmethones et aestimatur valor eius ad sex marcas.

Item praebenda praefata iuxta antiqua regestra taxata est ad viginti unam marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextrc vocata Karnyowska.

Praebenda et canonicatus Karnyowska, quam nunc tenet magister Stanislaus de Cobylino, decretorum doctor et theologiae baccalaareus formatus, non habet pro dote aliquam villam seu fundum, sed habet tantummodo decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in Karnyow, a qua et Karnyowska praebenda appellata est, sub parochia ecclesiae de Czulycze parochiali, cuius villae haereditas et dominium pertinet ad Predborium de Konyeczpolye, nobilem de domo Pobodze. In qua quidem villa sunt quatuordecim lanei cmethonales, item duae tabernae, item quatuor hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi incolae per quatuor iuncturas et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae de Czulycze. Et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Item habet alteram decimam manipularem in Wronin maiori, villa praepositi monasterii hospitalis Sancti Spiritus in Cracovia, sub parochia, ecclesiae de Czulycze. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae tres habentes agros, ita quod taberna et hortulaniae habent integrum laneum specialem, inter eos partitum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et incolae ducunt eam propriis curribus in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad viginti marcas. Est etiam in eadem villa coenobiale praedium, habens agros, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed praepositus et conventus suus tollit eam pro se et inducit in horreum proprium iure antiquo et praescripto.

Item habet tertiam decimam manipularem in villa Slanowicze sub parochia magnae Casimiriae, cuius haereditas post uxorem pertinet ad Johannem Rey, haeredem de Schumsko de domo Okssza. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum pro canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per

quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. Est etiam ibi curia militaris, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in magna Casimiria.

Item habet quartam manipularem decimam in villa Prussy sub parochia ecclesiae de Luborzycza, cuius dominium pertinet ad mensam archiepiscopalem Gnesnensem. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. Est etiam ibi curia archiepiscopalis et tres hortulaniae, de quibus datur decima manipularis varie, nam uno anno datur pro praebenda Cracoviensi in *gonithwam*, altero anno tollit eam curia archiepiscopalis. Item est ibi taberna una et unum molendinum habentia agros ex praedio curiae eis largitos, de quibus decimat pro archiepiscopo, curia etiam archiepiscopalis de praedio nulli decimat, sed tollit illam archiepiscopus et in suum horreum inducit, medietas unius lanei cmethonalis in hortulanos, tabernam et molendinum distributa est.

Item habet quintam manipularem decimam in Wyrzbno sub parochia ecclesiae de Konyuscha. In qua sunt duo haeredes Johannes Wyrzbyensky et Petrus ac Stanislaus Myslowsczy, nobiles de domo Accipitrum et lanei cmethonum duodecim, et diversificatur decima praefata in praebendam et canonicatum et plebanum de Konyuscha, nam de novem laneis tollit eam praesens praebenda Cracoviensis, de tribus autem plebanus et ecclesia de Konyusza, et tenentur cmethones ad ducturam eius et ad decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad octo marcas. Sunt etiam ibi duae curiae et duo praedia nobilium, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae de Konyuscha. Item ibi duae tabernae sunt, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus decimant praesenti praebendae Cracoviensi.

Item habet sextam manipularem decimam in Czyrnyechow, villa sub parochia ecclesiae de Igolomya, cuius haeres Thomas Kazimirsky, nobilis de armis Waldorff alias Nabra. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum, etsi duos haeres Kazimyrsky colit, de omnibus tamen solvitur decima manipularis pro praebenda et ducitur in horreum canonici propriis curribus per cmethones, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Item taberna, item praedium.

Item habet decimam manipularem septimam in Glyew sub parochia ecclesiae de Igolomya, cuius haeres Jacobus de Bothurzyn, nobilis de domo Czyewuya. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae,

item quatuor hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per incolas propriis curribus in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem marcas. Tabernae habent agros proprios, de quibus solvunt decimam in *gonithwam*, hortulaniae quatuor habent agros. Item in eadem villa est praedium militare, de cuius agris percipit decimam manipularem praebenda et eius praebendarius in Igolomya et valor eius ad unam marcam. Item haeres depositis quatuor laneis cmethonalibus solvit tamen de illis decimam manipularem praebendae Cracoviensi Karnyowska in *gonithwam*.

Item habet decimam manipularem octavam in Glyewyecz sub parochia ecclesiae de Igolomya, villa abbatis et monasterii de Clara tumba. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per incolas propriis curribus in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad octo marcas.

Item habet nonam manipularem decimam in Syedlyska sub parochia ecclesiae de Conyuscha, cuius haeres Johannes Szyedleczsky, nobilis de domo et familia Prussy. In qua quatuor cum dimidio lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis praebendae praefatae, et ducunt eam propriis curribus in horreum pro canonico et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas. Sunt etiam ibi alii agri cmethonales et hortulanorum, item praedium militare, de quibus omnibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Konyuscha praeter tertium campum praedii militaris, qui ex antiquo fuit cmethonalis, et de quo haeres decimat pro praebenda Cracoviensi, et aestimatur valor decimae, quantum ad praebendam Cracoviensem, ad quinque marcas. Item non est ibi taberna, sed sunt duae hortulaniae habentes agros parvos, de quibus solvunt decimam praesenti praebendae Cracoviensi.

Item praedicta praebenda habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus pro tempore, quam nunc tenet Magister Valentinus de Ilkusch, quae pro sua dote, proprietate et titulo habet decimam manipularem in Baranow prope Scarbimiriam et sub parochia scarbimiriensi, villa sanctimonialium monasterii Sancti Andreae de Cracovia, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicariae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum pro vicario praefato, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad duodecim marcas. Est etiam ibi praedium coenobiale habens agros, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit, taberna habet integrum laneum specialem.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra, ad triginta quinque marcas.

Item praebenda praefata incorporata est per sedem apostolicam, universitati Cracoviensi, pro doctore iuris canonici, actu canones legente, et habet universitas Cracoviensis ius collationis praefatae praebendae, quoties illam vacare contingit.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro, quae vocatur Lanthkowska.

Praebenda et canonicatus Lanthkowska, quam nunc tenet magister Johannes de Dambrowka, sacrae Theologiae professor et canonum doctor, non habet pro dote aliquam villam aut fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Lanthkowice prope Szlomnyky, ubi est etiam in eadem villa ecclesia parochialis, et dominium villae pertinet nunc ad filios Joannis de Thanczyn, olim castellani Cracoviensis de armis Bippennium. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus omnibus datur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico deligendum, dando decimam canapi per quatuor iuncturas, praeter exceptis duobus laneis cmethonalibus, de quibus duo plebani ecclesiae parochialis in Morawicza, per abstractionem et alienationem, decimam manipularem percipiunt, canonico praefatae praebendae dissimulante et non curante, et aestimatur valor decimae praefatae, quantum pro praebenda Cracoviensi praefata, ad octuaginta marcas. Item sunt ibi viginti tabernae, habentes agros speciales, de quibus omnibus decimam manipularem percipit plebanus et ecclesia ibidem in Lanthkowicze, sunt duo hortulani ad plebanum pertinentes, sed nullos habent agros. Est etiam ibi curia, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae praefatae in Lanthkowicze.

Item habet alteram manipularem decimam in Klymyanthow, villa sub parochia ecclesiae in Proszowicze, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium in Stanyąthky. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum a canonico locandum, praeter et exceptis partibus certis agrorum, quae datae sunt praedictae villae in supplementum laneorum, qui vocantur *przymyarky*, quae diversificantur in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem praebendam Lanthkowska, et in praebendam Gosczyczska, ita, quod una praebenda, uno anno percipit aestivalia, et altero anno hyemalia. Est etis

in eadem villa taberna, habens agros speciales, de quibus manipularem decimam percipit praebenda Cracoviensis Gosczyczska. Item sunt certi agri alias *przymyarky*, de quibus decimam percipit praebenda Cracoviensis dicta Gonowska. Item est etiam in eadem villa curia coenobialis, habens agros praediales, item tres hortulaniae habentes agros speciales, et tam de agris praedialibus quam hortulaniarum, percipit decimam manipularem partem praesens praebenda Cracoviensis Lanthkowska, partem autem coenobium. Item in eadem villa Clymanthow sunt certi agri et campi cmethonales, de quibus manipularem decimam percipit episcopatus Cracoviensis. Item iuxta praefatam villam Clymanthow est alia villa Ostrow, etiam de proprietate monasterii de Stanyanthky, et sub parochia ecclesiae de Prossowicze, in qua, etsi episcopatus Cracoviensis percipit decimam manipularem post omnes fere incolas, habet tamen praedicta villa Ostrow certas partes, in supplementum solum laneorum sibi attributas, quae *przymyarky* appellantur, de quibus decima manipularis solvitur praebendae praesenti Lanthkowska, et ducitur per cmethones Ostrovienses propriis curribus in Clymyanthow, ad horreum per canonicum locandum. Item supra fluvium Srzyenyawa prope Prossowicze est molendinum, multos et optimos habens agros, de quibus decima manipularis solvitur praebendae Lanthkowska, et aestimatur valor decimae praefatae, una cum decima ex dictis partibus villae Ostrow proveniente, ad triginta marcas. Item de aliquibus laneis villae praefatae, cedit decima alteri praebendae Cracoviensi, dictae Rzemiadzieczska.

Item habet decimam tertiam in Skotniky, villa regia sub parochia ecclesiae parochialis Sancti Andreae de Thynyecz. In qua sunt triginta lanei cmethonales, una taberna habens agros, unum molendinum habens agros, hortulániae nullae, nec curia aut praedium, de quibus omnibus datur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico locandum, et aestimatur valor eius ad viginti marcas; decima canapi solvitur per duas iuncturas: inter praefatos autem triginta laneos cmethonales, est unus laneus altaris Sanctae Mariae Nivis in ecclesia Cracoviensi, qui etiam solvit decimam manipularem pro praebenda praefata, censum vero, videlicet duas marcas, duos capones et sexaginta ova, pro altari.

Item habet quartam manipularem decimam in Pychowycze, villa praestimoniali capituli Cracoviensis, prope ripam fluminis Wysla, sub parochia ecclesiae de Rumpella sita. In qua sunt sex lanei cmethonales, item quinque hortulaniae, habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione, solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per incolas in horreum propriis curribus pro canonico, et solvunt de laneo decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas. Non est ibi curia canonicalis, neque agri praediales, neque taberna.

Item habet quintam et ultimam decimam in Korabelniky, villa, cuius haeredes Jacobus, Andreas et Nicolaus germani, vocati Mnynynsczy, nobiles de domo Hastarum, alias Koslarogi. In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania etiam habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas. Item non est ibi curia militaris, neque agri praediales, neque molendinum.

Item praebenda praefata Cracoviensis habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus pro tempore praebendae praefatae, quam nunc tenet magister Johannes de Oleschnycza, quae pro sua proprietate, dote atque titulo, habet duas decimas manipulares infrascriptas. Et primo habet decimam manipularem in Narama sub parochia ecclesiae de Korzkyew sita, cuius haeres Andreas Naramsky, nobilis de domo Nowina. In qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, item una taberna habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a vicario eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi una curia militaris, quae de agris suis praedialibus decimat plebano et ecclesiae in Korzkew.

Item habet secundam manipularem decimam praesens vicaria in Gorky, sub parochia ecclesiae de Conyuscha sita, cuius duo haeredes, Johannes Poborowsky de armis Antiquorum Equorum et Stanislaus Wroninsky etiam de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis absque diminutione vicariae praefatae, et tenentur illam cmethones ducere propriis curribus in horreum a vicario locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad septem marcas; non est ibi taberna, sed est una hortulania non habens agros, item sunt ibi duae curiae militares, quarum una. . . .

Item praebenda praefata Lanthkowska Cracoviensis iuxta omnia regestra taxata est ad triginta marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro dicta Dzyewyathelska.

Praebenda et canonicatus Dzyewyathelska, quam nunc possidet Sigismundus de Syenno, nobilis de domo Dambno, non habet pro dote aliquam villam aut fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas.

primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Dzyewyanthelska, sub parochia ecclesiae de Naszachowicze, cuius villae dominium pertinet ad Paulum de Sprowa, castellanum Leopoliensem de domo Odrowansch. In qua quidem villa sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus omnibus datur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum a canonico locandum, et dant decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad sedecim marcas. Est etiam ibi taberna, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus decima manipularis datur. Item est ibi curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Paczonow.

Item praebenda praefata habet decimam secundam in villa Myechowicze sub parochia ecclesiae de Naszyachowicze, cuius haereditas pertinet ad Stogneum, nobilem de armis Oksza. In qua sunt sex lanei cmethonales, et de quinque laneis solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum a canonico locandum, et cmethones solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas; de sexto autem laneo percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia de Nassyachowicze, sed non est cognitum quo iure. Item in eadem villa est praedium militare, de quo decima datur plebano et ecclesiae in Nassyochowicze, item sunt ibi duae hortulaniae, una taberna, unum molendinum sed non habent agros.

Item praebenda praefata habet tertiam decimam in villa Maloschow, in qua est ecclesia parochialis, quae haereditarie pertinet nunc ad Johannem de Curozwanky, nobilem de domo Rose. In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur propriis curribus in horreum per canonicum deligendum, et solvunt cmethones decimam canapi et aestimatur valor decimae praefatae ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris decimatur pro ecclesia in Maloschow.

Item praebenda praefata habet quartam decimam in villa Choranszycze prope Proschowicze sub parochia ecclesiae de Conyuscha, cuius haeres est Wyrzbyatha et Petrus, Paulus, Thomas Kolaczowsky, nobiles de domo Griffonum. In qua villa sunt sex lanei cum dimidio cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. Non est ibi taberna, sed sunt ibi duae curiae militares, item quatuor hortulaniae, de quorum agris solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Nyekrasszow.

Item praebenda praefata habet quintam manipularem decimam in villa Gnathowicze sub parochia ecclesiae de Conyuscha, cuius haeredes sunt filii Johannis de Thanczyn, Castellani Cracoviensis de armis Bippennium. In qua villa sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico electum, et solvitur decima canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas. Item est ibi curia militaris habens agros, de quibus et nonnullis aliis agris in una parte in montibus versus Conyuscha sitis, quos cmethones arant, solvitur decima pro altarista altaris Sancti Andreae in ecclesia Cracoviensi.

Item praebenda praefata Dziewyathelska habet sextam decimam manipularem in villa parva Wronynyecz sub parochia ecclesiae de Czulicze, cuius haereditas, proprietas et dominium pertinet ad hospitale Cracoviense ad eius praepositum. In qua villa sunt octo lanei cmethonales, de quinque solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapalem per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas; de residuis vero tribus laneis, campis et agris praefatae villae percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia de Czulicze. Et lanei solventes plebano decimam aestimantur ad tres laneos, qui quondam erant lanei nobilium praediales, est etiam ibi praedium coenobiale, habens agros, quod nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Item praefata praebenda habet septimam decimam manipularem in villa Wola Chelmska, prope Cracoviam sub parochia monasterii ordinis praemonstratensium de Zwyerzynyecz, cuius villae haeres est Predborius de Konyeczpolye, nobilis de domo Pobodze. In qua quidem villa sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico deligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad octo marcas. Item in eadem villa est curia militaris habens agros praediales, item una taberna, item unum molendinum, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae et praebendario Sancti Martini in Cracovia, praebendarius autem praefatus occupavit magnam partem decimae praefatae et sibi illam usurpat per dissimulationem et negligentiam canonici.

Item praefata praebenda habet octavam manipularem decimam in villa Chelm prope Cracoviam sub parochia etiam monasterii de Zwyerzynyecz, cuius haeres est Jacobus Nicolaus et Hanek Chelmsky, nobiles de domo Ostoya. In qua villa sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et tenentur eam cmethones

ducere in horreum a canonico constituendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad decem marcas. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praefata praebenda in *gonithwam*. Item hortulani ibi sex, sed non habent agros, item ex antiquo fuit ibi tantummodo una curia, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis pro praebenda Sancti Martini in Cracovia. Hactenus multiplicatis haeredibus et curiis abstracti sunt agri cmethonales et occupati per nobiles, et decima abstracta a canonicatu Cracoviensi et praebendae Sancti Martini per iniuriam applicata.

Item praebenda praefata habet nonam manipularem decimam in villa Olschenycza sub eadem parochia Zwierzynensi sita, cuius haereditas ad monasterium Zwierzynense pertinet. In qua villa sunt certi campi, qui vocantur Zagmancze, inter villas Chelm et praedictam Olschenyczam siti, de quibus campis canonicus pro tempore percipit decimam manipularem, et ducunt eam in horreum et aestimatur valor eius ad unam marcam. Item sunt in eadem villa viginti quatuor cmethonales lanei, item curia coenobii habens duos laneos, qui quondam erant sculteti, et de his omnibus laneis tollit decimam manipularem coenobium et in suum horreum illam inducit. Item est taberna una et quatuor hortulaniae, habentes agros, de quibus etiam monasterium percipit decimam, est etiam ibi molendinum, sed non habet agros.

Item praebenda praefata habet manipularem decimam in villa Pobyodr, in qua est parochia et ecclesia de Pobyodr, in qua villa sunt tres lanei cmethonales, quatuor hortulaniae, de quibus solvi debet decima manipularis praebendae praefatae et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur eius valor ad tres marcas. Item ibi est una curia nobilis Henrici Russoczsky de domo Plomyen, habens praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Pobyodr.

Item praebenda praefata habet decimam manipularem undecimam in villa Jaszkowicze sub parochia ecclesiae de Pobyodr, in qua villa sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus solvi debet decima manipularis praebendae praefatae, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad octo marcas. Item haeres villae praefatae Leonardus Jaszkowsky, nobilis de domo Plomyen. Item eadem villa unum duntaxat praedium militare habet, quod solvit decimam manipularem plebano et ecclesiae in Pobyodr.

Item praebenda praefata habet duodecimam manipularem decimam in villa Trzyebol sub parochia ecclesiae de Pobyodr, cuius haeres Henricus Russoczsky, nobilis de domo Plomyen. In qua villa sunt decem lanei

cmethonales, de quibus solvi debet decima manipularis praebendae praefatae et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi curia militaris, sed sunt tres tabernae in strata publica extra villam, habentes agros, de quibus etiam solvitur decima manipularis praefatae praebendae in *gonithwam.*

Item praebenda praefata habet tredecimam manipularem decimam in villa Passzkowka sub parochia ecclesiae de Pobyodr. In qua villa sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus solvi debet pecunialis decima praebendae praefatae seu fertonalis, pro festo Sancti Martini de quolibet laneo unus ferto, culto tamen aut possesso. Item villae proprietas pertinet ad Henricum de domo Plomyen. Et est ibi una curia, de cuius agris praedialibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Pobyodr. Item quilibet cmetho de laneo ratione missalium solvit plebano et ecclesiae in Pobyodr unam mensuram avenae et mensuram unam siliginis mensurae confertae Zathoriensis.

Item praebenda praefata habet quartam decimam pecunialem decimam in villa Sosznowicze sub parochia ecclesiae de Pobyodr, in qua villa sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus solvi debet decima pecunialis praebendae praefatae seu fertonalis, pro festo Sancti Martini unus ferto de quolibet laneo culto aut possesso. Item villae proprietas pertinet ad Georgium Sosznowsky, nobilem de domo Waldorff, et est ibi una curia praefati haeredis, de cuius agris praedialibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Pobyodr. Item quilibet cmetho de laneo ratione missalium solvit plebano et ecclesiae in Pobyodr unam mensuram avenae et unam mensuram siliginis mensurae confertae Zathoriensis.

Item praebenda praefata habet quindecimam fertonalem decimam in villa Bynczyn sub parochia ecclesiae de Pobyodr, in qua villa sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvi debet decima pecunialis praebendae praefatae seu fertonalis, pro festo Sancti Martini unus ferto de quolibet laneo seu manso aut culto aut possesso. Item villae praefatae proprietas pertinet ad Bartholomaeum Bynczsky, nobilem de domo Radwan. Et est ibi una curia praefati Bartholomaei haeredis, de cuius agris praedialibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Pobyodr, qui aestimantur ad duos laneos. Quidam etiam Nicolaus crispus ex oppido Clobuczsko ortus vendicato sibi iure nobilitatis, coëmptis sibi aliquibus agris, in villa praefata nova curia constructa, novum praedium cmethonibus depositis fecit et decimam manipularem post araturas suas plebano et ecclesiae in Pobyodr fertonali suppressa in praeiudicium praesentis praebendae dare cepit. Item quilibet cmetho villae praefatae ratione missalium, id est ratione iuris parochialis, quod

in polonico *messzne* appellatur, solvit quilibet de laneo plebano et eccle-siae in Pobyodr unam mensuram avenae et mensuram siliginis mensurae confertae Zathoriensis.

Notandum autem et valde attendendum, quod sub temporibus, sub quibus praesentem praebendam Cracoviensem tenuerunt, primo videlicet Clemens Mokrsky, nobilis de domo Jelithonum, deinde sibi succedens Derslaus de Crziszanowicze praepositus Wislicensis, nobilis de domo D[illegible]-bno, plebani de Pobyodr, spoliaverunt praesentem praebendam adiuvantibus eos haeredibus villarum de sex decimis, tribus videlicet manipularibus in villis videlicet Pobyodr, Jaszkowicze et Trzebol et tribus fertonalibus in villis Paszkowka, Sosznowka et Bynczyn per incuriam canonicorum et praesertim Clementis Mokrzsky et in hanc diem detinent eas iniuste occupatas, quae iniustitia ex uno hoc solo perpendi potest, quod in villis tribus cmethones solvunt missalia plebano, et licet Derslaus Crzy-zanowsky proprietate et spolio sufficienter probato, reportasset sententiam definitivam Raphaelis Skawinsky, tunc officialis et canonici Cracoviensis, cuius copiam insero, tamen in Romana curia nullum habens sollicitatorem per dolum et astum partis nemine defendente succubuit.

Sententia definitiva super sex decimis praebendae Cracoviensis Dzyewyantelskey per D. Raphaelem de Skawina lata anno 1448.

Christi nomine invocato etc. In causa inter venerabilem, honorabilem dominos Derslaum de Krzyzanowicze, canonicum Cracoviensem ex una, et magistrum Paulum de Klobuczsko, plebanum in Pobyodr, occasione decimarum praefatarum manipularium et fertonalium in villis praefatis Pobyodr, Jaskowycze et Trzebol manipularium, Passkowycze, Sossnowycze et Bynczyn fertonalium, ac de praefatis duabus tabernis surgentium et provenientium ex altera partibus, de iurisperitorum et dominorum coassessorum consilio per hanc nostram sententiam definitivam, quam ferimus, his in scriptis pronunciamus, dicimus, definimus et decernimus, praefati domini Derslai canonici legitimos praedecessores, canonicos ecclesiae Cracoviensis, seu canonicatum et praebendam, quos nunc ipse dominus Derslaus in dicta ecclesia Cracoviensi habet et possidet, a temporibus legitimis in dictarum decimarum, manipularium et pecuniarum in dictis villis et tabernis provenientium, pacifica et quieta possesione vel quasi fuisse, et exstitisse et easdem dictos dominos canonicos Cracovienses dicti domini Derslai antecessores decimas percepisse et levasse cum effectu, dictosque plebanos antecessores ipsius domini et magistri

Pauli in Pobyodr plebani, et ipsum magistrum Paulum de possessione praefatarum decimarum dicti domini Derslai praefatos canonicos antecessores et ipsum dominum Derslaum canonicum, seu eius canonicatum et praebendam spoliasse, et spoliare in hunc diem, ipsisque hoc non licuisse, neque licere, et ob hoc praefatum dominum Derslaum, canonicum, et eius canonicatum et praebendam praefatos Cracovienses in possessionem earundem decimarum realem et actualem restituendum et reponendum esse constituimus et reponimus ac reintegramus praefatum magistrum Paulum, plebanum, et eius ecclesiam praefatam in Pobyodr ab ulteriori earundem decimarum occupatione removendo, et removemus super eadem occupatione et spolio ipsi et eius ecclesiae in Pobyodr silentium perpetuum imponendo et imponimus, a temporeque motae litis eundem dicto domino Derslao in perceptis necnon expensis litis condempnando, quarum taxam nobis in posterum reservamus, Mercury tricesima Octobris lecta, millesimo etc. 1448. anno.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius nunc vicarius est Stanislaus Masleska de oppido Iszlza, quae quidem vicaria pro dote, proprietate et titulo suis habet habereque consvevit decimam manipularem in villa Mogilany, ubi etiam est parochialis ecclesia, cuius villae dominium pertinet ad monasterium et abbatem Czirzicensem. In qua quidem villa sunt quatuor lanei cmethonales totius villae de quibus decima manipularis solvitur vicariae praedictae et ducitur per cmethones in horreum vicarii et solvit canapales et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad quatuordecim marcas.

Praebenda et canonicatus Zakrzowska nominata in choro dextro ecclesiae Cracoviensis.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Zakrzowska, quam nunc tenet Joannes Wanthrobka de Strzelcze, nobilis de domo Okza, habet pro dote sua villam et fundum Zakrzow, prope Cracoviam, post Casimiria sub parochia ecclesiae de Rupella. In qua est curia canonicalis cum aedificiis suis habens agros praediales, de quibus nulli canonicus praefatus solvit decimam manipularem, sed solus eam percipit et tollit et ducit illam in horreum suum. In qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo solvit duas sexagenas et nihil laborat, non solvunt avenam, neque caseos, sed solvunt triginta ova et duos gallos. Item confinat praedicta villa cum civitate regia Casimiriensi, item cum Dambnyk, villa regia, et est scopulus magnus haereditates dividens, item cum Blonye, villa

episcopali, et fluvius Wylga dividit, item cum praediis, quae pertinent ad altare Sancti Joannis Evangelistae in ecclesia Cracoviensi, et in aliquibus locis sunt scopuli et in aliquibus strata communis, item cum Borek, villa capitulari, item cum Kobyerzyn, ubi sunt in aliquibus locis scopuli, et in aliquibus lapides, item cum Pychowicze, villa capitulari, et strata publica et fossata dividunt illas. Item una hortulania, habens unum hortum, solvit mediam sexagenam, nihil laborat, item decima manipularis pro praebenda praefata et valor eius ad septem marcas.

Item praebenda praefata habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo habet decimam manipularem in Cosczeyow, villa sub parochia ecclesiae de Raczslawicze, cuius villae dominium pertinet ad praepositum et monasterium Swyerzynense ordinis praemonstratensium. In qua sunt quadraginta lanei cmethonales, item una taberna, item quatuor hortulaniae, de quibus omnibus decima manipularis solvitur praebendae praefatae et propriis curribus per incolas ducitur in horreum per canonicum eligendum, et solvunt cmethones decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Est etiam ibi curia coenobialis, habens agros praediales, de quibus decimam manipularem solvit nulli, sed eam pro se percipit monasterium et in horreum suum inducit. Item est ibi scoltetus, qui habet quatuor laneos et unam hortulaniam, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda Cracoviensi in *gonithwam.*

Item habet decimam manipularem in Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis, cuius haeres Johannes de Kurozwanky, nobilis de domo Rosae. In qua sunt novem lanei cmethonales, item non sunt tabernae, item tres hortulaniae, de quibus omnibus decimam manipularem percipit praebenda praefata, et tenentur eam incola propriis curribus ducere in horreum pro canonico et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad duodecim marcas. Item est ibi curia militaris, cuius agri praediales solvunt decimam manipularem vicariis ecclesiae Scarbimiriensis. Item sunt ibi aliqui cmethonales agri, de quibus decimam manipularem percipit praebenda Wyanczkowska.

Item habet decimam manipularem in Budzyeiowicze, villa sub parochia ecclesiae de Nyegardow, cuius dominium pertinet ad Spytkonem de Melsthyn, nobilem de armis Lelywa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna, item non sunt hortulaniae, de quibus omnibus decima manipularis solvitur praebendae praefatae et propriis curribus per incolas ducitur per cmethones in horreum per canonicum eligendum, et solvunt cmethones decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad septem marcas. Item sunt ibi alii quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Nyegardow, et valor

eius aestimatur ad septem marcas. Item praedium non est ibi, neque molendinum.

Item habet decimam manipularem in Marschowicze, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowyedz, cuius dominium pertinet ad Stanislaum Marszowsky de domo Polukoza, et Paulum Kostrzeczsky de domo Szarza; in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna, item non sunt hortulaniae, de quibus omnibus decimam manipularem percipit praebenda praefata, et tenentur eam cmethones propriis curribus in horreum ducere pro canonico et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem et octo marcas. Item extra villam praefatam sunt duo molendina, habentia agros speciales, in flumine Raba sita, unum, in quo moratur Rudolth, solvit decimam manipularem de omnibus campis praebendae praefatae, aliud vero, in quo moratur Belch, solvit decimam de medietate agrorum pro canonico et de altera medietate ultra fossatum iacente vicario eiusdem praebendae. Item de quodam campo dictae villae, qui vocatur Radzyeiowskye polye, quem cmethones dictae villae colere consveverunt, solus haeres decimam manipularem sibi usurpat, nullo illum super hoc impetente, Stanislaus videlicet Marszowsky.

Item habet manipularem decimam in Wygnanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Nyedzwyedz, cuius haeres Nicolaus Conyeczsky, nobilis de domo Kowinya, hoc est, tres gladios iunctos accuminibus in campo rubro pro insigni deferente. In qua sunt tres lanei cmethonales, item nulla taberna, item duae hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Item in eadem villa est curia militaris, alterius nobilis Johannis Schayntha, habens agros speciales, de quibus solvitur decima manipularis praebendario in Nyedzwyedz; item et de una taberna.

Item habet manipularem decimam in Zyelonky, villa regia sub parochia ecclesiae de altera Zyelonky, villa capituli Cracoviensis, in qua sunt septem cum dimidio lanei cmethonales, item quatuor tabernae, item novem hortulaniae, item tria molendina, de quibus omnibus decima manipularis solvitur praebendae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum per canonicum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad decem marcas. Est etiam ibi curia regia habens agros praediales, de quibus manipularis decima solvitur, et etiam de aliquibus agris cmethonalibus, qui vocantur *przymyarky*, et qui fuerunt eis ex praedio adiuncti pro altari Sancti Vladislai confessoris in ecclesia Cracoviensi. Item praefata decima in Zyelonky diversificatur, nam de

tribus laneis cum medio, item de duabus tabernis, item de uno molendino, item de tribus hortulaniis et de tribus stadiis aliorum trium laneorum cmethonalium, item de tribus campis praedialibus seu curialibus, qui vocantur Jutrzyny, datur decima ecclesiae parochiali et plebano ad Sanctum Stephanum in Cracovia.

Item habet manipularem decimam in Szydzyna, villa sub parochia ecclesiae de Skawyna, cuius proprietas ad monasterium Thyncziense pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, sed perceptio decimae ex agris huiusmodi proveniens diversificatur.

Item praebenda praefata habet decimam pecuniariam in oppido Bochnya regio, ubi zuppa salis et ecclesia parochialis. In qua sunt triginta lanei civiles, quos oppidani eiusdem oppidi arant et incolunt, et de quolibet solvunt solvereque tenentur unum fertonem latorum grossorum bohemicalium, et tenentur huiusmodi pecunias decimales magister civium et consules Bochnenses recolligere et canonico pro tempore aut eius factori singulis annis pro festo Sancti Martini representare, et facit summa praefatae decimae septem marcas cum media in latis grossis pragensibus.

Item babet decimam pecunialem in Radzeschow, villa sub parochia ecclesiae, quae in villa eadem consistit, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem Thyniciensem. In qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, qui abbati Thynciensi manipularem decimam tenentur solvere, duas videlicet sexagenas latorum grossorum bohemicalium singulis annis pro festo Sancti Martini. Pro praebenda praefata solvunt ratione villae Brunaczow a multis temporibus desertatae, cuius proprietas ad monasterium Thynciense, decima manipularis, ad praesentem praebendam Cracoviensem parochia in Radzeschow pertinebat, cuius agros, sylvas, rubetta et prata, villa Radzeschow sibi approprians, pro decima villae praefatae praebendae Cracoviensi duas sexagenas latorum grossorum solvit. Item in eadem villa duo scolteti, qui de agris suis plebano et ecclesiae in Radzeschow decimant.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quae pro sua dote, proprietate atque titulo habet decimas manipulares infrascriptas quatuor, unam videlicet habet in Proschowycze, villa supra ripam Rabae fluminis prope Bochnyam sita, sub parochia ecclesiae de Krzyzanowicze, in qua sunt tres nobiles haeredes, videlicet Nicolaus Bossowsky de armis Grzymala, Mathias Kurosz de armis . . . . et Otthluczony de armis vocatis Rolya. Item aliquot cmethones et hortulaniae, tres lanei, decem hortulaniae, tres tabernae, omnes habentes agros praediales et cmethonales, de omnibus tamen solvitur solvique debet decima

manipularis et in horreum conduci pro vicaria praefata, et cmethones tantum solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, sed nobiles liberi sunt ab eius solutione et aestimatur valor decimae praefatae ad quatuor marcas. Huius vicariae pro praesenti vicarius est Martinus Szoczewka de Kleparz. Item nobiles de tribus curiis decimant plebano et ecclesiae in Krzyszanowicze.

Item habet alteram manipularem decimam in Sthara Wolya, villa etiam in ripa fluminis Rabae, sub parochia ecclesiae de Nyegowyedz sita, in qua haeres Skarbek, nobilis de domo Griffonum. In qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis per quatuor iuncturas solvitur solvique debet vicariae praefatae, et in qua non est curia, neque praedium militare, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Item habet tertiam manipularem decimam in Clyaczana etiam iuxta ripam Rabae fluminis, sub parochia de Nyegowiecz sita, cuius haeres Bartholomaeus Obulecz, nobilis de domo Odrowansch. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et decima canapalis per quatuor iuncturas, non est ibi curia dominii, neque praedium, et aestimatur valor eius ad quinque marcas, aliquando vero ad tres marcas cum media.

Item habet quartam manipularem decimam in Jaroschowka, villa etiam iuxta Rabam fluvium, sub parochia ecclesiae de Nyegowyedz, cuius haeres Joannes Nyewiarowsky, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt tres lanei cmethonales, una taberna, item duae hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et etiam decima canapalis per quatuor iuncturas et conducitur per incolas propriis curribus in horreum per vicarium eligendum et aestimatur valor eius ad tres marcas. In hac tamen villa, sicut et in caeteris supra Rabam sitis, fluvius ipse exuberans et agros evertens, valorem decimarum ipsarum in magna parte minoravit. Sunt etiam in eadem villa aliqui agri, qui feruntur fuisse praediales, quos cmethones incolunt, de quibus manipularem decimam percipit plebanus et ecclesia in Nyegowyedz. Item eadem vicaria percipit decimam manipularem de certis agris molendini villae Marschowicze, in una parte fossatae, seu lacus alias alvei, per quem Raba currebat, in quo molendino nunc moratur Belçh.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad quadraginta duas marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro dextro vocata Krzeslawska.

Praebenda et canonicatus Krzeslawska, quam nunc tenet Johannes de Baruchow, nobilis de domo Dolywa, non habet pro dote aliquam villam aut fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas, et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Krzeslawicze, sita super Dlubnyam prope Mogylam, a qua denominatur Krzeslawska, cuius dominium pertinet ad praepositum et monasterium Myechoviense ordinis sepulchri dominici Hyerosolimitani. In qua quidem villa sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus datur decima manipularis praebendae praefatae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas. Sunt ibi taberna una, septem hortulaniae, molendinum, habentia agros speciales, de quibus omnibus etiam solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et aestimatur valor eius ad triginta quatuor marcas. Item in villa eadem est curia coenobialis, habens agros praediales, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed monasterium Myechoviense tollit illam pro se et in horreum suum inducit. Item villa praefata sita est sub parochia ecclesiae de Pleszow.

Item praebenda praefata habet secundam manipularem decimam in Xangnycze villa sub parochia ecclesiae de Wyanczlawicze, cuius villae proprietas pertinet ad ecclesiam Sancti Floryani, pro custodia et ejus fundo. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae; de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et per incolas villae praefatae ducitur propriis curribus in horreum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad sedecim marcas. Item in eadem villa est curia custodis, habens agros praediales, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed custos sancti Floryani pro tempore tollit eam pro se et in suum illam horreum inducit. Aratur etiam unus laneus cmethonalis per curiam, sed de illo datur et dari debet decima manipularis in *gonithwam* pro praebenda praesenti.

Item praebenda praefata habet tertiam manipularem decimam in Przewyeczany prope Wyeliczkam, villa sub parochia ecclesiae de Biskupycze, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Lubucensem. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quindecim marcas. Item in eadem villa est curia episcopi Lubucensis habens agros

praediales, de quorum medietate decima solvitur pro praebenda praesenti in *gonithwam*, de altera autem medietate agrorum praedialium solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Biskupicze.

Item praebenda praefata habet quartam manipularem decimam in Szulkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius proprietas et dominium pertinet ad Vladislaum alias Wlodek, nobilem de domo Lodza. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad sex marcas. Item in eadem villa est curia militaris habens agros praediales, de quibus decimat plebano et ecclesiae in Wyeliczka.

Item praebenda praefata habet quintam manipularem decimam in Zabawa, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius proprietas et dominium pertinet ad Johannem dictum Wawrowsky, nobilem de domo Polukoza. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. Item in eadem villa sunt duae curiae militarium, habentes agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Wyeliczka, praeter unum laneum cmethonalem, quem colit una curia cmethone deposito, curia Johannis Wawrowsky, sed decimam de huiusmodi laneo dat in *gonithwam* pro praebenda Cracoviensi praesenti.

Item habet sextam manipularem decimam in Mlodzeyowicze villa sub parochia ecclesiae de Wianczslawicze, cuius haeres Stanislaus Mlodzeyowsky de domo Stary kon. In qua sunt quatuor lanei cmethonales solventes decimam manipularem, cuius perceptio in duas praebendas Cracovienses diversificatur, nam de aliquibus agris hyemalibus et aestivalibus tollit eius partem maiorem praesens praebenda anno uno, et praebenda Czechowska, Cracoviensis minorem, altero vero anno reciproce praebenda Czechowska tollit maiorem partem, et praebenda praesens minorem; in maiori parte valor eius aestimatur ad tres marcas, in minori ad duasmarcas, solvunt decimam canap. per quatuor iuncturas et propriis curribus ducunt eam in canonicale horreum. Item est ibi una curia militaris, item una taberna, et hortulaniae quatuor- habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Poramba prope Wolfram, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius praedictus canonicus unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Mathias de Grodzecz quae pro sua dote, proprietate et titulo habet

duas decimas manipulares infrascriptas. Primam habet decimam manipularem in Wągyercze utraque, maiore et minore, villis sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, in strata publica eundo ex Bochnya sitis, unius dominium et proprietas pro maiori parte pertinet ad altare Omnium Sanctorum per Nyemyerzam de Chrzelow., canonicum Cracoviensem, de domo Vulpium fundatum, maior pars dictae haereditatis pertinet ad Petrum Kowalyecz, nobilem de domo.......... In qua sunt novem lanei cmethonales item duae tabernae, item sex hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et ducitur propriis curribus in horreum per incolas praefatae villae pro vicario, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad viginti marcas. Non est ibi curia, neque praedium militare, sed, si quando nobilis in agris depositis vel desertatis arat, solvit et solvere tenetur decimam pro vicaria praefata in *gonithwam*, et licet plebanus de Wyeliczka quodam tempore intromiserat se de decima praefati nobilis, tamen fuit iure victus.

Item habet secundam manipularem decimam in Offczary, villa sub parochia ecclesiae de Gyeboltow, quantum ad nobiles, quantum vero ad cmethones pertinet in Korzkyew, cuius haereditas pertinet ad Hankonem et Johannem Woiewodka, nobiles de domo Ostoya. In qua sunt sex lanei cmethonales, item nullae tabernae, item quatuor hortulaniae, item campus parvus ad duo stadia aestimatus villae vicinae, videlicet Przybyslawycze, a villa Offczary propter interfectionem mulieris in eodem campo abstractus, de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro vicaria praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad duas marcas. Sunt etiam ibi duae curiae militares et duo praedia, de quibus manipularis decima solvitur et plebano et ecclesiae in Gyeboltow.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad triginta marcas.

CHORUS SINISTER.

Archidiaconatus Cracoviensis, secunda dignitas post Pontificalem in ecclesia Cracoviensi, sed primaria in choro sinistro.

Archidiaconatus Cracoviensis non habet pro dote aliquam villam aut fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Przeszwody sub parochia ecclesiae de Coszczielecz sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem et monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus absque

diminutione archidiaconatui Cracoviensi et de laneo solvitur decima canapi per quatuor iuncturas, et tenentur illam incolae propriis curribus in horreum per archidiaconum eligendum inducere et aestimatur valor eius ad quindecim marcas. Sunt etiam ibi hortulaniae sed non habent agros, item est in curia coenobialis habens agros praediales, de quibus nulli reddit decimam, sed monasterium praefatum tollit eam pro se.

PYEKARY. Item habet alteram manipularem decimam in Pyekary, villa sub parochia ecclesiae de Koszczielecz sita, cuius haeres Wierzbyan-[illegible]a Pyekarsky, nobilis de domo Nyeszobya. In qua sunt duo lanei cum medio, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui Cracoviensi et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum per archidiaconum eligendum et decima canapi solvitur de laneo per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad tres marcas. Est etiam in eadem villa curia militaris habens agros praediales, sunt etiam duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendario in Koszczielecz, est etiam ibi taberna, sed non habet agros.

MISLAWCZYCZE. Item habet tertiam decimam manipularem in Mislawczycze, villa sub parochia ecclesiae de Koszczelyecz sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praeposituram Sancti Michaëlis in castro Cracoviensi, in qua nulla est curia, neque praedium praefatae praepositurae, sed sunt tantummodo sex lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab archidiacono eligendum et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas de laneo et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas.

GRUSSZOW, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Brzesko sita, cuius proprietas pro parte una et maiori pertinet ad monasterium et abbatem de Brzeszko, altera ad urbanum Lapka, qui habet ibi duos laneos, tertia ad Pyantkam, qui solummodo habet unum praedium. In qua sunt novem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes amplos agros, item duae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur archidiaconatui absque diminutione et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum ab archidiacono eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Coenobium brzeszense non habet ibi curiam neque praedium, sed neque urbanus Lapka, solus Pyantka habet ibi praedium, cuius decima vaga est. Est etiam ibi unus ager cmethonalis, dictus Schadek, in agris praedialibus coenobii locatus, qui decimat monasterio brzeszensi solum de sex stadiis, de residuis autem percipit archidiaconus.

PLAWOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de antiqua Brzeszko sita,

cuius haeres Stanislaus Wantrobka, castellanus Sandecensis, nobilis de domo Oxa; in qua sunt octo lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item quinque hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis archidiaconatui Cracoviensi et propriis curribus per incolas ducitur in horreum per archidiaconum eligendum, et decima canapi per quatuor iuncturas solvitur et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Est etiam ibi curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Lopuszno.

Mischow, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Brzeschko sita, cuius plures sunt haeredes, et in qua sunt quatuor lanei tantummodo cmethonales, item duo hortulani habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui Cracoviensi et propriis curribus per incolas villae ducitur in horreum ab archidiacono eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad octo marcas. Sunt etiam ibi quinque curiae nobilium, habentes agros praediales, speciales, ex quibus solvunt decimam manipularem plebano et ecclesiae in Antiqua Brzeszko. Est etiam ibi praedium speciale abbatis et monasterii Brzeszensis, de quo decimam manipularem solus tollit abbas et in horreum inducit, item taberna est ibi una, habens agros, item unus laneus cmethonalis, qui ad Johannem Pleszowsky pertinet, de quibus omnibus datur decima plebano in antiqua Brzesko.

Cuchary, villa sub parochia ecclesiae de antiqua Brzeszko sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad serenissimum dominum Poloniae regem. In qua sunt octo lanei et duae tabernae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiacono Cracoviensi et tenentur illam incolae propriis curribus inducere in horreum ab archidiacono constituendum, et dant decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem et octo marcas. Item est ibi praedium regale, de quo decima manipularis solvitur cum aliquibus agris etiam duabus tabernis adiunctis, plebano et ecclesiae parochiali in Jadownikу, villa regia prope Bochnyam.

Czayanczicze, sub parochia ecclesiae de Bobin sita, cuius duo sunt haeredes Thomas et Paris, nobiles de domo Lelywa. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro archidiaconatu praedicto et ducunt illam cmethones in horreum per archidiaconum eligendum propriis curribus. Item sunt ibi duae curiae militares et duo praedia, sed praedium Thomae, quod cmethonibus depositis institutum est, solvit decimam cum aliis cmethonibus in *gonithwam* pro archidiaconatu Cracoviensi et aestimatur valor decimae praefatae ad sex marcas; de altero vero praedio, quod est Paridis, perceptio decimae diversificatur; nam de certis agris tollit illam

plebanus et ecclesia in Bobin, de aliis vero agris tollit illam plebanus in Mykluszowycze, de uno campo etiam hortulaniae cedit decima plebano in Bobyn.

Mikluschowicze, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Nicolaus Czikowsky, nobilis de domo Radwanorum. In qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae, una plebani, quae non habet agros, altera haeredis, quae habet agros, et tam agri cmethonales quam tabernae, decimant pro archidiaconatu Cracoviensi et tenentur incolae propriis curribus ducere in horreum per archidiaconum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad decem marcas. Item est ibi molendinum, sed non habet agros, item hortulaniae ibi non sunt, item est ibi una curia militaris, quae de suis agris praedialibus dat decimam manipularem plebano et ecclesiae ibidem in Mikluszowicze.

Dzewin, villa sub parochia ecclesiae in Mikluszowicze, cuius haeres praefatus Nicolaus Czikowsky. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna, agros speciales habens, et de omnibus solvitur decima manipularis in *gonithwam*, sed perceptio eius diversificatur, nam maiorem partem decimae percipit episcopus Cracoviensis una cum totali decima canapi; minorem vero partem decimae percipit archidiaconatus Cracoviensis absque decimae canapi aliqua parte, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum per archidiaconum eligendum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Non est ibi praedium, non sunt hortulaniae.

Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Mikluszowicze sita, cuius haeres Dobeslaus Kmitha de domo Srzenyawa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui et propriis curribus per incolas ducitur in horreum ab archidiacono eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et valor decimae aestimatur ad quinque marcas, item non est ibi praedium neque curia, non sunt hortulaniae.

Benedyktowicze, villa sub parochia ecclesiae Sancti Laurentii de Czyrkyew sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro archidiaconatu Cracoviensi, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad septem marcas. Non est ibi taberna, sed est praedium regale, de cuius agris praedialibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in oppido Vsczye.

Wyszdzicze, villa sub parochia ecclesiae de Mikluszowicze sita, cuius haeres Petrus Wyszdziczky, nobilis de domo Radwanorum. In qua sunt....... lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis

solvitur pro archidiaconatu Cracoviensi et propriis curribus per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad decem marcas. Est etiam in villa eadem curia militaris et praedium, de cuius agris decima manipularis solvitur.

Archidiaconatus Cracoviensis, quemadmodum caeterae dignitates et personatus, non habet vicarium in ecclesia Cracoviensi, sed per aliquem ex vicariis canonicalibus onera et officia archidiaconatus in Cracoviensi ecclesia implet, non sine praeiudicio totius ecclesiae et praesertim canonicorum, qui pro se vicarios habent perpetuos et de suis praebendis solariatos, et nonnisi una marca aut duabus ipsum stipendiat; habet autem onus visitandi ecclesias parochiales sub suo archidiaconatu constitutas, quae se ad numerum quingentarum ecclesiarum citra extendunt. Privilegiatus autem est privilegio apostolico, ut illum non possit neque debeat alius, nisi theologiae aut canonum doctor, sive apostolico sive ordinario iure obtinere.

Taxa autem archidiaconatus Cracoviensis praefati iuxta omnia regestra nova et vetera extendit se ad sexaginta marcas.

Scolastria Cracoviensis, tertia dignitas post Pontificalem in ecclesia Cracoviensi, sed secunda in choro sinistro.

Scholastria Cracoviensis, quam nunc tenet Sbigneus de O l e s z n y c h a, filiaster secundum carnem olim domini Sbignei, cardinalis et episcopi Cracoviensis, nobilis de domo D a m b n o, habet pro dote sua fundum, villam videlicet M y s z t r o w i c z e uno milliari a C r a c o v i a supra fluvium D l u b n y a sub parochia ecclesiae de R a c i b o r o w i c z e sitam, in qua est curia scolastici pro tempore bene aedificata, habens agros praediales, de quibus nulli solvit decimam, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit. In qua sunt septem lanei cmethonales, quorum quilibet pro censu solvit unam marcam et sex grossos, item laborant a festo Sancti Johannis Baptistae usque ad diem Sanctae Margarethae tres dies, sed coniunctim alias *Zprząszą*, a die vero Sanctae Margarethae usque ad festum Sancti Johannis tantummodo duos dies etiam coniunctim, ducturas etiam facere tenentur coniunctim et ad rationem dierum in septimana debitorum, praeter ducturam in Cracoviam, quam absque die facere tenentur. Item cmethones non solvunt avenam alias *ossep*, neque caseos, tenetur tamen quilibet eorum solvere triginta ova de laneo et duos capones; item habet unam tabernam habentem agros, quae nihil laborans solvit duas marcas, item habet unum hortulanum habentem tantummodo hortum, qui nihil solvens unum tantummodo diem pedester in

septimana laborat; item habet unum molendinum in flumine Dlubnya habens agros et prata, quod pro annuo censu solvit quatuor marcas. Item tam lanei cmethonales quam agri, tabernae et molendina solvunt decimam manipularem scolastriae praefatae et tenentur illam incolae propriis curribus inducere in horreum scolastici, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae ad duodecim marcas. Item cmethones et incolae villae praefatae tenentur ad duplicem *powabam*, item quilibet scolasticus pro tempore, et quilibet alius praedictae villae Mystrzowycze tenutarius et possessor tenetur de censu villae praefatae magistro scolae ecclesiae maioris et castri Cracoviensis solvere annis singulis duodecim marcas irrecuse et absque omni difficultate, residuitatem vero pro se retinere. Scolasticus autem Cracoviensis pro tempore scolae magistrum ecclesiae Cracoviensis locat et ordinat atque destituit, capitulo tamen Cracoviensi prius consulto et requisito, qui etiam scolae magister ex provisione et ordinatione capituli praefati Cracoviensis a quolibet praelato canonico in ecclesiam Cracoviensem installando, ratione installationis debet habere mediam marcam, et alteram mediam marcam notarius capitularis, qui singulariter per capitulum ad notariatus officium pro libito eligitur et instituitur ex nova constitutione, quod alias ex veteri observantia magister scholae pro tempore administrare consveverat. Item villa praefata confinat cum villis Bathowicze episcopali, Raciborowicze capitulari, Zdzyslawicze monasterii de Mogyla, Byenczycze praepositi Sancti Floriani, Rakowicze regia, Prandnyk monasterii thiniciensis, et ubique pro limitibus habentur aggeres continui alias *ugyasdy*, praeterquam villam Zdzyslawicze, cum qua habentur scopuli. Item cmethonibus et incolis villae praefatae ratione duarum *powabarum*, quas laborant, dantur ex praedio curiae duae sexagenae foeni, una sexagena siliginis et una sexagena avenae.

Item scolastria praefata Cracoviensis habet pro sua dote plures decimas manipulares et pecuniales in districtibus Rathiboriensi, Oswiecimensi et Zathoriensi consistentes, quorum nomina subnectemus. Et primo habet manipularem decimam in villa

Chelm, villa sub parochia ecclesiae de Lyandzini sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Cracoviensem pro tempore. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scholastriae Cracoviensi et per cmethones inducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius ad viginti marcas aestimatur.

Gyemyelenye, villa sub parochia ecclesiae de Lyandzini sita, cuius proprietas pertinet ad episcopum Cracoviensem. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a scholastico

locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas pro una medietate; pro altera autem medietate percipit eam ecclesia in Landzyni.

Coschuthow, villa sub parochia ecclesiae de Lyandzyni sita, cuius proprietas pertinet ad episcopum Cracoviensem. In qua sunt lanei cmethonales . . . . de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Dzyeczwycowicze, villa . . . . .

Districtus Zathoriensis.

Zathor, oppidum, in quo est ecclesia parochialis murata, cuius proprietas pertinet ad Casimirum, Venceslaum, Janussium et Vladislaum, duces Zathorienses. In quo sunt lanei civiles, de quibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, abstracta est autem perceptio decimae manipularis a scolastria, et soli oppidani illam percipiunt et summatim solvunt pro illa quinque marcas latorum grossorum Pragensium; praedium etiam ibi, quod alias nunquam fuit, noviter ibi erectum est per duces ex agris oppidanorum in damnum et praeiudicium decimae scolastriae. Item advocatia habens...

Spithkowycze, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius proprietas pertinet ad duces Zathorienses praefatos, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi. Huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico octo marcas grossorum latorum Pragensium.

Bachowicze, villa sub parochia ecclesiae de Spithkowicze sita, cuius haeredes et domini duces Zathorienses praefati. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico quatuor marcas latorum grossorum Pragensium.

Myeszcze, villa, in qua ecclesia parochialis, cuius dominium et haeredes duces de Zathor, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi. Huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam de suo agro quilibet percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico viginti scottos latorum grossorum Pragensium.

Pyotrowycze, villa, ubi ecclesia parochialis, cuius domini haeredes duces Zathorienses praedicti. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus

solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi. Huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi quatuor cum media marcas latorum grossorum Pragensium.

Geralthowycze, villa, ubi ecclesia parochialis, cuius haeres Nicolaus Schaschowsky de domo Fossorum, quae in polonico Copaczowye appellantur. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi tres marcas latorum grossorum Pragensium.

Przeczyczow, villa, ibidem ecclesia parochialis, cuius haeres Nicolaus Mischkowsky, nobilis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi quatuor marcas latorum grossorum Pragensium.

Grabischicze, villa, sub parochia ecclesiae de Tluczany sita, cuius duo haeredes Stresz, iudex de domo Kyczka et Johannes Rudzky, de domo Pylawa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim scolastico quatuordecim scottos latorum grossorum Pragensium.

Gendrzychow, villa sub parochia ecclesiae de Wyeprz sita, cuius haeres Nicolaus Schaschowsky, nobilis de domo Fossorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim scolastico fertonem latorum grossorum Pragensium.

Fredrichowicze, villa, ibidem ecclesia parochialis, cuius haeres Alexander Fredrichowsky, nobilis de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius autem perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico mediam marcam latorum grossorum Pragensium.

Podolsche, villa sub parochia ecclesiae de Zathor sita, cuius haeres Nicolaus Miszkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae

soli illam de agro suo quilibet percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi tres marcas latorum grossorum.

TRZEBYENCZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Zathor, cuius haeredes duces Zathorienses. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa summatim scolastico Cracoviensi unam cum dimidia marcas latorum grossorum.

SMOLYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Zathor sita, cuius haeredes Nicolaus Schaschowsky de domo Fossorum, et Joannes Radwan de domo Radwanorum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa summatim scolastico Cracoviensi unam cum dimidia marcas latorum grossorum Pragensium.

PRIYBIRADZ, villa sub parochia ecclesiae de Fridrichowicze sita, cuius haeredes duo, Nicolaus Schaschowsky de domo Fossorum, et Alexander Fridrychowsky de domo Cornicz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa summatim scolastico Cracoviensi octo scottos latorum grossorum Pragensium.

WYTHANOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius haeres Jacobus Wythanowsky, nobilis do domo. . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria Cracoviensi abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa summatim scolastico Cracoviensi unam marcam latorum grossorum Pragensium.

BABYCZA, ibidem parochialis ecclesia, cuius duo haeredes Johannes et Stanislaus de Rudy, nobiles de domo Carpyc. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastico Cracoviensi abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa summatim scolastico Cracoviensi mediam marcam latorum grossorum Pragensium.

CLECZA, villa, ibidem ecclesia parochialis, cuius duo haeredes Spytek, nobilis de domo . . . . et Andreas Slupsky, nobilis de domo . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa

summatim scolastico Cracoviensi sedecim scottos latorum grossorum Pragensium.

Palczowycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres nobilis Nicolaus Mischkowsky de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi duas marcas latorum grossorum.

Strzischow, villa sub parochia ecclesiae de Cleczcza sita, cuius haeredes nobilis de domo . . . . et Andreas Slupsky, nobilis de domo . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scolastria, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico tres fertones latorum grossorum.

Chocznya Vetus, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius proprietas pro castro Berwald ad Casimirum, Polaniae regem, pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scolastria, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico mediam marcam latorum grossorum.

Wyeprz, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius duo haeredes videlicet, Nicolaus Schaschowsky et Nicolaus et Stanislaus de Wyeprz, nobiles de domo Grzymala. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scolastria Cracoviensi, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt pro illa summatim scolastico viginti scottos latorum grossorum Pragensium.

Lyaskowa, villa sub parochia ecclesiae de Zathor sita, cuius haeres Michael Lyaszkowsky, nobilis de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa unum fertonem latorum grossorum.

Wosznyky, villa habens parochialem ligneam ecclesiam Sanctae Mariae dictam in se sitam, cuius proprietas ad abbatem et monasterium in Mogyla ordinis Cisterciensium Cracoviensis dioecesis pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi unam marcam latorum grossorum Pragensium, item

ecclesia in Wadwicz subest ecclesiae in Wosznyky, ut filia matri, de eius permissione erecta.

Thluczan, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Johannes Strzeszkowsky, nobilis de domo Accipitrum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis a scolastria abstracta est, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scolastico Cracoviensi.

Districtus Kanthy.

Kanthy, oppidum habens ibidem parochialem ecclesiam, cuius dominium pertinet ad Casimirum Poloniae regem, quod habet in se laneos cultos, de quibus datur darique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem, annis singulis solvit tres marcas latorum grossorum.

Wythkowicze, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius sex haeredes Nicolaus Tarlo de domo medii Salmonis, Wrochey de domo Srzenyawa, Stephanus de domo . . . . et *Woyewoda*. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem, et solvit annis singulis tantum, quoniam deserta est, unum fertonem latorum grossorum, item duo ibi praedia militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Withkowicze.

Bulowycze, villa sub parochia de ecclesiae de Czancza sita, cuius haeres Petrus Bulowsky, nobilis de domo . . . . In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis novem scottos latorum grossorum.

Czanyecz, villa habens in se ecclesiam parochialem Sancto Bartholomaeo Apostolo dicatam, cuius haeredes Nicolaus et Michael de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis novem scottos latorum grossorum.

Dwyekozy, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Nicolaus Slop de Dambowyecz, castellanus Oszwyanczinensis, nobilis de

domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis quinque fertones latorum grossorum.

Lypnyk, habens in se parochialem ecclesiam, cuius dominium et proprietas ad Casimirum, Polaniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis sex marcas latorum grossorum.

Wylamowycze Andreae, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Wilamowszczy, nobiles de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur solvique debet decima manipularis pro scolastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scolasticorum conversa est in pecunialem et solvit annis singulis mediam marcam latorum grossorum, sed diversificatur perceptio decimae in scolasticum et episcopum Cracoviensem.

Pyssarzowycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Johannes Balinsky, nobilis de domo ..... In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis unam cum dimidia marcas latorum grossorum, sed diversificatur perceptio decimae in scholasticum et episcopum Cracoviensem.

Besthwyna, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Johannes Cloch, nobilis de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis tres fertones latorum grossorum.

Halsznow, villa sub parochia ecclesiae de Byertholthow sita, cuius haeres Leonardus cum fratribus, nobilis de domo Nowyna. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis mediam marcam latorum grossorum, sed perceptio decimae diversificatur in scholasticum et episcopum Cracoviensem.

Kobyernyczá, villa sub parochia ecclesiae de Kanthy sita, cuius haeres Melchior de Dambowyecz, nobilis de domo Cornycz. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima

manipularis pro scholastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis tres marcas latorum grossorum Pragensium.

Districtus Zywyecz.

Oppidum Zywyecz, habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Petrus Comorowsky, nobilis de domo Gryffonum. In qua sunt lanei civiles, de quibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur scholastriae Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefatum oppidum solvit novem scottos latorum grossorum una cum vico Sporzysz.

Antiqua Zywyecz, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz, cuius dominium pertinet ad praefatum Petrum Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, huius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae soli illam quilibet de suo agro percipiunt et solvunt summatim pro illa scholastico Cracoviensi quatuordecim scottos latorum grossorum.

Pyetrzikowycze, villa sub parochia ecclesiae de Ludwygowicze, cuius haeres dictus Petrus Komorowsky, nobilis de domo Gryfforum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis datur darique debet pro scholastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem, et solvuntur annis singulis scholastico viginti tres fertones latorum grossorum Pragensium.

Ludwygowycze, villa, ibi ecclesia parochialis, cuius haeres dictus Petrus Komorowsky, nobilis de domo Gryfforum. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione scholastriae Cracoviensi solvebatur, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefata villa solvit scholastriae Cracoviensi undecim scottos latorum grossorum.

Zablocze, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz, cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi. Huius etiam perceptio in manipulis abstracta est a scholastria, et incolae soli illam quilibet de agro suo percipiunt et solvunt summatim pro illa scholastico mediam marcam latorum grossorum.

Moszczennycza, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz, cuius haeres praefatus Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria

Cracoviensi, per negligentiam tamen et abusum scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis scholastico Cracoviensi octo scottos latorum grossorum Pragensium.

Radzichowycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Petrus Komorowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, per negligentiam tamen et abusum scholasticorum Cracoviensium conversa est in pecunialem et solvit annis singulis scholastico Cracoviensi.

Czączyna, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz sita, cuius haeres Petrus Komorowsky praefatus. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus datur darique debet decima manipularis pro scholastria Cracoviensi, per abusum tamen et negligentiam scholasticorum conversa est in pecunialem et solvit annis singulis scholastico.

Lankawycza, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur scholastriae Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefata villa solvit singulis annis scholastico Cracoviensi.

Rychwald, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur scholastriae Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefata villa singulis annis solvit scholastico Cracoviensi.

Wyeprze maior, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz sita, cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur scholastriae Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefata villa solvit scholastico Cracoviensi.

Wyeprze minor, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz sita, cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur scholastriae Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefata villa solvit scholastico Cracoviensi.

Lypowa, villa sub parochia ecclesiae de Zywyecz sita, cuius haeres Petrus Komorowsky. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis a primaeva fundatione ecclesiae Cracoviensis solvebatur

scholastriae Cracoviensi, ob sequestrationem vero regni Poloniae et gwerras decimis mutilatis solvuntur pecuniae, et praefata villa singulis annis solvit scholastico Cracoviensi.

Districtus Berwald.

Slechowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wadowicze sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem dominum Casimirum, Poloniae regem, et ad castrum suum regium Berwald pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima pro scholastria Cracoviensi solvebatur, in praesenti vero ad beneplacitum scholastriae tantummodo solvitur.

Jaroschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius proprietas et dominium ad Casimirum, Poloniae regem, et ad castrum suum regium Berwald pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima pro scholastria Cracoviensi solvebatur, in praesenti vero ad beneplacitum scholastici solvit tantummodo.

Stronye, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius proprietas et dominium ad Casimirum, Poloniae regem, et ad castrum suum regium Berwald pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima pro scholastria Cracoviensi solvebatur, in praesenti vero ad beneplacitum scholastici solvit tantummodo.

Skawcze, villa sub parochia ecclesiae de Zakrzow sita, cuius proprietas et dominium ad Casimirum, regem Poloniae, et ad castrum suum regium Berwald pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima pro scholastria Cracoviensi solvebatur, in praesenti vero ad beneplacitum scholastici solvitur tantummodo.

Zakrzow, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius proprietas et dominium ad Casimirum, Poloniae regem, et ad castrum suum regium Berwald pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus antiquitus decima pro scholastria Cracoviensi solvebatur, in praesenti vero ad beneplacitum scholastici solvit tantummodo.

Item scholastria Cracoviensis habet tres domos cum suis areis, ad illius proprietatem pertinentes, in civitate Cracoviensi.

Prima domus in platea legati iuxta domum altaristarum Sanctorum Gervasii et Protasii muratam sita, quam Thomas Panczernik inhabitat, qui pro annuo terragio et censu solvit scholastico Cracoviensi.... marcas, de quo habetur privilegium Pauli Gisziczsky tum scholastico Cracoviensi ....

Secunda domus etiam in platea legati, inter primam domum immediate septam ab una, et domum acialem, in platea castrensi Beati Petri, aediculae confrontatam partibus ab altera sita, quam Hannusch Mnich inhabitat pro praesenti, quae pro annuo terragio censu solvit scholastico Cracoviensi...... marcas, de quo habetur privilegium Pauli Gisziczsky, scholastici Cracoviensis, in archivis ecclesiae Cracoviensis.

Domus tertia iuxta curiam episcopalem immediate et in platea monasterio Sancti Francisci confrontata sita, quam magister Caspar Rokyemberk, decretorum doctor, scholasticus tunc existens Cracoviensis, cum esset lignea, totam demolivit et domui suae paternae secundae, ab acie in platea fraternitatis, eundo a monasterio Sancti Francisci sitae, et postico eius totam applicavit et adiunxit, subiiciens se et germanum suum Hieronimum et successores suos domus praefatae secundae ab acie, habitatores ad........... marcarum perpetui census terragii per censuras ecclesiasticas exigendarum solutionem.

Scholastria Cracoviensis taxam habet ad saxaginta marcas argenti iuxta antiqua regestra.

Custodia Cracoviensis, sexta et ultima dignitas post pontificalem, in choro vero sinistro tertia.

Custodia Cracoviensis, quam nunc tenet Johannes Woyschyk de Woycza, nobilis de domo Powala aliter Ogony, habet certas villas sanctuariorum ecclesiae Cracoviensis pro sua dote atque fundo, quae quidem villae per veteres reges et principes Poloniae cum hominibus illas incolentibus, sed perpetue servituti obnoxiis, qui dati sunt ecclesiae Cracoviensi ad serviendum in illa opera necessaria ac servilia, die ac nocte, et ab omni solutione, dacia, tributo et suffragio ex quacumque causa imponendo, et quocumque nomine vocitando, regali, pontificali, ducali, terrestri, universali et particulari, ordinario et extraordinario, pecuniario et victuario, et etiam a *poradlne* sive *krolewsthwo*, et a quolibet labore plenissime libertati. Et primo habet villam Swyanthnyky sub parochia ecclesiae de Brzesze sitam, in qua non habentur agri distincti in laneos, sed habentur agri in pecies distincti et possessiones in quatuordecim habitacula alias Szedliszka divisae. Illarum autem possessionum et habitaculorum frequentius et quasi pro omni anno per naturalem successionem aut venditionem variatur ordo et numerus, et interdum unus ager et habitatio in plures filios ex uno patre prodeuntes protenditur et interdum per mortem reintegratur, ex quo venit, ut aliqua habitacula maiorem censum solvunt, aliqua minorem, iuxta quantitatem et qualificationem agrorum. Summa autem generalis, quae ex huiusmodi villa

pro censu provenit, facit decem marcas, tres fertones, septem grossos, unum quadrantem, quam custos singulis annis Cracoviensis percipere consvevit. Item non est in villa praedicta aliquod praedium, neque taberna, neque hortulania, posset tamen praedium sanctuario aliquo deposito ordinari, item sanctuarii et incolae villae praefatae non faciunt aliquos labores pro custode, neque dant avenam, neque caseos, neque gallos, neque ova. Item haereditas praefata non habet virgulta, neque molendinum, neque in villa aliquem cohaeredem. Item incolae et sanctuarii villae praefatae de antiquis agris nulli decimant, sed quilibet de agro suo decimam percipit et tollit, de agris vero aliquibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi, quae Czechowska appellatur, et cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item villa praefata confinat cum villis Czerzow, Sborczicze, Wythkowicze, Brzesze et Krakoschowycze.

Sczythnyky, secunda villa ad custodiam Cracoviensem pertinens, sub parochia ecclesiae de Brzesze sita. In qua sunt decem et septem cmethones incluso tabernatore, et totidem habitacula, et omnes habent agros, non limitatos in laneos, sed in pecies distinctos, quarum aliquae sunt minores, aliquae maiores, secundum proportiones et divisiones, solvunt autem praefati cmethones pro censu annuo custodiae Cracoviensi decem marcas cum media, praeter tabernam, quae unum tantummodo hortum et nullos agros habens, solvit singulariter unam marcam custodiae pro annuo censu, non dant praefati cmethones custodi *ossep* neque caseos, neque gallos, neque ova, ab omnibus etiam laboribus ordinariis et extraordinariis, et ab omnibus datiis et a *poradlne* libertati, non dant decimam de antiquis agris, sed de proprio agro quilibet illam pro se tollit, de agris vero, in quibus quondam erant nobiles, et quos coëmisse et in sanctuariorum sortem fertur transtulisse Sanctus Stanislaus, episcopus Cracoviensis, decimant praebendae Cracoviensi, quae vocatur Czechowska. Item sunt in eadem villa Sczythnyky quatuor lanei cmethonales, non ad custodiam neque ad sanctuarios, sed ad Johannem Kwyathonyowsky, nobilem de domo ..... pertinentes. Item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus decimatur praebendae Cracoviensi praefatae Czechowska, non sunt ibi hortulaniae, neque praedium, neque molendinum, sed duae parvae piscinae in villa, ad custodiam Cracoviensem pertinentes. Item praefata villa confinat cum villa Krakoschowycze et scopuli sepati limitant, item cum Czychawa et strata parum trita alias *drozyszko* limitat, item cum Grodkowicze et in pratis habentur signa pro limitibus, item cum Brzesze et ibi usque ad *gayum* limites villae Sczythnyky, sed totum *gayum* pertinet ad villam Brzesze, item cum Czerzow.

Item notandum, quod praefatae duae sanctuariorum villae, habent in sua

sorte et proprietate duas decimas manipulares, ipsis ex antique per episcopum et capitulum Cracoviense attributas, unam in villa Kokothow sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, cuius haeres Nicolaus Wyerzynek de Sledzeyowycze, nobilis de domo .... In qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item etiam unus hortulanus habens agros, item alteram decimam habens in Sledzeyowicze, villa, cuius idem Wyerzynek est haeres, sub parochia etiam ecclesiae de Wyeliczka sita, in qua unus laneus cmethonalis et una taberna habens agros, et duae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro sanctuariis praedictis, et tenentur eam incolae dictarum villarum propriis curribus ducere in horreum a sanctuariis costituendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor dictarum duarum decimarum ad octo marcas, et non participat de huiusmodi decimis in aliquo custos, sed sanctuarii dictarum duarum villarum Swyathnyky et Sczytnyky partiuntur illas et pecunias ex eis provenientes inter se viritim. Item in villa Kokothow nullum est praedium, neque curia, in villa vero Sledzyowicze est curia militaris habens agros praediales, de quibus solvitur decima. Item in praedicta villa Sczythnyky sunt quatuor sanctuarii, qui vocantur Krzeczky, et hi non participant cum aliis sanctuariis de decimis praefatis, sed de decima in Czerzow.

Gorky, tertia villa sanctuariorum sub parochia ecclesiae de Mogylany, prope oppidum Skawyna sita. In qua duodecim cmethones seu sanctuarii, et duodecim domus et habitacula, alias *szedliszka*, quorum octo solvunt pro annuo censu singulis annis quilibet per mediam marcam, quatuor vero per unum fertonem pro annuo censu, non habent agros in laneos distinctos sed in pecies, et summa census, quam solvunt custodiae Cracoviensi, facit quinque marcas. Non dant praefati cmethones custodi *ossep*, neque caseos, neque gallos, neque ova, ab omnibus etiam laboribus ordinariis et extraordinariis et ab omnibus datiis et *poradlne* libertati. Item omnes praefati duodecim cmethones seu sanctuarii de omnibus agris eorum nulli dant decimam manipularem aut pecunialem, sed quilibet de agris propriis illam pro se tollit, plebano tantummodo de Mogylany solvere tenetur quilibet eorum unum avenae chorum, non est ibi hortulania aliqua, neque praedium, neque taberna, neque molendinum, habet etiam praedicta villa bona virgulta pro sanctuariorum necessitate. Item confinat dicta villa cum villis Wrzossowycze et ibi fluvius dictus Wosznycza dividit, item cum Rzeschotary et ibi scopuli pro medietate, pro medietate autem iniuriae hinc inde irrogantur, item cum Szepraw et ibi scopuli, sed in uno loco violati et destructi, in aliquibus autem locis fluvius Szepraw dividit, item cum

Olschowicze, et ibi scopuli, item cum Luzyna, et ibi erant scopuli, sed demoliti sunt, et maxima violentia et iniuria villae praedictae irrogata.

Trampky, quarta villa sanctuariorum ecclesiae Cracoviensis, in qua sunt quinque cmethones seu sanctuarii, et quinque areae et habitacula seu *szedlyska*, habentes agros impares, non in laneos, sed in pecies distinctos, ex quibus pro annuo censu solvunt custodiae Cracoviensi quatuor marcas minus fertone, et sita est praefata villa prope Wyeliczkam sub parochia ecclesiae de Byskupycze. Item praefati cmethones seu sanctuarii non dant custodi *ossep*, neque caseos, neque gallos, neque ova, ab omnibus etiam laboribus, ordinariis et extraordinariis, et ab omnibus daciis et *poradlne* libertati. Item in eadem villa sunt sex lanei ad episcopatum Cracoviensem pertinentes, et una taberna habens campos speciales, qui alias pro praedio episcopali colebantur, et unus hortus etiam habens agros, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Byszkupicze.

Item notandum, quod sanctuarii de duabus villis immediate descriptis, videlicet in Gorky et in Trampky, et quatuor sanctuarii de villa Szczythnyky, qui vocatur Krzeczkowye, habent decimam manipularem in Czerzow, villa sub parochia ecclesiae de Brzesze sita, cuius haeres nobilis Johannes Czerzawsky de domo Streparum. In qua sunt duo lanei cmethonales, unus hortulanus et una taberna, habentes agros speciales, de quibus omnibus tollunt decimam manipularem praefati sanctuarii de praefatis tribus villis, et tenentur illam incolae propriis curribus in horreum a sanctuariis constituendum inducere et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Perceptio vero praefatae decimae inter praefatos sanctuarios taliter diversificatur, nam duobus annis continuis percipiunt illam sanctuarii de Gorky, tertio vero anno percipiunt illam sanctuarii de Trampky, quarto vero anno percipiunt illam quatuor sanctuarii dicti Krzeczkowye de villa Sczythnyky.

Item villa praefata Trampky confinat cum villis.........

Item sciendum, quod sanctuarii praefati de praedictis quatuor villis, videlicet Swyantniky, Sczytnyky, Gorky et Trampky, tenentur servitia omnia administrare et opera servientia exercere in ecclesia Cracoviensi, et non solum de quatuor villis praefatis, sed et de villa Oppathkowicze inferius scripta, tenentur autem per totum circulum anni pro qualibet septimana praefatae quinque villae quatuor ex se sanctuarios ordinarie mittere ad serviendum, pro festis vero Nativitatis Christi, Paschae, Pentecostes et Sancti Michaëlis et Sancti Stanislai tenentur etiam ex se ordinarie mittere novem sanctuarios, qui assidue et diligenter per festa praedicta et per eius octavas in ecclesia Cracoviensi deserviant. Si quis autem venire neglexerit iuxta ordinem suum, custos Cracoviensis castigat eum, cui tenetur dare pro

poena negligentiae unum fertonem, duas mensuras avenae et duos capones. Item custos pro tempore habet iurisdictionem in sanctuarios et iudicat eos iure terrestri et eos in ius suum excipit, si quando ad iudicia saecularia trahuntur. Item habent a pulsatione qualibet, si pro extraneo, mediam marcam, si pro praelato canonico aut intraneo, unum fertonem.

Opathkovycze, villa sub parochia ecclesiae sancti Jacobi in Casimiria sita, in qua duo tantummodo sanctuarii ecclesiae Cracoviensis, habentes agros ad duos laneos aestimatos, et optima prata, qui tenentur ad omnia servitia et ministeria in ecclesia Cracoviensi cum caeteris aliis sanctuariis et participant cum eis in minutis proventibus de pulsu campanarum pro defuncto, et de ecclesia provenientibus, in perceptione autem decimarum manipularium cum caeteris sanctuariis non participant, nec communicant, solvunt pro annuo censu custodiae Cracoviensi unam marcam, liberi ab omnibus laboribus aliis, contributionibus, suffragiis, daciis, *poradlne* et quibuscumque tributis ordinariis et extraordinariis, maior autem pars villae pertinet ad abbatem et monasterium Thyniciense. Item confinat praefata villa.............

Item notandum, quod sanctuariis villarum praefatarum dabatur ex donatione antiquorum regum et principum Poloniae, ex zuppis Wyelicensibus et Bochnensibus lardum, millium, pisum, sal, sed solutio haec vetustate temporis iam obsolevit.

Charzowicze, sexta et ultima villa custodiae Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Gay sita, ibi unus cmetho habens sufficientes agros et prata, qui non computatur in numero sanctuariorum, nec servit nec ministrat ecclesiae Cracoviensi, unde nec participat cum sanctuariis, qui pro annuo censu solvit custodiae Cracoviensi unam sexagenam, ab omnibus servitiis, laboribus, tributis, *poradlne* et quibuscumque daciis liber, habens aliqua virgulta et piscinulas, in quo loco asseritur quondam fuisse praedium custodiae Cracoviensis. Item alii lanei et agri eiusdem villae pertinent ad Johannem Skawynsky de domo Dolywa, item confinat dicta villa cum Bliczynka, Mogilany, Kulerzow et Bukowye et Korabinky.

Zabyerzow, villa episcopi Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Wawrzynczycze sita, in qua unum laneum cmethonalem perpetuum habet custodia Cracoviensis, qui pro labore et pro censu solvit custodiae Cracoviensi unam marcam, decimat autem de agro eodem.

Cerdones Cracovienses, ante valvam sutorum sub parochia Sancti Stephani siti, censuales sunt propter areas et hortos, in quibus sedent, custodiae Cracoviensi dando censum huiusmodi in latis grossis pragensibus, et sunt viginti duae areae in numero et totidem horti, quas et quos ex nomine ad futurorum memoriam conservandam et ad omnem dubitationem rescindendam annotare curavi:

Petrus Zytko, quatuor grossos latos.
Catharina Koszczolkowa, undecim scottos latos.
Stanislaus Lang, consul Cracoviensis, quatuordecim gr. lat.
Marcus Czederneder, quatuor grossos latos.
Jacobus Teplar, quinque grossos.
Paulus Rethey, tres grossos.
Laurentius Roszentel, septem grossos.
Johannes Polsky, novem grossos.
Thomas Teplar, quatuor grossos.
Nicolaus Unikowsky, novem scotos.
Johannes Molde, viginti unum grossorum.
Paulus Frank, sex grossos.
Matthis Klene, quatuor grossos.
Laurentius Griffnik, duos grossos.
Stanislaus Feter, sex grossos.
Johannes Polsky, iterum quatuor grossos ex alia area.
Johannes Lutifigulus, undecim scottos.
Johannes Koczbyal, quinque grossos.
Altarista maioris altaris Sancti Johannis Baptistae ad S. Barbaram in Cracovia, quatuordecim grossos.
Monasterium Sanctae Mariae de Arena, unam marcam.
Stanislaus Szythko, quatuor grossos.
Philippus, tres grossos.
Faciunt 181. CLXXXI gros. et unam marcam.

NIGRA VILLA. Cmethones, incolae et hortulani de Nigra Villa, sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano in Cracovia sita, ad proprietatem et dominium regni Poloniae pertinens, novem fertones ratione hortorum et arearum, quos et quas incolunt, solvunt annis singulis pro custodia Cracoviensi duas marcas et unum fertonem, solvunt pro tribus quatuor temporibus anni. Item pro quatuor temporibus Sanctae Trinitatis tenentur solvere tres fertones, pro quatuor temporibus Sanctae Crucis alios tres fertones et pro quatuor temporibus Sanctae Luciae residuos tres fertones.

Item praefata custodia Cracoviensis habet tres decimas manipulares in tribus villis et primo in Kobile, villa sub parochia ecclesiae de Wysznycze sita, cuius haeres Dobeslaus Kmytha de Wysznycze, castelanus Lublinensis, nobilis de domo Srzenyawa. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, taberna una et hortulania una, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro custodia Cracoviensi et ducitur propriis curribus in horreum a custode eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Item in

eadem villa est curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis plebano et ecclesiae in Wysznycze.

Rogosze, villa sub parochia ecclesiae de Wysznycze sita, cuius haeres idem Dobeslaus Kmytha de Wysznycze. In cuius villae medietate sunt lanei quatuor, de quibus tantummodo solvitur decima manipularis pro custodia Cracoviensi et ducitur propriis curribus in horreum a custode eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Alia autem medietas eiusdem villae Rogoze solvit decimam manipularem plebano et ecclesiae in Brzesznycza. Item in eadem villa non est curia neque praedium militare.

Sciendum autem, quod praefatas duas decimas manipulares in Kobilye et in Rogoze Bodzantha, episcopus Cracoviensis, anno Domini 1360 a mensa sua abstraxit, cum consensu capituli compulit et donavit perpetuo custodiae Cracoviensi in recompensam decimae manipularis in Nyepolomycze, quae ad custodiam Cracoviensem ex antiquo pertinebat, ad preces et intercessionem Casimiri secundi, Poloniae regis, et ipsam decimam in Nyepolomycze contulit in dotem ecclesiae parochiali in Nyepolomycze, per ipsum Casimirum regem, sub titulo decem millium Martyrum fundatae et insigniter muratae, de quo habetur speciale privilegium praefati Bodzanthae in ecclesia Cracoviensi, commutationem huiusmodi decimarum de consensu Nicolai, tunc custodis Cracoviensis, attestans.

Kelczowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Nyepolomycze sita, cuius haeres Jacobus Boturzynsky de domo Czewuya. In qua lanei octo cmethonales, item taberna non est, item hortulaniae sunt, non habentes agros speciales, de quibus omnibus laneis solvitur decima manipularis custodiae praefatae et propriis curribus ducitur per incolas in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad octo marcas. Est etiam ibi praedium militare, quod solvit decimam pro plebano et ecclesia in Nyepolomycze.

Item custodia Cracoviensis taxata est ad viginti quinque marcas, quae non habet vicarium specialem, sed aliquis vicarius canonicalis per custodem conventus officia diurna et nocturna pro eo in ecclesia Cracoviensi administrat.

Vicecustodiae duae in ecclesia Cracoviensi.

Item habet ecclesia Cracoviensis duos vicecustodes, non perpetuos, sed manuales, in quibus custos Cracoviensis nihil habet iurisdictionis, aut proprietatis, quos capitulum pro quocumque tempore vicecustodiarum praefatarum, ex quacumque causa occurrit vacatio, ordinat, instituit et locat, generalis capituli celebratione non exspectata. Ad vicecustodias autem huiusmodi capitulum

Cracoviense, quos vult legit, interdum ex numero vicariorum Cracoviensium, interdum ex numero aliarum personarum officiis huiusmodi congruentium; tenetur autem legere personas ad praefata officia fideles, maturas, factivas et honestas, circumscripto omni favore et livore et solum habendo respectum ad personarum decentiam et valorem, quarum fidei clenodia et cumnilia singula ecclesiae Cracoviensis digne credi, committique possent, vice-custodias autem huiusmodi capitulum Cracoviense ex bonis et introitibus capitularibus dotat et stipendiat decimis et proventibus infrascriptis, et ideo nullus alius nisi capitulum de praefatis vicecustodiis disponit, quarum unam nunc tenet Petrus Swyetlik, alteram Andreas de Gorka, vicarii perpetui canonicales Cracovienses.

Lyewnyowa, villa sub parochia ecclesiae de Byeszadky prope oppidum Czchow sita, cuius haeres Nanayko Wyelyoglowsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, una taberna, tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro capitulo Cracoviensi, in usum tamen vicecustodum, et ducitur per incolas in horreum per vicecustodes locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae eius ad viginti marcas. Haec etenim decima, quantum ad proprietatem, pertinet ad capitulum Cracoviense, donata est capitulo Cracoviensi perpetue per Vincentium, episcopum Cracoviensem, cum aliis decimis manipularibus et pecuniariis circa Czhow consistentibus, quam capitulum Cracoviense mensae suae et aliis administrationibus praeiudicando in vicecustodes confert.

Strzalkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Koszoczicze sita, in qua capitulum habet unum laneum, habentem sufficientes agros et prata, de quibus decima manipularis cedit pro capitulo, qui ab omnibus servitiis, laboribus liber, solvit pro censu et decima vicecustodibus duas marcas annuatim, pro festo Sancti Martini duos gallos et sexaginta ova, et ipsemet cmetho laneo residens tenetur sibi de aedificiis quibuslibet providere, residuitas autem praefatae villae pertinet ad Sigismundum de Koschoczicze, nobilem de domo Rawa. Quatuor hortulaniae in suburbio Cracoviensi in Kawyory sitae, sub parochia ecclesiae Sancti Stephani in Cracovia, et quaelibet hortulania pro capitulo Cracoviensi in manus et in usum vicecustodum solvit pro censu annuo pro festo Sancti Martini sedecim grossos, et summa facit unam sexagenam et quatuor grossos.

Item de pecuniis capitularibus datur vicecustodibus praefatis per procuratorem capituli una sexagena ita, quod ad quaelibet tempora dantur ambobus quindecim grossi ad computum et rationem huiusmodi sexagenae. Item de horto altero inferiori in Stradomya sito capitulari, datur eis omnis census per regentem capitulo dari solitus, tres videlicet fertones in

recompensam eius census, qui eis ex domo capitulari, in platea retro aediculam Sancti Petri sita, et quae incendio conflagravit, proveniebat, et quae non fuit in area capitulari libera, in hanc diem reaedificata. Item habent vicecustodes praedicti singulis septimanis quatuor panes capitulares, aut panibus deficientibus, quatuor grossos, inter se ex aequo partiendos, per capitulum Cracoviense noviter illis ex gratia et favore consignatos. Item pro quatuor hebdomadis adventus, item pro septem hebdomadis quadragesimae, dantur praefatis vicecustodibus ambobus, refectiones in halecibus aut in pecuniis unius canonici. Item, quod cuilibet eorum dantur quindecim grossi, noviter etiam illis per capitulum Cracoviense ex gratia et favore consignati, cum alias non dabantur.

Item praefati vicecustodes habent omnes custodiendi res, ornata, libros, clenodia, cruces et calices et cumnilia Cracoviensis ecclesiae, et de eis rationem faciendi capitulo et eius procuratori in sacristia, per vices et hebdomadas pro custodia rerum dormiendi, vestes sacras et ornamenta curandi, abluendi, consuendi, reficiendi, sanctuarios pro eorum excessibus et negligentiis virgis cedendi, maiores eorum excessus capitulo innotescendi, vestes et res sacras exponendi, celebrantes canonicos in altari maiori coaptandi, processiones in diebus Sancti Marci, rogationum, corporis Christi et eius octavae, divisionis Apostolorum, octavae visitationis Sanctae Mariae et in quibuscunque aliis diebus institutas et instituendas, tantummodo maioris ecclesiae ordinandi, gubernandi aulaeam, pro festo corporis Christi, coenae Domini et palmarum, ac sepulchri in parasceve praeparandi.

Canonicatus et praebenda in sinistro choro Wyanczkowska in ecclesia Craceviensi.

Praebenda et canonicatus Wyanczkowska, quam tenet Johannes senior Dlugosch de Nyedzyelsko, ortus de domo et familia Wyenyawa, quae habet fructus et introitus infrascriptos. Primo habet villam Wyanczkowycze pro fundo, a qua Wyanczkowska denominationem accepit, sitam in editiori loco non longe a fluvio Rudawa, in parochia ecclesiae de Bolechowycze, duobus milliariis a Cracovia distantem. In qua est curia pulchra cum agris, pratis, pomeriis et officinis suis, solusque canonicus percipit decimam manipularem ex agris praedialibus absque aliqua diminutione. Item habet villa praedicta octo lancos cmethonales, et de quolibet solvitur annuatim una marca. Item tabernam unam, habentem agros et prata, quae annuatim solvit duas sexagenas, item molendinum unum, habens agros aliquos et prata, quod annuatim solvit duas marcas, item quinque hortulanias, habentes agros et prata, una tamen quinta hortulania habet

bonos et amplos agros sub se, ex agris praedialibus ei adiunctos, et frequenter in ea locatur cmetho, solvens mediam marcam et alia iura ad placitum rectoris. Caeterae hortulaniae solvunt unam marcam cum dimidia, et quaelibet laborat unam diem in septimana, quilibet etiam cmetho de laneo laborat in septimana proprio curru aut aratro duos dies, incipiendo a festo Sancti Bartholomaei, usque ad festum Sancti Johannis Baptistae; a festo vero Sancti Johannis Baptistae, usque ad festum Sancti Bartholomaei, per tres dies. Item omnes agri totius villae, tam cmethonales, quam hortulanorum et tabernatoris, solvunt decimam manipularem cuiuslibet grani et seminis, suo domino et canonico, et ducunt eam propriis curribus in horreum in Wyanczkowycze, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Solvit etiam quilibet cmetho de laneo unum caseum et viginti ova et duos gallos annuatim: audiunt incolae villae praedictae in ecclesia parochiali in Bolechowycze, divina, dant etiam cmethones decimam canapi per quatuor iuncturas de canapo puro et exculto.

Item praebenda praedicta habet undecim decimas manipulares; primam in villa propria Wyanczkowycze, de qua iam explicatum est.

Secundam vero decimam habet in villa Krzyschowycze, ad nobilem Felicem Tharnowsky nunc pertinente, in parochia ecclesiae de Byrkow sita, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, tabernae duae, habentes agros proprios, et duae hortulaniae, etiam habentes agros proprios, item molendinum habens agros proprios, de quibus omnibus datur decima manipularis cuiuslibet grani et seminis, et ducitur in locum per canonicum deputandum, propriis curribus per cmethones, una cum decima canapi, et aestimatur valor praedictae decimae, propter varietatem camporum, aliquando ad viginti, aliquando ad sedecim marcas. Est etiam in eadem villa curia, habens agros praediales, ex quibus datur decima manipularis pro praebendario in castro Tarnoviensi.

Item habet tertiam decimam in villa Radzymycze, nobilis Michaelis Lyaszoczsky de domo Dolanga, in qua habetur ecclesia parochialis lignea, et in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et duae tabernae habentes agros speciales, et duae hortulaniae habentes similiter agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis sive campestris cuiuslibet grani, praebendae praedictae, duciturque per cmethones in horreum, quod canonicus elegerit, exceptis parvis particulis, alias *przymyarki*, quarum una pars pertinet ad plebanum in Wroczymowycze, altera ad vicariam canonicatus et praebendae Cracoviensis, quae intitulatur Topolska; solvit etiam eadem villa decimam canapi, canapo parato, et aestimatur valor huius decimae biennio ad quindecim, tertio vero anno ad duodecim marcas, propter particulas praedictas. Est etiam in eadem villa curia, habens agros praediales

proprios, ex quibus datur decima manipularis plebano ibidem in Radzimycze.

Item praebenda praefata habet quartam decimam in villa Magna Przemyączany, quae est monasterii et sanctimonialium de Sthanyanthky, in qua nulla est curia, nec aliqui lanei praediales, sed tantummodo lanei cmethonales quindecim, et duae tabernae et unum molendinum, proprios agros habentes; sed perceptio huius decimae diversificatur inter tres praebendas Cracovienses, videlicet in praebendam Wyanczkowska, et in praebendam Zyrawska, et in praebendam Bossuthowska; biennio autem ex duobus campis pertinet maior pars decimae, in tertio vero anni in minori campo, minor pars spectat decimae ad praebendam Wyanczkowska, et ducitur pro omnibus canonicis per cmethones in horreum, et aestimatur valor decimae praefatae pro praebenda Wyanczkowska, biennio ad decem aut octo marcas, tertio vero anno ad tres marcas. Solvit etiam decimam canapi, canapo puro, et sita est in parochia ecclesiae de Zelenycze, et solvitur decima canapi per quatuor iuncturas, et sola praebenda Bossuthowska decimam canapi per annos singulos percipit; item non sunt ibi hortulaniae.

Item praebenda praedicta habet quintam decimam in villa Wolya, sita in parochia Wroczymowycze, cuius proprietas pertinet ad nobilem Johannem Thursky de domo Gryffonum. In qua sunt sex lanei cmethonales et una taberna et duae hortulaniae, habentes agros proprios: diversificatur etiam perceptio decimae praedicatae in duas praebendas Cracovienses, videlicet inter praebendam Wyanczkowska et Zyrawska, et uno anno praebenda Wyanczkowska percipit omnia hyemalia de singulis agris, secundo vero anno omnia etiam aestivalia de omnibus agris, tertio vero anno nihil percipit; ducunt decimam cmethones in horreum, et solvunt decimam canapi ei canonico, ad quem pertinet perceptio hyemalium; in hunc modum et praebenda Zyrawska percipit decimam praedictam, uno videlicet anno aestivalia, altero hyemalia et tertio omnia. Aestimatur valor praedictae decimae, quando cedunt hyemalia, ad quatuor marcas, quando vero aestivalia, ad duas marcas. Est etiam ibi curia, habens agros praediales, de quibus datur decima manipularis pro ecclesia et plebano in Wroczymowycze.

Item praebenda praedicta habet sextam decimam manipularem in villa Kozky, sub parochia Scarbimiriensi sita, cuius proprietas pertinet ad nobilem Stanislaum de Kuroswanky, de domo et familia Rosae, in qua sunt quinque lanei cmethonales, et sextus laneus campi, qui vocatur Zakrzowske polye: diversificatur etiam perceptio praedictae decimae in duas praebendas Cracovienses, videlicet in Wyanczkowska et Rzemyanowska, et in mansionarios Cracovienses, et uno anno percipit una pars hyemalia, secundo aestivalia, et tertio parum; ducunt cmethones decimam in horreum,

et solvunt decimam canapi. Non est ibi curia, neque praedium, sed est septimus laneus specialis cmethonalis, de quo ex omnibus campis, datur decima manipularis pro praebenda Sancti Benedicti extra muros Casimirienses. Aestimatur valor decimae praedictae praebendae Wyanczkowska, quando percipit hyemalia, ad quatuor marcas, quando vero aestivalia, ad duas marcas, quando vero anno tertio minima pars cedit, aestimatur ad unam marcam.

Item praebenda praedicta habet septimam decimam in villa Glubczow, in parochia ecclesiae de Raczslawycże sita, cuius proprietas pertinet ad nobilem Johannem Potoczsky, de genere Szrenyawa. In qua sunt octo lanei cmethonales, una taberna, hortulnniae duae, quae habent agros proprios. Item tres partialitates, alias *przymyarki* villae Gora, de quibus omnibus datur decima manipularis cuiuslibet grani absque omni diversificatione, praebendae Wyanczkowskey, cuius valor aestimatur ad octo marcas; solvunt etiam decimam canapi: est etiam ibi curia, habens agros praediales, ex quibus datur decima manipularis.

Item praebenda praefata habet octavam decimam manipularem in villa Brzeszye, ubi etiam habetur ecclesia parochialis, et est haereditas nobilium Stanislai et Johannis, dictorum Marschalkowyczy, de domo Plomyenye, trans Vislam versus Bochnya sita. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, tres tabernae habentes agros, duae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus datur decima manipularis absque diversificatione soli praebendae Wyanczkowskey, et ducitur per agricolas propriis curribus in horreum, quod canonicus elegerit, solvunt etiam decimam canapi; valor huius decimae aestimatur ad sedecim marcas. Est etiam ibi curia, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis plebano ibidem in Brzeszye, item duodecim sulci, quos adiunxit haeres tabernae tertiae dictae Myssczc, decimant ecclesiae in Brzeszye.

Item praebenda praedicta habet nonam decimam manipularem in villa Dambrowa, in parochia ecclesiae de Brzeszye praedictae, cuius haereditas pertinet ad praedictos Stanislaum et Johannem Marschalkowyczy. In qua sunt lanei cmethonales et duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praedictae praebendae Wyanczkowskey absque diversificatione, dempto duntaxat uno campo unius tabernae, de quo cedit decima manipularis ecclesiae in Brzeszye; ducitur etiam per agricolas propriis curribus in horreum, quod canonicus constituerit, et solvitur decima canapi, et aestimatur valor dictae decimae ad duodecim marcas. Non est ibi curia, neque praedium aliquod.

Item praebenda praedicta habet decimam manipularem decimam in villa Krakoschowyce, villa in parochia ecclesiae de Nyegowyecz sita, cuius haereditas pertinet ad nobiles Stanislaum, Johannem et Gothardum, de domo

Rawa. In qua sunt octo lanei cmethonales et una taberna habens agros, et duae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praedictae Wyanczkowskey, et ducitur per agricolas propriis curribus in horreum canonico beneplacitum, absque diversificatione, cuius valor aestimatur ad decem marcas; solvunt etiam decimam canapi. Est etiam ibi curia habens agros praediales, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Nyegowyecz.

Item praebenda praedicta habet decimam manipularem undecimam in villa Swydowka, in parochia ecclesiae in Nyegowyecz sitae, cuius haereditas pertinet ad nobilem Johamem Nyewyarowszky de armis Polukoza. In qua sunt septem lanei cmethonales: diversificatur etiam haec decima et eius perceptio, inter praefatam praebendam Wyanczkowska et monasterium de Lyubyschowa, ordinis Beati Augustini de poenitentia Beatorum Martyrum, et uno anno percipit hyemalia altero aestivalia, et pari passu monasterium in Lubyechowa, ducunt autem decimam campestrem propriis curribus in horreum, quod canonicus elegerit, et solvunt decimam canapi omni anno praebendae Wyanczkowskey. Aestimatur autem valor decimae praefatae, quando cedunt hyemalia, ad quatuor marcas, quando vero aestivalia, ad duas sexagenas. Non est autem ibi curia, neque agri praediales, sed est scultetus, habens agros proprios, et a cmethonum agris distinctos, de quibus solvit decimam manipularem ecclesiae et plebano in Nyegowyecz, item de campis retro horrea sitis, a sola praebenda Cracoviensi percipitur, et maior pars praefatae decimae.

Item villa praefata Wyanczkowycze habet ab una parte granicies versus austrum cum villa Chelm, et dividit fluvius Rudawa haereditates, item a parte occidentali habet villam Brzezyna decanatus Cracoviensis, et torrens facit limitem inter villas in aliquibus locis, in aliis vero locis agri et prata villae Wyanczkowycze transgrediuntur praedictum torrentem Oszobnycza, usque ad villam Nyegoschowycze; item a parte septentrionali habet villam Cobylany decanatus Cracoviensis, et sunt mixti campi per partialitates et stadia, et agri villae Wyanczkowycze, aliqui decurrunt prope villam Cobylany, similiter et agri villae Cobylany decurrunt usque prope villam Wyanczkowycze; item etiam in parte septentrionali confinat cum villa Karnyowyce, haereditate Johannis de Thanczyn, castellani Cracoviensis, et in aliqua parte cum villa Bolechowycze episcopi Cracoviensis, ubi non sunt flumina, sed agri distincti sunt per *myedze* et *uyaszdy;* item a parte orientali confinat cum taberna villae Cobylany, dicta Lypka, et agri dividuntur per *myedze* et *uyaszdy*, usque ad fluvium Rudawa.

Item praebenda praedicta Wyanczkowska habet vicariam in ecclesia

Cracoviensi, cuius vicarius est Petrus alias Pyetrrzyk de Kanthy, quae quidem vicaria habet pro sua proprietate, et pro suo titulo atque usu perpetuo, decimam manipularem in villa Czychawa, in parochia ecclesiae de Nyegowyecz sita, cuius haereditas pertinet ad nobilem Petrum Kostrzeczsky de domo Scharza. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, duae tabernae et hortulaniae duae et molendinum, habentes agros proprios, de quibus omnibus absque diversificatione, datur decima manipularis praedictae vicariae, et ducunt eam agricolae propriis curribus in horreum, quod vicarius elegerit, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, aestimatur autem valor decimae praedictae ad viginti marcas. Et autem ibi curia, habens agros praediales, de quibus solvitur decima plebano et ecclesiae in Nyegowyecz. Huius autem vicariae unicus patronus et collator est, quoties vacat, canonicus pro tempore praebendae praedictae Wyanczkowskey.

Item taxa praefatae praebendae Wyanczkowska in antiquis registris scripta et posita est ad triginta marcas, et iuxta illam consvevit canonicus solvere fabricam pro ecclessia Cracoviensi et contributione.

Canonicatus et praebenda vocata Goschczyczska ecclesiae Cracoviensis in sinistro choro.

Praabenda et canonicatus Goschczyczska, a villa Gosthczycze, in parochia Luborzycza consistente, ratione decimae principalis suae Gosthczyczska nominata, quam nunc tenet Sbigneus de Oleschnycza, nobilis de domo Dambno, nepos germanus secundum carnem ex fratre Sbignei olim cardinalis et episcopi Cracoviensis; non habet fundum, sed decimas manipulares infrascriptas: et primo habet decimam manipularem in Gosthczicze, villa, cuius haeres Eustachius de Sprowa, castellanus Radomiensis, nobilis de domo Odrowansch. In qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, item taberna una, item quatuor hortulaniae, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et tenentur illam incolae propriis curribus inducere in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Est etiam in eadem villa curia militaris habens agros praediales speciales, de quibus decima solvitur plebano et ecclesiae in Mislowicze.

Item habet alteram decimam manipularem in Czulycze, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Johannes Czulyczsky, nobilis de domo Czewnya. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et per cmethones propriis

curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas; item in eadem villa est curia militaris, habens agros speciales, item sex hortulaniae etiam habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Czulicze. Valor etiam decimae canonicalis aestimatur ad duodecim marcas.

Item habet tertiam manipularem decimam in Ochmanow, villa sub parochia ecclesiae in Bodzanow, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatissam et monasterium sanctimonialium de Stanyanthky. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros. item tres hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et per incolas villae ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad octo marcas; item est ibi praedium coenobiale, de cuius agris coenobium percipit decimam, et in suum horreum inducit.

Item habet quartam manipularem decimam in Rawlowycze, villa sub parochia ecclesiae de Luborzycza sita, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de qnibus solvitur decima manipularis; sed perceptio eius diversificatur in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem praebendam Gosthczyczska, et in alteram, quae vocatur Marchoczska, et alternatis vicibus et annis hyemalia et aestivalia inter se dividunt; uno enim anno praesens praebenda Gosthczyczska percipit hyemalia sine aestivalibus, altero vero aestivalia sine hyemalibus, et eodem modo praebenda Marchoczska eam consvevit sortiri; tenentur autem cmethones eam propriis curribus inducere in horreum a canonico eligendum, et aestimatur valor hyemalium ad quatuor marcas, aestivalium ad duas marcas, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, sed sola praebenda Gosthczyczska percipit decimam canapi; item est in eadem villa curia militaris, habens agros praediales, item una taberna, item duo hortulani, de quibus omnibus percipit decimam plebanus et ecclesia in Mislowycze.

Item habet quintam manipularem decimam in Wagyercze, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas pertinet ad monasterium sanctimonialium in Stanyanthky. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et uua taberna habens agros quinti lanei, de quibus absque diversificatione solvitur decima pro praebenda praesenti, et tenentur illam propriis curribus cmethones in horreum a canonico locandum ducere, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Non est ibi praedium, neque hortulaniae.

Item habet sextam manipularem decimam in Stognyewycze, villa sub parochia ecclesiae de Proschowycze, cuius haeres Bartholomaeus

Obulecz cum fratribus, nobilis de domo Odrowansch. In qua sunt octo lanei cmethonales, duae tabernae, item quatuor hortulaniae, item unum molendinum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et propriis curribus incolae tenentur illam ducere ad locum per canonicum eligendum, et solvitur decima canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad quindecim marcas; item est ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus omnibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Tluczany.

Item habet septimam manipularem decimam in Piroczicze, villa sub parochia ecclesiae in Dzialoschycze, cuius haeres Joannes Czyzowsky, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt lanei novem cmethonales, item una taberna et una hortulania, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeter unum laneum, qui quondam erat militaris, Johannis videlicet Dzekanowszky, nobilis de domo Wyenyawa, et redactus est in cmethonalem, qui plebano in Dzekanowicze decimat, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et propriis curribus per incolas ducitur in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas. Est etiam in eadem villa alius haeres Johannes Gorny, nobilis de domo Prussorum, habens agros praediales ad aestimationem duorum laneorum, quorum unus vocatur Kydalowsky, alter Dominykowszky, et solvit decimam manipularem cum cmethonalibus in *gonithwam*, sed liber est a decima canapi, quam modernus canonicus Sbigneus de Oleschnica a plebano de Dzialoschycze, qui eam occupare coeperat, evicit iure, et aestimatur valor eius ad duodecim marcas; item est n eadem villa curia militaris Joannis Czyzowszky, quae de agris praedialibus decimat plebano et ecclesiae in Dzialoschycze.

Item habet octavam manipularem decimam in Czussow, sub parochia ecclesiae de Pelcznycza, cuius unus haeres Andreas Nyemsta, nobilis de domo Accipitrum, in cuius una parte sunt lanei cmethonales quatuor, item taberna una, item hortulani duo, habentes agros. Alter haeres Petrus Pothoczsky, nobilis de domo Srzenyawa, in cuius parte etiam sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna una, duo hortulani habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et ducitur per cmethones in horreum pro canonico et praebenda praefata, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item sunt in eadem villa duae curiae militares, habentes duo praedia, et de agris utriusque praedii solvitur decima manipularis ecclesiae de Pelcznycza, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Item habet nonam manipularem decimam in Bolow, villa sub parochia ecclesiae de Pelcznycza, cuius haeres Pyelsius Swiradszky, nobilis de domo Zabawa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item tabernae

tres, quatuor hortulaniae in parte praefati Pyelszii Swiradszky, item in eadem villa est alius haeres Nicolaus Slupszky, nobilis de armis Vulpium, qui non habet praedium, sed habet quatuor laneos cmethonales, hi autem lanei quatuor Slupszky cmethonales, solvunt decimam manipularem ex aliquibus agris post viam, qua ad ecclesiam itur, iacentibus, praebendae et canonicatui Cracoviensi, quae Nazowszka appellatur seu Glambinowszka, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas. Ex omnibus autem residuis laneis et campis, datur decima praebendae et canonicatui praesenti, et tenentur illam cmethones in horreum a canonico eligendum propriis curribus conducere, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad septem marcas; item Pelszyus Swiradszky habet solus praedium, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Pelcznycza.

Item habet decimam manipularem decimam in Drogynya, in qua ecclesia parochialis est supra fluvium Raba, villa, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem coenobii Czirziczensis, ordinis Cisterciensium. In qua villa non est coenobiale praedium, nec hortulaniae, neque tabernae, sed sunt tantummodo tres lanei cmethonales, item est etiam scultetia, habens aliquot laneos, de quibus omnibus tam cmethonalibus quam scultetialibus, solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et tam per cmethoues, quam per scultetum propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad sex marcas.

Item habet undecimam et ultimam decimam in Clymuntow, villa sub parochia ecclesiae de Proschowicze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium in Stanyathky, ordinis Sancti Benedicti. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quorum extremitatibus alias *przymyarkow*, quae datae sunt laneis cmethonalibus in supplementum, cedit decima manipularis pro praebenda praefata, sed cum diversificatione; diversificantur enim praefatae extremitates in praesentem praebendam Cracoviensem, et in alteram praebendam Cracoviensem, quae vocatur Lanthkowska, ita, quod una praebenda uno anno de praefatis extremitatibus percipit hyemalia et altero aestivalia, et e converso. Est etiam in eadem villa una taberna habens agros, de quibus non alius, nisi praesens praebenda absque diminutione percipit decimam manipularem, et aestimatur valor decimae huius tantummodo, quae ex villa praefata cedit praesenti praebendae, ad quinque marcas; item sunt etiam aliae certae extremitates agrorum, alias *przymyarki* in eadem villa, de quibus decimam percipit praebenda Cracoviensis, dicta Gonowska; item de aliquibus laneis villae praefatae, cedit decima manipularis quartae praebendae Cracoviensi, dictae Rzemyadzyczska, qui agri creduntur esse villae Ostrowy, etiam ad coenobium in

Stanyathky pertinentis; item in eadem villa Clymuntow sunt certi agri et campi cmethonales, de quibus manipularem decimam percipit episcopatus Cracoviensis.

Item praebenda praedicta habet vicariam perpetuam suae collationis et sui iuris patronatus, quam nunc Jacobus de Myleyow obtinet, quae pro sua perpetua dote habet duas decimas manipulares, unam in villa Ochonyn in parochia ecclesiae de Pothstolyce, in qua sunt quatuordecim nobiles de armis Strepe, quorum agri variati sunt et in diversos campos distincti, et aliqui eorum habent unum laneum, aliqui plus, aliqui minus, item duo hortulani ibi sunt, habentes agros; et tam nobiles, quam hortulani omnes et singuli, de diversis agris solvunt decimam in *gonythwam* vicariae praedictae, et ducunt eam in horreum propriis curribus, et aestimatur valor ipsius decimae ad octo marcas, solusque eam habet vicarius absque diminutione, et nullus secum participat in eadem.

Item habet alteram decimam in villa Konary, in parochia ecclesiae de Mogilany, in qua sunt tredecim nobiles, tredecim laneos agrorum sub suis praediis habentes, et quartus decimus molendinator, etiam habens agros, de quibus omnibus tam nobiles, quam molendinator, solvunt decimam manipularem in *gonythwam* vicariae praefatae; unus item ex eis, apud quem decima locatur, ducit eam in horreum vicarii propriis curribus, aestimatur autem valor decimae praefatae ad tres marcas. Solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas, unicus eam tollit vicarius absque diminutione, nullum habens secum participem.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra, ad triginta tres marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis vocata Doyasdowska, in sinistro choro.

Praebenda et canonicatus Doyasdowska, quam nunc tenet Sandivogius, nobilis de Thanczyn, de domo Bippennium, in ecclesia Cracoviensi, quae fuit vel dicitur fuisse praebenda olim Beati Stanislai, Cracoviensis episcopi et martyris, dum ageret in minoribus.

Item praebenda praedicta habet villam Doyazdow pro fundo, in parochia ecclesiae de Luborzycza, ratione cuius praefata praebenda vocitatur Doyazdowska: in praefata autem villa Doyasdow est curia canonici, habens agros, pomeria, prata et aedificia satis bona, et aestimatur praedium curiae aestimatione communi, ad triginta marcas; item habet sylvas et gayos, in magnis et parvis lignis, quercinis et aliis immodica, sed notabili quantitate, et de agris curiae praedialibus decimam manipularem campestrem

tenet pro se; item in strata publica, quae ducit de Cracovia in Proschowycze, est taberna praefatae praebendae, dicta Wyelgusz, nunc vero Chochol, habens agros proprios et prata, quae annis singulis solvit decimam manipularem canonico, quatuor marcas communis pecuniae, unum lapidem sepi, unum octuale cerevisiae Proschoviensis, quatuor capones, et haec taberna erecta est de novo per praefatum dominum Sandivogium canonicum; item habet dicta villa quatuor laneos cmethonales, datos agricolis non in haereditatem perpetuam, sed ad tempus, quoniam singulis annis fit eorum locus alias *osadzenye*, a festo nativitatis Christi, et de quolibet laneo pro annuo censu solvitur una sexagena grossorum, seu sexaginta grossi communis et communiter currentis in regno pecuniae, et de quolibet laneo, cmetho seu agricola, proprio curru aut aratro laborat, duobus diebus in septimana qualibet per totum annum; item in eadem villa est una taberna, habens certos agros, de qua solvuntur duae sexagenae grossorum communis monetae, sexaginta grossos in unam sexagenam computando, item sex hortulani ibidem, quorum quilibet solvit unum fertonem communis pecuniae et currentis, et unum diem quilibet omni hebdomade laborat pro curia; item quatuor galli dantur de laneo, item quatuor mensurae de avena, mensurae Cracoviensis, de quolibet manso mensurae aequalis, item triginta ova, hortulani unum caseum, quindecim ova, caseos non dant, item habent campos speciales, qui vocantur *jutrzyni*, quos pro praedio tenentur arare, seminare, arpicare, metere, conducere praeter diem septimanae, ad *powabam* non tenentur, ducturas faciunt proprio curru, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item tabernatores et hortulani tenentur prata colligere, et canapi quilibet duos sulcos excipere de terra. Limites vero et granicies dictae villae Doyasdow: confinat primo cum villa Prussy mensae archiepiscopalis Gneznensis, quam villam Prussy et villam Doyasdow dividit, distinguit et limitat via *prasolka*, quae ducit a Schlumniky oppido, in Wyeliczkam, per navigium villae Mogyla monasterii Clarae Tumbae. Confinat etiam villa Doyasdow cum villis Sulechow et Luborzycza mensae episcopalis Cracoviensis, quas villas episcopales et villam Doyasdow distingvit et limitat via lata et publica Proschoviensis; item ex alia parte, dicta villa Doyasdow confinat cum villa Kozmyrzowo, cuius medietas est mensae episcopalis Cracoviensis, quam villam Kozmyrzowo et villam Doyasdow distinguit et limitat via, quae in vulgari nuncupatur *graniczna droga*, quae ducit a villa Crzystoporzicze in villam Luborzycza. Confinat etiam dicta villa Doyasdow ex altera parte cum villa Crzystoporzycze, quas dividit et distinguit unum fossatum, quasi unius stadii, et subsequens fossato via parva, qua ducuntur semina ad serendum ad campum, vel dum colliguntur frumenta ex campis in horrea, quae via decurrit et terminatur in via, distinguente villas

Coszmyrzow et Doyasdow. Confinat etiam villa Doyasdow ex alia parte cum villa Luczanowycze versus meridiem, quas distinguit et limitat via, quae ducit a villa Crzystoporzycze ad molendinum villae Prussy, sed non est via publica et communis, quia interdum prohibetur per eam transitus, et in medio huius viae sunt signa notabilia vulgariter *kopcze*, distinguentia easdem villas.

Item praebenda praedicta Doyasdowska habet decimas manipulares in villis infrascriptis: et primo in villa praefata Doyasdow, percipit decimam manipularem post agros suos praediales et curiales duntaxat, item etiam post agros tabernae et hortulaniarum, et nullus de decima praedicta aliquid participat, sed canonicus praebendae praefatae libere illam et absque diminutione, tantummodo de agris praedialibus curiae, et non post agros tabernae et hortulanorum, percipit, et tenentur illam ducere propriis curribus in allodium canonicale villae Doyasdow praedictae. Lanei autem cmethonales villae praefatae, solvunt decimam manipularem plebano et ecclesiae in Luborzyca, similiter et tabernae et hortulani in villa eo, quod medius laneus cmethonalis tabernae et hortulaniae divisus est.

Item habet praebenda praefata decimam manipularem in villa Schyszczycze, cuius haereditas pertinet ad Johannem de Czyzow, filium olim castellani Cracoviensis, de domo Polukoza, in parochia ecclesiae de Dzyerzaszna prope Scarbimiriam. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus omnibus reddunt decimam praebendae praedictae, et ducunt eam propriis curribus in locum, quem canonicus delegerit, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas; est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales speciales, de quibus decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Dzyałoschycze.

Item praefata praebenda habet decimam tertiam in Wolya Schyszkowska, cuius proprietas pertinet ad praefatum Joannem de Czyzow, et in qua est ecclesia parochialis, habetque dicta villa quatuor tantummodo laneos cmethonales, ex quibus decimant manipulatim pro praebenda praedicta, et ducunt decimam propriis curribus in locum a canonico deligendum, et solvunt decimam canapalem per quatuor iuncturas; est etiam in eadem villa curia militaris, habens agros militares praediales, aestimatos ad duos laneos, ex quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae ibidem in Schyszkowska Wolya.

Item habet praedicta praebenda quartam decimam in villa Januschowycze, sub parochia ecclesiae de Dzyaloschycze, cuius haereditas pertinet ad nobilem Jacobum Coslowsky de armis Vulpium. In qua sunt novem lanei cmethonales, ex quibus etsi unus, videlicet nonus, colitur pro curia nobilis praefati, de omnibus tamen novem datur decima manipularis

absque diminutione, pro canonico Cracoviensi dictae praebendae et ducitur decima propriis curribus in horreum a canonico constituendum, et solvitur decima canapalis per quatuor iuncturas. Est etiam in eadem villa curia militaris, habens speciales agros praedialcs, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Koszlow. Est ibi taberna, sed non habet agros, sunt duae hortulaniae habentes agros, ex praedio eis largitos, de quibus in Koszlow decimant, item est ibi tertia hortulania, quae decimat canonico in *gonithwam.*

Item praefata praebenda habet quintam manipularem decimam in villa Cozubow, sub parochia ecclesiae de Mlodzewi, cuius haereditas pertinet ad Johannem Thanczynsky, olim castellanum Cracoviensem, nunc vero ad filios suos de armis Bippennium. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione percipit decimam manipularem canonicus praebendae praedictae, et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum a canonico locatum, solvitur decima canapi per quatuor iuncturas. Est etiam in eadem villa curia militaris, habens agros proprios, de quibus solvitur decima manipularis praebendae capellae castri Thanczin.

Item notandum, quod in duabus villis, videlicet in Parschowka et in Przeczslawka, praefati Johannis de Czyzow, dicuntur fuisse decimae manipulares eiusdem praebendae et ad eam spectasse, quas dominus Albertus Jastrzembyecz bonae memoriae tunc episcopus Cracoviensis recepit et abstulit canonico, asserens, eas pertinere ad mensam episcopalem tamquam novales, pro quibus duabus decimis dominus Johannes dictus Janek de Rudzicza de armis Drya, tunc Cracoviensis canonicus praebendae praedictae, habebat litem cum dicto domino Jastrzembyecz episcopo, et inducti fuerunt testes hinc inde, sed ex post dicto domino Johanne de Rudzicza deserente praebendam Cracoviensem, ex causa permutationis pro praepositura Sredensi dioecesis Posnaniensis, attestationes fuerunt perditae: pro eisdem etiam duabus decimis dominus Nicolaus Lyassoczsky de armis Dolanga, decanus Cracoviensis, qui dicto Jankoni in praebenda praefata successerat, moverat litem felicis recordationis domino Sbigneo, cardinali et episcopo Cracoviensi, in curia Romana, qui tamen cardinalis fuit in possessione earundem decimarum.

Item praebenda praedicta habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius nunc vicarius est Mathias de Proschowicze, quae pro sua dote et fundo habet decimam manipularem in villa Dzewyanczicze, sub parochia ecclesiae de villa Wolya Schyszkowska, post agros omnium nobilium dictam villam inhabitantium, qui prius fuerunt agri cmethonum, et quos praefati nobiles colunt cmethonibus depositis, praeter agros duntaxat cuiusdam Paschczeka, qui sunt et fuerunt agri allodiales curiae militaris.

Item taxa praebendae praefatae Doyasdowska in antiquis regestris scripta et posita est ad decem septem marcas, et iuxta illam canonicus consvevit solvere fabricam ecclesiae Cracoviensis et contributiones.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in sinistro choro, appellata Bodzowska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Bodzowska, quam nunc tenet Stanislaus Czayka de Jawor, nobilis de domo Dambno, habet pro dote villam seu fundum Bodzow, supra fluvium Vislam, superius monasterium Zwierzynyecz ex altera parte, et sub parochia ecclesiae Sancti Andreae de Thinyecz sitam. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit unam marcam: non est ibi curia, neque praedium, neque taberna, neque hortulania, neque molendinum, et cmethones molunt in Blonye, vel ubi volunt; non laborant dies in septimana, sed tantummodo ducunt foenum et ligna pro canonico, et purgant domum canonici in Cracovia et fimum educunt. Item omnes cmethones solvunt decimam manipularem pro vicaria perpetua ecclesiae Cracoviensis, pertinentem ad praebendam praedictam Bodzowska.

Item villa praedicta habet gayum et rubeta. Item villam praefatam contulit ecclesiae Cracoviensi Booz, castellanus Cracoviensis, a quo appellata est Boozow. Item confinat cum villis Kostrzecz, villa Johannis Rabstinsky, et Pichowycze capituli Cracoviensis praestimoniali, et pro limite habent montem protensum inter villas, in cuius vertice est semita, quam villae praedictae habent pro limite atque signo; item cum Przegorzaly et Zwierzynyecz, et fluvius Vysla dividit. Item habet unum pratum, quod cmethones tenentur falcastrare et conducere pro canonico, item fluvius Visla et eius piscatio arendatur pro una marca cum dimidia.

Item praebenda praefata habet decimas manipulares infrascriptas: et primo habet decimam manipularem in Klay, villa regia, sub parochia ecclesiae de Nyepolomicze sita. In qua sunt lanei cmethonales, item taberna una, item hortulaniae duae, ad proprietatem monasterii Myechoviensis pertinentes, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et tenentur eam incolae inducere propriis curribus in horreum per canonicum deligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae ad decem et octo marcas.

Item habet alteram decimam manipularem in Thargowyska, villa sub parochia ecclesiae de Chelm sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum et monasterium Myechoviense. In qua sunt tredecim cum medio lanei cmethonales, item taberna una Thurek, item hortulaniae duae;

diversificatur autem perceptio decimae praefatae; nam medietatem praefatae decimae percipit praebenda praefata, et tenentur eam incolae propriis curribus inducere in horreum per canonicum eligendum, et tenentur decimam canapi solvere per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae, quae cedit pro canonico, ad octo marcas. Est etiam ibi curia coenobialis, habens agros praediales speciales, de quibus nulli solvit decimam praepositus pro tempore, sed eam pro monasterio suo tollit et in horreum suum inducit.

Item habet tertiam manipularem decimam in Krzystoporzycze, villa sub parochia ecclesiae de Ruszcza sita, cuius haeres Johannes Krzystoporsky, nobilis de domo Nowina. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et tenentur illam cmethones propriis curribus inducere in horreum per canonicum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, decimaque ipsa aestimatur ad sex marcas, de aliis vero laneis et de praediis militaribus, percipit decimam manipularem et de taberna, ecclesia in Ruszcza, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas.

Item habet quartam manipularem decimam in Wangrzynowycze, villa sub parochia ecclesiae de Gorka sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem Thyniczensem. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata Bodzowska, et tenentur illam cmethones propriis curribus inducere in horreum per canonicum deligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas. Item est ibi hortulania, sed non habet agros, solum hortum; item est ibi curia coenobilias habens agros praediales, de quo decimam nulli reddit, sed abbas et monasterium illam percipiunt et in horreum inducunt, et valor decimae canonicalis aestimatur ad duodecim marcas, aliquando ad quatuordecim.

Item habet quintam manipularem decimam in Makoczyczc, villa sub parochia ecclesiae de Proschowycze sita, cuius villae medietas pertinet ad sanctimoniales de Stanyanthky, medietatis vero haeres est Goworek, nobilis de domo Rawa. In qua sunt decem lanei cmethonales, item nulla taberna, item una hortulania, de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et tenentur eam incolae propriis curribus inducere in horreum per canonicum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad decem et octo marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur pro praebendario seu altarista in Proschowycze. Curia coenobialis ibi non est, neque praedium.

Item habet sextam manipularem decimam in Rzandowycze, villa sub parochia ecclesiae de Konyuscha, cuius haeredes Johannes Kowarsky de domo Druszina, Johannes Strzasz et Lubay. In qua sunt

sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et propriis curribus ducitur in horreum per canonicum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad octo marcas. Item duae tabernae, item duae curiae nobilium, videlicet Kowarsky et Lubay solvunt decimam manipularem plebano et ecclesiae in Konyuscha.

Item habet septimam manipularem decimam in Gnyazdowycze, villa, cuius haeres Johannes Skawinsky, nobilis de domo Dolywa, et villa sub parochia de Proschowycze sita. In qua sunt duo campi laneorum cmethonalium, de quibus decima manipularis solvitur pro praebenda praefata, et ducitur in horreum canonici, et uno anno percipit hyemalia, secundo aestivalia, tertio nihil, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Item de aliquibus campis solvitur decima pro episcopo Cracoviensi, et aestimatur ad tres marcas; item de aliquibus campis solvitur plebano et ecclesiae in Pobyodr, et sunt ibi quinque lanei cmethonales; item est curia una, quae decimat pro plebano et ecclesia in Proschowycze.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius unicus patronus et collator canonicus praedictus, quae pro sua dote, proprietate et titulo, habet proventus infrascriptos. Et primo decimam manipularem in Bodzow, fundo praebendae praefatae, sub parochia ecclesiae Sancti Andreae de Thynyecz, in qua nullum est praedium coenobiale, sed tantummodo agri cmethonales et lanei quinque, de quibus omnibus decima solvitur pro vicaria praefata, et tenentur cmethones ad decimam canapi per quatuor iuncturas et ad ducturam, et aestimatur valor decimae praefatae ad quatuor marcas. Non sunt ibi hortulaniae, neque taberna, neque molendinum. Item habet alteram decimam in Brzezynka, sub parochia ecclesiae de Pobyodr, cuius haeres Theodorus alias Ceder cum fratribus, nobilis de domo Griffonum. In qua sex lanei cmethonales, de quibus datur decima, et ducitur in horreum per incolas, et aestimatur valor eius ad duas marcas; item una taberna et quatuor hortulaniae; sed perceptio decimae diversificatur, nam post quatuor laneos percipit vicaria praesens, post duos vero laneos et quatuor hortulanias, et post agros praediales, percipit plebanus et ecclesia in Pobyodr.

Item habet tertiam decimam in Kossowa, villa sub parochia ecclesiae de Thluczany, cuius haeres Pelsch Henricus de domo Waldorff, alias Nabra. In qua lanei cmethonales tres et hortulaniae, et post agros cmethonales solvitur decima manipularis et canapi pro vicaria praefata, et aestimatur valor eius ad unam marcam, post agros vero curiales ecclesiae in Thluczany.

Item praefata vicaria habuit, habereque debebat decimas manipulares in

tribus villis, videlicet Brzesznycza, Wyostra et allodium dictum Gorky, nam Petrus de Kanthy vicarius, in plebanum de Marci Poraba adquisiverat illas per sententiam definitivam; sed propter malitiam et dolos militum, qui cmethonum agros miscendo in agros praediales, ipsas exinaniverant per concordiam cum dicto plebano ita, quod plebanus de Marci Poraba retinebat decimas praedictas pro ecclesia sua, et solvit singulis annis vicariae praefatae unam cum dimidia marcas.

Item praefata praebenda taxata est iuxta antiqua regestra ad viginti marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro, nominata Rzemyadzyczska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Rzemyadzyczska, quam nunc tenet Albertus Zychlynsky, regni Poloniae vicecancellarius, nobilis de domo Schelygy, habet pro dote fundum sive villam Rzemyadzycze, a qua cognominationem accepit Rzemyadzyczska, supra fluvium Nydzyeza, et prope Scarbimiriam, sub parochia ecclesiae de Slawoschow sitam. In qua est curia canonicalis, habens agros praediales, aedificia pulchra et pomeria, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus tam praedialibus suae curiae, quam cmethonalibus, item tabernatoris, item hortulanorum, item molendinatoris, solus canonicus percipit decimam absque diminutione, et per incolas ducitur in horreum suum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad sedecim marcas. Item quilibet cmetho de laneo solvit viginti scottos, pro festo Sancti Martini, et laborat duos dies in septimana, et faciunt ducturas in septimana ad rationem dierum, item solvunt *ossep*, sed de laneo solvunt duos capones, triginta ova, caseos non dant; sunt etiam tabernae habentes agros, quaelibet solvit unam marcam minus octo grossis; item duae hortulaniae, quarum quaelibet solvit octo grossos, et unam diem in septimana laborat, et habent agros; item molendinum habens agros, quod solvit tres marcas annuatim; item habet dicta villa duos bonos gayos, et confinat cum villis Slawoschow, Dzaduszycze, Zdbikaly, Pyeczenyagi, Trzonow, et *ugyasdy* sunt pro limitibus; item de avena de quolibet laneo, dant duas mensuras confertae mensurae Scarbimiriensis.

Item praebenda praefata habet secundam decimam manipularem in Pleschow, villa prope Mogyla monasterium. In qua est ecclesia parochialis sub titulo Sancti Vincentii, cuius haeres Stanislaus Pleschowsky, nobilis de domo Szulyma. In qua sunt decem et novem lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item quatuor hortulaniae, etiam habentes agros,

de quibus omnibns solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per incolas in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor inncturas, et aestimatur valor eius ad quadraginta marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae ibidem in Pleschow, exceptis duobus laneis, qui erant de sorte cmethonali, quos propter fertilitatem et propinquitatem, curia sibi vendicavit, de quibus solvit decimam manipularem praebendae praefatae Cracoviensi in *gonythwam*. Sunt etiam duo lanei, quos colunt cmethones, qui quondam erant curiales, et de illis decimam percipit plebanus et ecclesia in Pleschow, item prope dictam villam Pleschow est taberna vocata Pleschowsky brzeg, cuius haeres Vernerus de Slezdzeiowicze de domo . . . ., habens agros amplos, de quibus decima manipularis solvitur praebendae praefatae, et ducitur per tabernatorem in Pleschow; item est in eadem villa altera taberna, pertinens ad ecclesiam et plebanum in Pleschow, habens agros, de quibus decimam solvit plebano in Pleschow.

Item habet tertiam manipularem decimam in Szyethnyow, villa sub parochia Scarbimiriensi, cuius haeres Johannes de Kuroswanky, nobilis de domo Rosae. In qua sex lanei cmethonales, item taberna, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus decimam manipularem percipit praebenda praefata, et ducitur propriis curribus in horreum, et solvit decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad duodecim marcas. Est ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur praebendario in Michalow, et de una hortulania.

Item habet quartam manipularem decimam in Ostrow, villa sanctimonialium de Sthanyanthky, sub parochia ecclesiae de Kosczyclyecz. In qua decem et octo lanei cmethonales, item taberna, item duae hortulaniae, habentes agros speciales; sed perceptio praefatae decimae diversificatur, videlicet in praesentem praebendam Cracoviensem de certis agris, mensa etiam episcopatus Cracoviensis de aliquibus laneis, plebanus etiam et ecclesia de aliquibus agris percipit; et valor decimae, quae cedit pro praesenti praebenda Cracoviensi, aestimatur ad duodecim marcas, et sola haec praebenda percipit decimam canapi per quatuor iuncturas.

Item habet quintam decimam manipularem in Kosky, villa sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis, cuius haeres Stanislaus de Kuroswanky de domo Rosae. In qua sunt quinque lanei cmethonales, et sextus, qui vocatur Zakrzowskye polye, et diversificatur decima praesens in praesentem praebendam Cracoviensem Rzemyandzyczska, et in alteram praebendam Wyanczkowska, et in mansionarios Cracovienses, et uno anno percipit una pars hyemalia, secundo aestivalia, tertio parum; ducunt cmethones decimam in horreum, et solvunt decimam canapi ei, cui alieni cedunt,

hyemalia, non est ibi curia, neque praedium, sed est septimus laneus cmethonalis specialis, de quo ex omnibus campis datur decima manipularis pro praebenda Sancti Benedicti extra muros Casimirienses. Et aestimatur valor decimae praedictae praebendae Wyanczkowska, quando percipit hyemalia, ad quatuor marcas, quando vero aestivalia, ad duas marcas, quando vero anno tertio minima pars cedit, aestimatur ad unam marcam.

Item praebenda praefata habebat certas decimas manipulares in villis Wilczkowicze et Lusczowicze et Zakrzow sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze consistentibus, sed canonici antiqui (doctor Borzymowsky) praebendae praefatae fecerunt contractum cum plebano de Wyanczlawicze, litteris et inscriptione firmatum, quod pro huiusmodi tribus decimis manipularibus solvit solvereque astrictus est praebendae praefatae annis singulis pro festo Sancti Martini duas cum dimidia marcas.

Item praebenda praefata habet quinque decimas pecuniales in quinque villis, sub parochia ecclesiae de Gdow consistentibus, videlicet in Srzanczicze maiori sive superiori, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet laneus tenetur pro decima solvere duodecim grossos monetae maioris usualis, cuius villae haeredes Nicolaus Skarbek de domo Griffonum in minori Srzanczicze, item in villa Podolany, in qua sex lanei, cuius haeredes Skarbek Burzynsky, item in villa Stara Wolya, in qua tres lanei, cuius haeres Skarbek de domo Griffonum, item in villa Zagorzany, in qua duodecim lanei, omnes haeredes et nobiles, maior pars de domo Griffonum. Omnes istae quinque villae solvunt octo marcas pro decima, quilibet nobilis et cmetho pro rata sua.

Item in villa Zaleszyany, in qua tres lanei, cuius haeres Joannes Nyewyarowsky, nobilis de domo Polukoza, de quibus omnibus decima solvitur de laneo per duodecim grossos. Nobiles autem, qui in dictis villis habitant, solvunt decimam manipularem de agris suis praedialibus plebano et ecclesiae in Gdow.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius ipse canonicus unicus est patronus, quam nunc tenet Stanislaus de Sczeglycze, quae pro sua dote, proprietate atque titulo, habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo in Nyegowiecz, in qua ecclesia parochialis, cuius haeres Johannes Nyewyarowsky, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt quinque lanei cmethonales, quatuor hortulaniae et tres tabernae et unum molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicariae praefatae et ducitur in horreum pro vicario, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad octo marcas, non est ibi curia neque praedium.

Item habet alteram decimam manipularem in villa Nyewarow sub

parochia ecclesiae de Nyegowiecz, cuius haeres Johannes Nyewyaro-sky praefatus. In qua unus laneus cmethonalis, quem colit curia, et decima illius occupat plebanus de Jawornyky, et ad cuius repetitionem vicari tenetur intendere, quatuor hortulaniae et unum molendinum, habentes agr de quibus omnibus percipere debet decimam manipularem vicaria praedic et ducitur pro vicario in horreum et aestimatur valor eius ad duas marc Item curia ibi militaris, de cuius agris decima solvitur plebano et ecclesi in Jaworznik.

Item habet tertiam manipularem decimam in parva Koszmycze s parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius haeres Stanislaus Klamp, nobil de domo Streparum. In qua duae hortulaniae, taberna et molendinu habentia agros, cuius valor ad unam marcam.

Item habet quartam manipularem decimam in maiori Kosmycze s parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius haeres Stanislaus Klamp de dom Streparum. In qua duae hortulaniae tantummodo, de quibus decima man pularis solvitur et ducitur vicariae praefatae, et valor eius aestimatur a unum fertonem.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad trigint octo marcas, cuius ius patronatus ex concessione et bulla Nicolai papae V ad illustrissimos reges Poloniae pertinet.

De anno Domini 1448. In praesentia reverendi patris et domini domin Sbignei, episcopi Cracoviensis, necnon scholastici, custodis, caeterorumqu dominorum canonicorum ecclesiae Cracoviensis in capitulo generali capitu lariter congregatorum, venerabilis vir dominus Derslaus de Borzynow decretorum doctor, archidiaconus et canonicus Cracoviensis ecclesiae prae fatae personaliter constitutus, petiit a praefatis reverendo domino patre scho lastico et custode, praelatis et canonicis praefatis eiusdem ecclesiae Craco viensis, ut praeferatur capitulariter in generali capitulo congregatis, qua tenus dignarentur et velint in ordinationem praefatum dominum Derslaum archidiaconum Cracoviensem et canonicum Cracoviensem, cuius canonicatus e praebenda, quam tunc obtinebat, et ex fundo villae nominatus, vocatus com muniter de villa Rzemiądzycze, in dioecesi et terra Cracoviensi situat consentire ex una; et discretum Nicolaum, rectorem ecclesiae parochiali in Wyanczlawycze partibus ex altera, in hunc videlicet modum, quo praefatus dominus Derslaus omni iuri quodcumque habebat in decimis i villis Wylczkowicze, Lusczowycze et Zakrzow in parochia prae fata domini Nicolai, rectoris ecclesiae praefatae in Wyanczlawycze, ce sit; prout ipse et sui antecessores eosdem canonicatus et praebendas in eisde decimis habuerunt, omne illud ius decimandi in praefatum dominum Nicolau et suos successores transfundendo, in cuius recompensam praefatus dominu

Nicolaus se et suam ecclesiam praefatam in Wyanczlawycze obligavit Domino Derslao praefato et suis successoribus, ratione earundem decimarum soluturum duas marcas cum media monetae et numeri Polonicalis, tunc pro tempore currentis, singulis annis et in festo Sancti Martini Confessoris perpetuis temporibus et in aevum. Ad quam ordinationem inter praefatos dominos Derslaum et Nicolaum huiusmodi pensionem intervenientem et concernentem, praefati reverendus in Christo pater ac praelati et canonici expressum fecerunt consensum et in ordinationem consenserunt, tanquam utilem parti utrique, praesentibus ibidem honorabilibus et venerabilibus viris Adam de Bandkow, Petro de Rogy, Nicolao de Moskorzow, Jacobo de Zaborow et aliis quam plurimis fide dignis.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro appellata Zyrawska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Zyrawska, quam nunc tenet magister Jacobus de Schądek, decretorum doctor, nobilis de domo Wyenyawa, non habet pro dote aliquam villam seu fundum, sed habet decimas manipulares et pecuniales infrascriptas; et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa regia Zyrawa, in qua etiam est ecclesia parochialis Sanctae Trinitati et omnibus Sanctis dicata, a qua praebenda Zyrawska consvevit appellari. Sunt ibi viginti sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico deligendum, solvitur decima canapalis per duas iuncturas de laneo et aestimatur valor decimae ad quindecim marcas. Non sunt ibi agri praediales neque curia, sunt ibi quatuor tabernae ad proprietatem plebaniae pertinentes, de quibus decima manipularis solvitur plebano in Zyrawa.

Item praebenda praefata habet secundam decimam in villa regia Krzeczow sub parochia ecclesiae de Zyrawa. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur et ducitur propriis curribus per cmethones decima manipularis in horreum et canapalis per duas iuncturas et aestimatur valor eius ad septem marcas. Est ibi curia regia habens agros praediales, de quibus datur decima manipularis plebano in Zyrawa, sunt etiam ibi quatuor tabernae et hortulaniae quinque, sed non habent agros nisi prata, item decima canapi solvitur per quatuor iuncturas, item quatuor tabernae praefatae ad proprietatem ecclesiae in Zyrzawy pertinent, duae habent agros, de quibus decimant ecclesiae in Zyrzawy, et una solvit tres marcas altera duas marcas, aliae duae non habent agros, et solvit una duas marcas, quarta et ultima unam cum media marcas pro ecclesia in Zyrzawa.

Item habet tertiam decimam manipularem in Ostrow, villa regia sub parochia ecclesiae de Zyrawa. In qua sunt sex lanei cmethonales, et una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus per incolas in horreum a canonico deligendum et decima canapalis per duas iuncturas, et aestimatur valor decimae ad quinque marcas. Est etiam ibi praedium regium, habens agros praediales, de quo decima manipularis datur plebano et ecclesiae in Zyrawa.

Item habet quartam decimam in altero Ostrow militari sub parochia ecclesiae de Zyrawa, cuius haeres Stanislaus Wantrobka de domo Oxa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus datur decima et ducitur in horreum per cmethones propriis curribus pro canonico et datur canapum per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Est ibi praedium regium, taberna et hortulani non sunt, praedium habet agros, de quibus decima manipularis datur ecclesiae in Zyrzawa.

Item habet quintam decimam in villa maiori Crzyzanowycze, in qua est ecclesia parochialis sancto Spiritui dicata, et dominium villae pertinet ad civitatem Bochnensem. Sunt in ea novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum pro canonico et decima canapi per duas iuncturas, et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Sunt etiam ibi aliqui parvi campi, in stadia distincti, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae Bochnensi. Non sunt etiam ibi hortulani aliqui, sed est ibi una taberna, quae habet agros, decima canapi solvitur pro canonico per quatuor iuncturas, praefata autem taberna pertinet ad proprietatem plebani et ecclesiae in maiori Crzyszanowicze et solvit decimam manipularem et censum pro plebano.

Item habet sextam manipularem decimam in minori Crzyzanowicze sub parochia ecclesiae de maiori Crzyzanowicze, villa Johannis Wyelopolsky, nobilis de domo Antiquorum Cabellorum, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et ducitur propriis curribus decima in horreum per cmethones pro canonico et decima canapi datur per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Est etiam ibi taberna habens agros, sed decimat pro canonico Cracoviensi in *gonithwam*. Est etiam ibi curia habens agros praediales, item duo lanei cmethonales, ab aliis prioribus distincti, de quibus omnibus datur decima manipularis pro plebano et ecclesia in maiori Crzyzanowicze.

Item habet septimam decimam non manipularem sed pecunialem, in villa regia Jodlowka sub parochia ecclesiae de Zyrawa. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et de quolibet laneo pro festo Sancti Martini dantur duodecim grossi lati usuales pro canonico, non sunt ibi praedia, duae tabernae sunt ibi, hortulaniae nullae, est ibi scoltetus, habens duos laneos,

habens praefatas duas tabernas, quarum una ante Jaszyen habet agros, altera non habet: de agris sculteliae et tabernae, datur decima pecuniaria plebano et ecclesiae in Zyrawy.

Item habet octavam decimam pecunialem in villa regia Borek, sub parochia ecclesiae de Zyrawy. In qua etiam non est praedium, aut taberna, aut hortulanus, sed tantummodo decem et octo lanei cmethonales, de quibus pro decima praebendae praefatae solvuntur duodecim grossi usuales, pro festo Sancti Martini. Est ibi scultetia tres laneos habens, de quibus fertonalis decima datur plebano et ecclesiae in Zyrzawa. Habet etiam ecclesia in Zyrzawa ibi unum laneum, cum omni iure, decima, proprietate, et unam hortulaniam, de quibus habet censum.

Item habet decimam manipularem nonam in villa Gruschowa, sub parochia ecclesiae de Wrocimowicze, cuius haeres Johannes Karwaczian de Gorliczyn, nobilis de domo Plomyenye. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et ducitur propriis curribus per cmethones in horreum pro canonico, et decima canapi per duas iuncturas, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Est etiam ibi praedium militare, habens agros praediales, est taberna et duo hortulani, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Wroczymowicze.

Item habet decimam manipularem decimam in villa Imramowicze, sub parochia ecclesiae de Wroczimowicze, cuius haeres Johannes Karwaczian, nobilis de domo Plomyenye. In qua sunt octo lanei cmethonales et una taberna habens agros, sed perceptio praefatae decimae, ex dictis laneis et taberna, diversificatur in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem Zyrawska, quae uno anno percipit aut aestivalia, aut hyemalia, non in toto, sed cum truncatione, alio anno nihil, et in praebendam Byezanowska, quae uno anno percipit aut omnia aestivalia et partem hyemalium, aut omnia hyemalia et partem aestivalium, et altero anno et aestivalia et hyemalia; ducunt cmethones propriis curribus decimam in horreum, pro canonico illum concernente, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas pro praebenda duntaxat Byczanowska, et aestimatur valor decimae praefatae, in quantum concernit praebendam Zyrawska, ad tres marcas. Est etiam ibi praedium militare, habens agros praediales, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesia in Wroczimowicze, aestimatur autem valor decimae, quantum ad praebendam Byezanowska, ad duodecim marcas, eo, quod de maioribus campis decimam percipere consvevit.

Item habet undecimam manipularem decimam in Wolya, sub parochia ecclesiae de Zyelyenycze, cuius villae haeres est Johannes Spitek Thursky, nobilis de domo Griffonum. In qua sunt sex lanei cmethonales,

ex quibus perceptio decimae manipularis diversificatur in duas praebendas Cracovienses; nam uno anno praebenda praesens Zyrawska percipit hyemalia tantum, altero vero aestivalia tantum, tertio vero anno percipit utramque, videlicet tam aestivalia quam hyemalia, et in praebendam Wyanczkowska, quae uno anno percipit hyemalia, altero aestivalia et tertio nihil, et ducunt propriis curribus cmethones decimam in horreum pro canonico, cui debetur decima, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas ei, cui cedunt hyemalia. Est etiam ibi taberna et duo hortulani, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebendis, iuxta huiusmodi diversificationem, et aestimatur valor decimae praefatae ad sex marcas. Est etiam ibi praedium militare, habens agros, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Wroczymowicze.

Item habet duodecimam manipularem decimam in Magna Przemyaczany, villa sanctimonialium de Sthanyadky, sub parochia ecclesiae de Zyelyenycze. In qua nulla est curia, nec agri praediales, sed lanei cmethonales quindecim, et duae tabernae et unum molendinum, habentia agros proprios; diversificatur autem perceptio decimae praefatae in tres praebendas Cracovienses, videlicet in praesentem Zyrawska, quae in aliquibus annis percipit partem hyemalium, et in aliquibus partem aestivalium iuxta campos, et in praebendam Wyanczkowska, quae biennio percipit maiorem partem aut hyemalium, aut aestivalium, et in tertio anno minorem, et in praebendam Boschutowska, quae biennio minorem partem percipit aut aestivalium, aut hyemalium, et in tertio maiorem, et tenentur cmethones propriis curribus ducere illam pro canonicis, quibus cedit, et aestimatur valor eius, quantum ad praebendam Zyrawska, ad tres marcas, et nihil illi cedit de decima canapi, sed sola praebenda Boschuthowska percipit omnem decimam canapalem integre, omni anno.

Item habet tredecimam decimam manipularem in villa Suchdol, sub parochia ecclesiae de Wroczimowicze, cuius haeres Goworek, nobilis de armis Rawa. In qua sunt lanei cmethonales, solventes decimam manipularem, sed perceptio eius in duas praebendas Cracovienses diversificatur, videlicet in praesentem praebendam Zyrawska, quae uno anno percipit partem maiorem hyemalium aut aestivalium, et in altero anno partem minorem aut aestivalium aut hyemalium; et in praebendam Cracoviensem Byezanowska, cui parimodo cedit aut maior, aut minor pars hyemalium et aestivalium, per alteratas vices, et perceptio canapi pertinet ad eum canonicum, qui maiorem partem percipit hyemalium, tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum pro canonico, et quatuor iuncturas dare canapi, et aestimatur valor eius, pro praebenda Zyrawska, ad duas marcas. Est etim

ibi praedium militare, habens agros, de quibus datur decima plebano et ecclesiae in Wroczimowicze.

Item habet decimam manipularem quartam decimam in villa Sdzymyrzycze sub parochia ecclesiae de Raczlawicze, cuius duo haeredes Nicolaus et Johannes, fratres de armis Salmonum, et Petrus et .... de Dziewyathlye de armis Odrowansch. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum pro canonico et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quinque marcas. Sunt ibi duo praedia, de quorum agris solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Raczslawicze de una curia, videlicet Petri de Dzyewyathlye, de altera autem curia, quae est Johannis Niclowicz, decima datur altaristae in Proszowicze.

Item habet decimam manipularem quintam decimam in villa Szydzina, sub parochia ecclesiae de Skawyna, cuius haeredes sunt abbas et conventus monasterii Thinczensis. In qua sunt sex lanei cmethonales, sed perceptio ex illis decimae manipularis diversificatur in praebendam praesentem Zyrawska, quae uno anno percipit totam decimam absque diminutione de laneis praefatis, et altero anno nihil, et in vicarium Cracoviensem canonicatus et praebendae Thopolska, quae pari modo uno anno totam decimam percipit, altero nihil, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum canonici aut vicarii, et canapi solvunt per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad tres marcas, aliquando ad quatuor marcas.

Item habet decimam non manipularem, sed pecunialem, sextam decimam et ultimam in oppido Skawyna, ubi ecclesia parochialis, de novem laneis, quam tenentur magister civium et consules praedicti oppidi recolligere et solvere pro illa canonico pro tempore duas marcas, duodecim grossos latorum grossorum usualium pro festo Sancti Martini, qulibet enim laneus ex praefatis novem laneis tenetur pro decima solvere unum fertonem latorum grossorum; fuerunt enim ibi tres quondam villae Babicze, Pisary et Stharawyesz, in quorum agris oppidum Skawina locatum est.

Item praebenda praedicta habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius ipse canonicus unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Albertus de Szolyecz, quae pro sua dote, proprietate et titulo, habet habereque consvevit decimam manipularem in Withkowicze, villa praestimoniali capituli Cracoviensis, prope Cracoviam retro Prandnyk, sub parochia ecclesiae de Zyelyonky. In qua sunt octo lanei cmethonales, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et decima canapi per quatuor iuncturas et ducitur propriis curribus in horreum

vicarii pro tempore per incolas et aestimatur valor decimae praefatae ad sedecim marcas. Est etiam ibi curia capitularis, pulchra habens aedificia et agros praediales, ab agris cmethonalibus secretos, ex quibus nulli solvit decimam manipularem, sed illam praelatus aut canonicus pro tempore villam regens percipit et in suum horreum inducit. Item est ibi taberna una, habens agros speciales, ex agris curiae praedialibus sibi adiunctos, de quibus non vicaria praefata, sed regens villam pro tempore percipit decimam manipularem, et inducitur in horreum curiale per tabernatorem, sunt etiam ibi quinque hortulaniae, sed non habent agros tantummodo hortos, et decimam non reddunt.

Item praebenda praefata iuxta antiqua regestra taxata est pro solvendis contributione aut fabrica ad triginta marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata Cechowska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Czechowska, quam nunc possidet Jacobus de Domyenykowicze, nobilis de armis Grzymala, quae quidem praebenda habet pro dote sua fundum et partem villae Czechy supra fluvium Srzenyawa, et sub parochia ecclesiae de Nyegardow sita, in qua sunt tres lanei, qui solvunt singulis annis et censum et decimam manipularem de agris, et tam pro decima quam pro censu et pro omnibus laboribus, ducturis et daciis, tenentur praedictae praebendae pro festo Sancti Martini solvere sedecim cum media marcas melioris monetae usualis, et ratione huiusmodi villae praebenda praefata appellatur Czechowska. Item sunt ibi duo praedia militaria, et utrumque solvit decimam manipularem pro ecclesia omnium Sanctorum in Cracovia, domus ligneae, item sunt ibi quatuor lanei cmethonales ad milites pertinentes, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Nyegardow, et valor eius ad decem marcas.

Item praebenda praefata habet decimas praefatas in villis infrascriptis, et primo et principaliter habet decimam manipularem in villa Mychalowicze monasterii et praepositi Myechoviensis supra fluvium Dlubnya sita, sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, item hortulani, item tabernae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur in horreum propriis curribus per incolas pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas de laneo et aestimatur valor decimae praefatae ad quadraginta marcas. Est etiam ibi praedium coenobiale, quod nulli decimat, sed decimam pro se ex praediis, agris tollit et in horreum suum inducit.

Item habet secundam manipularem decimam in Mlodzyeiowicze, sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze, cuius haeres est Stanislaus Mlodzyeiowsky, nobilis de domo Antiquorum Cabellorum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, sed diversificatur, nam partem percipit praesens praebenda Czechowska, partem praebenda Cracoviensis Krzeslawska, ducunt eam cmethones in horreum, solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, valor aestimatur ad unam cum media marcas, aliquando ad tres marcas. Item est ibi curia habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis, et de una taberna et de quatuor hortulaniis pro plebano et ecclesia in Porąba prope Wolfram.

Item habet tertiam manipularem decimam in Czyborzowicze, villa sub parochia ecclesiae de Kosczelyecz, cuius haeres Vladislaus, nobilis de domo et familia Zabawa. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum per canonicum locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Sunt etiam ibi duae curiae, habentes agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur.

Item habet quartam manipularem decimam in Losszoskowicze, villa sub parochia ecclesiae de Konyuszza, cuius haereditas et proprietas pertinet ad capitulum Cracoviense. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus diversificatur decimae manipularis perceptio, nam partem maiorem et quasi totalem percipit praebenda Cracoviensis vocata Thopolska, praesens autem praebenda Cracoviensis dicta Czechowska, percipit decimam manipularem post paucos agros cmethonales, iacentes post viam, quae ducit ad Luborziczam, et post *gayum* Krziszowsky, et post agros supplementorum alias *przimyarki* versus villam Polukarczicze porrectos. Est etiam ibi praedium, taberna una, duae hortulaniae et molendinum habentes agros, de quibus capitulum decimam percipit, et regens villam pro tempore tollit illam.

Item habet quintam manipularem decimam in Thaschicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius proprietas pertinet ad haeredes Stanislaum Cląp, Paulum et Georgium de domo . . , . In qua decima manipularis tam post agros nobilium quam cmethonum, tabernarum et hortulanorum et molendinatoris solvitur praebendae praefatae et ducitur per incolas in horreum a canonico locandum propriis curribus et aestimatur valor eius ad duas marcas, non solvunt decimam canapi.

Item habet sextam manipularem decimam in Wythkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius proprietas pertinet ad Stanislaum Kląp de domo Streparum. In qua decima manipularis tam post

agros nobilium quam cmethonum, tabernarum et hortulanornm et molendinatoris solvitur praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico locandum et aestimatur valor eius ad duas marcas, solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas. Est etiam taberna ibidem prope in villa Gorzkow habens agros, de quibus datur decima manipularis praebendae praefatae sub parochia ecclesiae de Wyeliczka. Item in eadem villa una taberna, habens laneum, et unus laneus cmethonalis, qui pertinet ad sortem altaris Sancti Nicolai in ecclesia Cracoviensi, de quibus decima manipularis pro praebenda praefata.

Item habet septimam manipularem decimam in Byssycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka, cuius proprietas pertinet ad altaristam altaris Sancti Nicolai in ecclesia Cracoviensi. Iu qua non est curia, sed lanei cmethonales septem tantummodo, et unus hortulanus, habens agros speciales, ex quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur propriis curribus in horreum a canonico locandum, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas, solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas.

Item habet octavam manipularem decimam in Czaiączany, villa sub parochia ecclesiae de Szyepraw, est taberna in eadem villa habens agros, et duo lanei cmethonales, quorum haeres Stanislaus Wyeloglowsky, nobilis de domo Equorum, et in qua tam post agros nobilium, tabernatoris, hortulanorum et molendinatoris ex omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur propriis curribus in horreum a canónico locandum et aestimatur valor eius ad quatuor marcas, solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas.

Item habet nonam manipularem decimam in Swyathnyky, villa sanctuariorum ecclesiae Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Brzeszye, cuius regimen pertinet ad custodem Cracoviensem pro tempore. In qua sunt octo lanei sanctuariorum, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur per sanctuarios in horreum pro praebenda praefata et canonico, non solvunt decimam canapi, et aestimatur valor decimae ad sex marcas. Sunt etiam ibi alii plures agri sanctuariorum, de quibus nulli reddunt decimam, sed soli eam percipiunt, non est ibi praedium, neque hortulania.

Item habet decimam manipularem decimam in Szczythnyky, villa sanctuariorum ecclesiae Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Brzeszye, cuius regimen pertinet ad custodem Cracoviensem pro tempore. In qua sunt quinque lanei sanctuariorum, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur per sanctuarios propriis curribus in horreum pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per unam duntaxat iuncturam et aestimatur valor decimae ad septem marcas. Sunt etiam ibi alii agri plures sanctuariorum,

qui non solvunt decimam alicui, sed quilibet illam percipit, sunt etiam ibi quatuor lanei cmethonales, non sanctuariorum, sed Joannis Kwyathonyowsky, nobilis de domo . . . ; de quibus solvitur decima manipularis, et simul iuncta cum sanctuariorum aestimatur ad duodecim marcas.

Item habet undecimam manipularem decimam in Nyesznanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowyecz, cuius haeres nobilis Johannes de domo Polukoza. In qua sunt lanei novem cum dimidio cmethonales, item tabernae duae habentes agros, item duae hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et propriis curribus per incolas ducitur in horreum pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Item non est ibi curia, neque praedium militare.

Item habet duodecimam manipularem decimam in Wyerussycze, villa sub parochia ecclesiae de Trsczyana, cuius haeres Bartholomaeus de domo, quae vocatur Szarza. In qua sunt tres lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et propriis curribus per incolas ducitur in horreum pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas.

Item habet tredecimam manipularem decimam in Vbrzeze, villa sub parochia ecclesiae de Lapanow, cuius haeres Spitek Wyerusky, nobilis de domo, quae vocatur Druszina. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item nullae tabernae, item una hortulania, item molendinum non est, habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et propriis curribus per incolas ducitur in horreum pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas.

Item habet quartam decimam manipularem decimam in Glynyk, villa sub parochia ecclesiae Trzczyana, cuius proprietas pertinet ad monasterium de Trzczyana, ordinis Sancti Augustini de poenitentia Beatorum Martyrum. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum pro praebenda praefata per incolas, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad sex marcas. Est ibi curia coenobialis, habens agros proprios, ab agris cmethonum distinctos, de quibus monasterium praefatum nulli dat decimam, sed per se illam percipit et in horreum proprium conducit.

Item habet quintam decimam manipularem decimam in Zyznowka, villa sub parochia ecclesiae de Trzsczyana, cuius proprietas pertinet ad praepositum domus de Trzsczyana. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item nullae tabernae, item unus hortulanus, item molendinum nullum, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et ducitur per incolas propriis curribus in horreum pro praebenda praefata, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Non est ibi curia, neque praedium.

Item habet sedecimam manipularem decimam in Trzczyana alias Lubyechowa, ubi ecclesia parochialis seu coenobialis, cuius proprietas pertinet ad praepositum et monasterium loci praefati in Trzczyana, ordinis Sancti Augustini de poenitentia Beatorum Martyrum. In qua sunt septem lanei cmethonales, item tres tabernae, item tres hortulaniae, item molendinum, habentes agros speciales, de quibus omnibus absque diminutione, praeter agros tabernarum, solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum pro praebenda praefata per incolas, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad septem marcas. Est ibi monasterium fratrum praedicatorum, habens agros praediales, de quibus illudmet percipit decimam, nulli eam reddens. Item de agris trium tabernarum solvitur decima manipularis pro monasterio praefato in Trzczyana, item taberna Siradzska sub limitibus et proprietate villae Trzczyana ad monasterium pertinens, habens agros speciales, de quibus datur decima manipularis praebendae praefatae, cuius aestimatur valor ad duas marcas.

Item habet decimam septimam non manipularem decimam, sed pecunialem in Czychawa, villa sub parochia ecclesiae parochialis de Krolyewka, cuius haeres Joannes Marszowsky, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis annis singulis pro festo Sancti Martini solvitur summatim media videlicet marca, super quo cmethones villae praefatae habere se asserunt quoddam privilegium cuiusdam haeredis, qui primus villam locavit, concedens illis tam tenuem et abscissam decimam pecunialem, in quo credo fit non parva iniuria praebendae praefatae, cum haeres absque licentia ordinarii solutionis modum in decima non potuit neque statuere, neque qualificare.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius ipse canonicus unicus est collator et patronus, quam nunc tenet magister Johannes Chrobersky de Myleyow, quae pro sua dote, proprietate atque titulo habet unicam tantummodo manipularem decimam in Kowary, villa sub parochia ecclesiae de Proszowicze, cuius dominium bipartitum est, nam medietatem illius habet palatinus Cracoviensis pro tempore pro suo officio atque magistratu, habens curiam specialem et agros

praediales, de quibus solvit decimam manipularem plebano et ecclesiae in Prossowicze iure parochiali, et habet quatuor laneos cmethonales et tabernam habentem agros, et hortulaniam etiam habentem agros, alteram villae medietatem habet Johannes Kowarzsky, nobilis de domo Druszina, qui habet etiam alios quatuor laneos cmethonales, tabernam et hortulaniam, etiam habentes agros speciales, de quibus omnibus agris cmethonalibus, tabernatorum et hortulanorum solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a vicario locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Habet etiam praefatus Johannes Kowarzsky, haeres alterius medietatis villae praedictae, ibi curiam suam militarem, habentem agros praediales, de quibus decimam manipularem plebanus et ecclesia in Proschowicze percipit, et valor utriusque decimae praedialis aestimatur ad quinque marcas.

Item praebenda praefata iuxta antiqua regestra taxata est ad triginta sex marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata Sthanyatheczska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Sthanyatheczska, quam nunc tenet Nicolaus de Xansch, nobilis de armis Lodza, non habet pro dote aliquam villam aut fundum, sed decimas manipulares infrascriptas, et primo ac principaliter habet decimam manipularem in Sthanyathky, villa sanctimonialium de Sthanyathky, iuxta quam dictum coenobium situm est sub parochia ecclesiae de Brzeszye. In qua sunt sex lanei cmethonales, item duae tabernae, item duo hortulani habentes agros, ab agris cmethonalibus distinctos, de quibus omnibus absque diminutione datur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum pro canonico, et solvunt canapum per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quindecim marcas. Item sciendum, quod villa praefata habet aliquos agros ultra torrentem, qui vocatur Strumyen sitos, qui vocantur *przimyarky*, abstracti a villa Podląnsze, quae est etiam Sthanyateczensis monasterii, et dati cmethonibus de Sthanyanthky, et de illis solvitur decima manipularis et ducitur in Podlyansze pro praebenda Cracoviensi, appellata Roszeyowska.

Item habet secundam decimam manipularem in Chroszcz, sub parochia ecclesiae de Brzezye, quae villa est sanctimonialium de Stanyanthky. In qua sunt octo hortulaniae cmethonales et quinque tabernae habentes agros amplos et largos, item duo molendina habentia agros, de quibus omnibus

solvitur decima et ducitur propriis curribus per incolas ad horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad duas marcas. Ex aliquibus etiam campis post fluvium decima datur in Podlyansze pro praebenda Cracoviensi Roszeyowska, item est ibi praedium bonum coenobiale, de quo decimam percipit.

Slomirog, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius dominium ad monasterium sanctimonialium in Stanyanthky pertinet. In qua septem lanei, ex quibus medietas decimae solvitur pro praebenda praefata et ducitur in horreum in Sthanyatky, et medietas plebano in Brzeszye, et valor eius, quae cedit praebendae Cracoviensi, aestimatur ad quatuor marcas.

Item habet tertiam manipularem decimam in Gorky, villa sub parochia ecclesiae de Brzeszye, cuius proprictas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium de Staniantky. In qua nulla est curia, nullum praedium, sed tantummodo sunt quatuor lanei cmethonales. Sed villa praefata in toto desertata est, et licet agri colantur per coenobium de Stanyathky, de omnibus tamen culturis praefatis solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et aestimatur valor eius ad quatuor marcas.

Item habet quartam decimam manipularem in Grzegorzowicze, sub parochia ecclesiae de Schieczyechowicze, in qua dominium habent plures nobiles, et signanter Johannes Pyenyaszek, de armis Odrowansch, et Johannes Nakanda, de armis Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales . . . .

Item habet decimam manipularem in Zagorze villa, sita sub parochia ecclesiae de Bodzanow, cuius proprietas pertinet ad monasterium sanctimonialium in Stanyatky. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, habentes agros speciales, de quibus perceptio decimae diversificatur, nam de agris, qui sunt trans torrentem, qui vocatur Szamicza, cedit decima pro praesenti praebenda Cracoviensi, de agris vero, qui sunt citra torrentem, cedit decima pro coenobio in Stanyatky, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Item non est ibi aliquod praedium coenobiale.

Item habet decimam manipularem quintam in villa Laschky sub parochia ecclesiae de Scheczechowicze, cuius haeres . . . .

Item habet decimam manipularem sextam in villa Zakrzow prope oppidum Wlodzyslaw, sub parochia de Pyotrkowicze, cuius haeres Abraham, nobilis de domo Griffonum. In qua decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et per incolas ducitur in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae praefatae aestimatur ad octo marcas. Item non sunt hortulaniae in

praefata villa, item est ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Pyotrkowicze.

Item habet decimam manipularem septimam in villa Wolya sub parochia ecclesiae de Pyotrkowicze, cuius haeres est Johannes Swyathli, nobilis de armis Pilawa. In qua sunt lanei decem cmethonum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad octo marcas. Est etiam ibi praedium militare, habens agros praediales, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Pyotrkowicze, est una taberna et duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praesenti in *gonithwam.*

Item praebenda praedicta habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius unicus patronus et collator est canonicus, quam nunc tenet Petrus Swyethlyk, quae pro sua dote, titulo et proprietate habet habereque consvevit duas decimas manipulares, unam in villa Bogucicze, versus Bochnyam in strata publica, eundo in Uszczye super flumine Raba sita, sub parochia ecclesiae de Mikluschowicze, cuius haereditas pertinet ad Johannem Spitkonem Thursky, nobilem de domo Griffonum, et ad Joannem Bydzinsky, nobilem de domo Janina, in qua sunt septem lanei cmethonum, item duae tabernae, item quatuor hortulani, item unum molendinum in fluvio Raba, et hi omnes habent agros speciales ab agris cmethonum distinctos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per incolas propriis curribus in horreum pro vicaria praefata, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas, et aestimatur valor decimae praefatae ad quatuordecim marcas. Est etiam ibi curia militaris una, habens agros speciales, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Wyelyeglowy.

Item alteram decimam dicta vicaria habet in villa Szandzina Wolycza post rivulum Brzesznycza trans rubeta versus Borek, sub parochia ecclesiae de Mykluszowicze. In qua nulla est curia militaris, nec taberna, nec hortulania, solum septem lanei cmethonales, item unum molendinum in flumine Brzesznycza, habens amplos agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per incolas in horreum propriis curribus pro vicaria praefata, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas et aestimatur valor decimae ad quatuordecim marcas, et haereditas villae pertinet ad Joannem Thursky, nobilem de domo Griffonum.

Item praebenda iuxta antiqua regestra taxata est ad viginti unam marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata Naazowska alias Gląbynowska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Naazowska alias Gląbynowska, quam nunc tenet Derslaus, nobilis de Karnycze de domo Vulpium, habet pro dote duas villas sive fundos, et primo habet villam Naazow non integram sed semiplenam, sub parochia ecclesiae de Pelcznycza, in qua curia pulchra habens aedificia et agros praediales, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed solus eam tollit canonicus pro horreo suo. Item ibi duo lanei cmethonales et una taberna, habens unum laneum agrorum, et de quolibet solvitur una marca, et duos dies laborat in septimana proprio aratro aut curru, et ducturas faciunt ad rationem dierum; non solvunt *ossep*, sed tantummodo duo capones, non dant caseos, dant triginta ova. Item maiorem partem villae eiusdem Naazow habet Nicolaus Slupsky, nobilis de armis Vulpium, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna, item tres hortulaniae habentes agros, et de omnibus agris utriusque partis solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et per incolas propriis curribus ducitur in horreum canonici, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad duodecim marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Slup. Item confinat cum villis Bolew, Sczithnyky, Čzuszow, Pyeczenyagy et Suchdol, inter quas sunt scopuli notabiles, limitationem ostendentes.

Item habet alium fundum in Gląbinow, villa prope Cracoviam supra Vislam sita, sub parochia Sancti Nicolai extra muros Cracovienses, in qua tres hortulani, habentes agros et prata et paucos agros, de quolibet marca solvitur tam pro censu quam pro decima. Item tenentur ad singulas ducturas ex eadem villa in Cracoviam, non solvunt ova, neque gallos, neque caseos, neque granum. Item sunt ibi prata canonici, et curia et hortus, et tenentur hortulani hortum arare, excolere, seminare et purgare et omnia horti negotia elaborare, item unum pratum iuxta curiam propriis sumptibus falcastrare et foenum usque in horreum conducere; caetera prata solus canonicus propriis sumptibus disponit, et foeni valor aestimatur ad viginti marcas. Item habet virgulta et gayos notabiles, et ligna sufficientia pro usu, et cum villis Dabye et Czirzini monasterii Mogila confinat, et sunt scopuli notabiles, distinguentes villas. Item confinat cum villa regia Plaszow et fluvius Visla dividit, cuius habet unam ripam, et illius piscationem arendat pro marca. Item ab alia parte confinat cum pratis civitatis Cracoviensis alias *blonye*, in quibus clibani laterum et caementi. Item cum Czirzini, Lang et Dambye et ubique signa et fossata limites ostendentia.

Item habet secundam decimam manipularem in Bolow, villa sub parochia ecclesiae de Pelcznycza, in qua tres tabernae, quatuor hortulaniae, unum praedium. Cuius unam partem habet Nicolaus Slupczky praefatus, in qua quatuor lanei cmethonales, quorum cmethones solvunt decimam manipularem ex aliquibus agris post viam, qua ad ecclesiam itur, iacentibus, et ducunt eam propriis curribus in horreum pro canonico usque in Naazow et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Alteram partem villae habet Sdeborius Swiradzsky de domo Zabawa, in qua etiam quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ex aliquibus campis pro praebenda praesenti, ex omnibus autem residuis laneis et campis solvitur decima pro praebenda Cracoviensi Gostcziska, solus Swiradzky habet ibi, quod pro ecclesia in Pelcznicza solvit decimam manipularem, praedium.

Item habet decimam tertiam manipularem in Kropydlo, villa, cuius haeres Johannes Ilykowsky de domo vocata Wlyna, sub parochia ecclesiae de Slawoschow; in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et per incolas propriis curribus in horreum pro canonico ducitur, et dant decimam canapi per duas iuncturas et aestimatur valor decimae ad duodecim marcas. Est etiam ibi praedium militare, de quo decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Slawoschow, et solvi debet iure parochiali, sed abstracta est per haeredem, et datur monasterio fratrum mendicantium Beati Augustini eremitarum in Xansch.

Item habet quartam manipularem decimam in Nyeszkow, villa prope Sandbimiriam, cuius haeres Janussius Dlugosch, nobilis de domo Wyenyawa. In qua sunt octo lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae duae, de quibus omnibus etsi decima manipularis solvitur in *gonythwam*, perceptio tamen eius diversificatur; nam medietatem maiorem eius percipit praebenda Cracoviensis Naazowska, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad decem marcas; alteram autem minorem medietatem percipit plebanus et ecclesia in Bodzanow. Item in eadem villa est curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Szanczygnyew, de duobus campis praebenda Cracoviensis et plebanus in Bodzanow aequaliter percipiunt, de tertio sola praebenda Cracoviensis percipit.

Item habet quintam manipularem decimam in Dzyadussycze, villa sub parochia ecclesiae de Slawoschow, cuius haeredes duo fratres germani Petrus et Jacobus dicti Pyethuchowye, nobiles de armis Gyelytha. In qua sedecim lanei cmethonales, item taberna habens agros, item quatuor

hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et ducunt eam incolae in horreum a canonico deligendum et solvunt decimam canapi per duas iuncturas et aestimatur valor decimae ad decem marcas. Sunt etiam ibi duae curiae militares, habentes praedia, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae in Slawoschow, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Item habet sextam manipularem decimam in Polanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Goscza. In qua tres haeredes Pyetryk Kalynsky et Nicolaus, Johannes, Stanislaus, nobiles de armis Grzymala, et in qua sunt lanei septem cmethonales, item non sunt tabernae, item septem hortulaniae plebano decimam solvunt, de cmethonalibus omnibus laneis solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum per canonicum locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Sunt etiam ibi tres curiae militares, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima plebano in Gostcza, item unus laneus praedialis locatus cmethone solvit decimam plebano in Gostcza, item de aliquibus arvis eiusdem villae solvitur decima manipularis.

Item habet septimam manipularem decimam in Schobovicze, villa sub parochia ecclesiae de Gyemyelno, cuius haeres Stanislaus Zakrzowsky de domo Rosarum, et octo alii nobiles de domibus variis, haeredes. In qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna, item plures hortulaniae, de quibus non omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, solum ex agris aliquibus, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum pro canonico; et pro canonico decima canapi ibi non provenit, et aestimatur valor eius ad unam marcam. Item sunt ibi novem curiae, de quibus solvitur decima manipularis scholastico ecclesiae in Gyemyelno, hortulaniae etiam omnes scholastico decimam solvunt.

Item habet octavam manipularem decimam in Pawlowycze supra fluvium Myerzawa sita, sub parochia ecclesiae de Wroczyrzysz, cuius haeredes Johannes et Sdyeborius, nobiles de armis Sdzyebawa. In qua sunt lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus non omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, sed solum ex uno agro parvo, et ducitur per incolas propriis curribus in horreum per canonicum eligendum, et pro canonico decima canapi ibi non provenit, et aestimatur valor eius ad unam marcam. Sunt etiam ibi duae curiae militares, habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur .....

Item habet nonam manipularem decimam in Gyedlcza, villa praepositi et monasterii Miechowiensis, sub parochia ecclesiae de Wroczyrzysz. In qua non est curia, neque praedium, neque taberna, neque hortulania, sed sunt

quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per cmethones in horreum pro canonico, et pro canonico decimam canapi per quatuor solvunt iuncturas et aestimatur valor eius ad quinque marcas.

Item habet decimam manipularem decimam in Thur sub parochia ecclesiae de Wroczyrzysz, villa praepositi Sancti Michaelis. In qua post certos campos, qui *przymyarky* vocantur, quos colunt cmethones, proveniunt praedictae praebendae uno anno aliqua hyemalia, et altero anno aliqua aestivalia, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum et aestimatur valor eius ad duas marcas; de reliquis autem laneis et agris tabernarum et hortulaniarum laneorum praedictae villae Thur solvitur decima manipularis pro praepositura Sancti Michaelis, in qua computantur duae partes villae Thur, tertia vero pars villae computatur, quae solvit decimam manipularem praebendae Cracoviensi Naazowska, et sunt in eadem villa viginti lanei cmethonales per agros tabernarum et hortulaniarum. Item est in eadem villa praedium optimum praepositi, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Item praefata praebenda Naazowska habet in civitate Cracoviensi in platea castrensi tres lapideas, seu domos muratas censuales, aediculae Sancti Petri versus circulum magis immediatas, quarum prima nunc est Johannis, pictoris, aediculae praefatae contigua, secunda Jacobi Dlugi, sutoris tertia Thomae, lorificis, et quaelibet earum ratione census terrestris annis singulis pro festo Sancti Michaelis tenetur solvere duas marcas pro praebenda praefata. Item habet praebenda praefata aream liberam in civitate Cracoviensi iuxta domum muratam, capitularem capituli Cracoviensis per Mathiam de Swyaskowicze, canonicum Cracoviensem, pro capitulo muratam, cuius posticum monasterium Sanctae Trinitatis respicit, quam quidem aream inhabitator praefatae domus capitularis ad habendum stabulum pro equis occupare consvevit, ratione cuius occupationis solvit de huiusmodi area canonico praefatae praebendae censum duarum vel unius marcarum, secundum, quod cum illo potest convenire. Item canonicus praebendae praefatae tenetur aedem Beati Petri reficere, tegere et administrare per se, vel per alium, quoniam praebenda huiusmodi fundata fertur de introitibus aedis praedictae.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam, cuius unicus collator et patronus canonicus pro tempore, quam nunc tenet Johannes Pywko de Pabyanycze, quae pro sua dote proprietate et titulo, habet duas decimas manipulares, unam in Wolya, villa praestimoniali capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Zelonky, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione percipit decimam manipularem vicaria praefata, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum

pro vicario, non tenentur ad solutionem decimae canapi privilegio capitulari ab eius solutione libertati, et valor decimae praefatae ad decem marcas. Est etiam in eadem villa curia capitularis habens agros praediales, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed illam praelatus aut canonicus regens dictam villam percipit et in horreum suum inducit.

Item vicaria praefata habet alteram decimam manipularem in Gardlycza, villa praestimoniali capituli Cracoviensis, sub parochia etiam ecclesiae de Zelonky, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus absque diminutione vicaria praefata percipit decimam manipularem, et tenentur eam cmethones propriis ducere curribus in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas et aestimatur valor decimae ad quinque marcas. Est etiam in eadem villa curia capitularis, habens agros praediales, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed illam praelatus aut canonicus regens dictam villam percipit et in horreum suum inducit.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad viginti marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata Marchoczska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Marchoczska, quam nunc tenet Uriel de Gorka, nobilis de domo Lodza; non habet pro dote villam aut fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas; et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Marchoczicze, propter quam praebenda Marchoczska appellata est, sub parochia ecclesiae de Raczslawicze, cuius haeres est Nicolaus Morsky, nobilis de domo Bippennium. In qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item duae tabernae, item unum molendinum, sed non habet agros, item tres hortulaniae habentes agros; perceptio autem decimae praefatae ex agris cmethonum omni anno diversificatur in praesentem praebendam Cracoviensem et ecclesiam praefatam de Raczslawicze, nam de cmethonalibus percipit decimam manipularem praesens praebenda, et tenentur illam cmethones et incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas et aestimatur valor eius ad octodecim marcas. Est etiam in eadem villa praedium militare habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Raczslawicze; de .... autem laneis cmethonalibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae praefatis in Raczslawicze.

Item praebenda praefata habet alteram manipularem decimam in Danycze, villa sub parochia ecclesiae de Gywanowicze, cuius haeredes

quatuor, Jacobus, Johannes, Martinus et Nicolaus, nobiles de domo, quae habet proclama Warna. Item sunt ibi duo lanei cmethonales, quorum proprietas pertinet ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae de Cracovia. Item extra villam est taberna vocata Lupicha, pertinens ad Jacobum, haeredem de Danycze, habens agros speciales, item habet sex hortulanias, quarum tres pertinent ad Jacobum, et aliae tres ad Johannem haeredes, quae etiam habent agros speciales. Item sunt in eadem villa quatuor curiae praefatorum quatuor nobilium, non in laneos, sed in praedia habentes agros distinctos, et tam nobiles praefati quam eorum hortulani et taberna Lupicha quam cmethones sanctimonialium, solvunt decimam manipularem pro praefata praebenda absque diminutione, et omnes propriis curribus ducunt illam in horreum, et solvunt cmethones decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad duodecim marcas.

Item habet tertiam manipularem decimam in Maszkow, villa sub parochia ecclesiae de Gywanowicze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium Sancti Andreae de Cracovia, in qua non sunt lanei cmethonales, neque curia aut praedium, sed sunt tantummodo quatuor hortulaniae habentes agros, item molendinum et taberna una habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima et ducitur in horreum propriis curribus pro praebenda praefata et aestimatur valor eius ad duas marcas interdum et ad tres.

Item habet quartam decimam manipularem in Zirkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze, cuius haeres ratione uxoris Nicolaus Dambiczsky, nobilis de domo Griffonum. In qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna, item tres hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum per canonicum eligendum, et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad septem marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochialis in Msticzow praebendario.

Item habet quintam manipularem decimam in Rawlowycze, villa sub parochia ecclesiae de Luborzycza sita, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, sed perceptio eius diversificatur in duas praebendas Cracovienses, videlicet in praebendam praesentem Marchoczska, et in alteram praebendam Cracoviensem, quae vocatur Gosczyczska; uno enim anno praesens praebenda Marchoczska percipit hyemalia sine aestivalibus, altero vero anno aestivalia sine hyemalibus, et eodem modo praebenda Gosczyczska eam consuevit sortiri,

tenentur autem cmethones eam propriis curribus inducere in horreum a canonico eligendum et aestimatur valor hyemalium ad octo marcas, aestivalium ad duas marcas, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, sed sola praebenda Gostczyczska percipit decimam canapi. Item est in eadem villa curia militaris, habens agros praediales, item una taberna, item duo hortulani, de quibus omnibus percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia in Mislowycze.

Dalyowicze, villa sub parochia ecclesiae de Nyegardow sita, cuius haeres Raphael Rithersky, nobilis de domo Bippennium. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae ad quatuordecim marcas. Item est in eadem villa oratorium speciale, habens praebendam annexam; est etiam ibi curia una militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis cedit pro praedicto oratorio et praebendario in Dalyowicze. Est etiam ibi taberna praefati oratorii, habens agros, de quibus solvit decimam praefato praebendario oratorii. Est etiam ibi hortulania, sed non habet agros, item est etiam ibi taberna haeredis, habens agros, de quibus decimatur praefatae praebendae Cracoviensi.

Klunyow, villa sub parochia ecclesiae de Raczslawicze, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium de Sancto Andrea in Cracovia ordinis Sanctae Clarae. In qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae ad viginti marcas. Est etiam ibi curia et praedium sanctimonialium habens agros, de quibus decimam nulli solvit, sed eam coenobium per se percipit et in horreum suum inducit. Item ibi scoltetia, habens duos laneos, item duo praedia nobilium, videlicet Jacobi Woyschik de domo Ostoya et Johannis Skorka etiam de domo Ostoya, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi in *gonithwam.* Item praedium ibi praepositi Zwyerzynensis, de quo solus tollit decimam.

Birkow, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Nicolaus Birkowsky, nobilis de domo Bippennium. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quorum medietate solvitur decima manipularis pro praesenti praebenda Cracoviensi Marchoczska, et ducunt eam cmethones in horreum per canonicum eligendum et solvunt decimam manipularem canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad octo marcas. De altera autem

medietate solvitur decima manipularis praebendario in Konyusza. Item curia militaris una est ibi, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Byrkow, item est ibi taberna.... item hortulani.......

Borzanczycze, villa super fluvium Raba, sub parochia ecclesiae de Mislimicze sita, in qua multi sunt nobiles de variis generibus et familiis, pauci vel nulli cmethones, lanei autem sive agri praefatae villae non sunt distincti in laneos integros vel medios, eo, quod villa ipsa inter montes sita est et glebam habet sterilem, et nobiles praefati inaequales sunt in suis agris et praediis ita, quod unus plus possidet, alter minus; non solvunt autem decimam manipularem, quamvis ad illam praefati nobiles et eorum cmethones, hortulani tenentur solvendam, sed pro decima manipulari praesenti praebendae Cracoviensi et eius canonico pro tempore tres marcas latorum grossorum Pragensium, aut earum valorem; ad decimam autem canapi non tenentur, praefatas autem tres marcas solvunt communiter et in solidum cum villa Nadolna et eius incolis.

Nadolna, villa super fluvium Raba sub parochia ecclesiae de Mislimicze, cuius proprietas et dominium pertinet pro advocatia et advocato in Mislimicze. In qua non sunt agri in laneos distincti, quoniam etiam villa praefata in montibus et locis opacis sita est, et agri progressionem iustam habere non possunt, neque distinctionem, sed hinc et inde extirpati, et quamvis villa praefata tenetur ad solvendam decimam manipularem, tamen propter terrae infecunditatem facta cum nobilibus et incolis de Borzanczycze compositione et computo ambae villae praefatae nonnisi tres marcas latorum grossorum Pragensium solvunt pro decima praebendae praefatae, aut earum valorem.

Praebenda praefata Cracoviensis Marchoczska habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus praefatae praebendae pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Nicolaus Jeremias de Zyelyechinno, quae pro sua dote, proprietate et titulo habet duas decimas manipulares in villis infrascriptis, videlicet:

Banowicze, villa sub parochia ecclesiae de Droginya sita, cuius haeres Joannes Stoyowsky, nobilis de domo Griffonum, in qua novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro vicaria praefata et ducitur in horreum a vicario eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa sunt quinque lanei, et quilibet pro decima vicariae praefatae solvit sex grossos, et summa facit mediam sexagenam. Item ibi praedium militare, quod decimat una cum agris tabernae plebano et ecclesiae in Trzemoniszya, hortulaniae ibi non sunt.

Oszyeczyani, villa sub parochia ecclesiae de Droginya sita, cuius haeredes Leonardus, Stanislaus, Johannes, Thomas fratres, nobiles de domo .... In qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis solvitur vicariae praefatae et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a vicario eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad septem marcas. Item asseritur, quod haeres villae praefatae, sex laneis cmethonalibus depositis, convertit illos in agros praediales et decimat de illis plebano in Droginya per iniuriam, non sunt ibi tabernae neque hortulaniae.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata monetalis.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis monetalis, quam nunc tenet magister Johannes Sthankonis de Vratislaviensi civitate ortum ducens, medicinae doctor, non habet pro dote sua aut fundo aliquas villas, nec decimat manipulares aut pecuniales, neque aliquos alios introitus et proventus, sed tantummodo habet quotidianas refectiones et distributiones praesentibus in ecclesia dari solitas, ex communi mensa capitulari, sibi iuxta atque aliis praelatis Cracoviensibus provenientes; fertur autem, et usque ad nostra tempora relatione vulgari memoriae proditum est, quod praedicta praebenda decima monetali, id est ex moneta et cusione numismatis proveniens, erat dotata et singulis septimanis cedebat canonico praefatae praebendae una marca; habebat enim episcopus Cracoviensis pro tempore ius percipiendi decimas salis, plumbi, aeris, lazurii et omnium minerarum in dioecesi Cracoviensi consurgentium, habebat et ius percipiendi decimam in omni moneta, de quo habentur litterae autenticae regum et principum in aerario ecclesiae Cracoviensis, sed processu temporis decimae huiusmodi per negligentiam pontificum et ecclesiasticarum personarum fuerunt abrogatae. Ex quo accidit, quod et praedicta praebenda sua decima monetali, quam episcopus Cracoviensis in eam contulerat, fuit spoliata, et ad tenuitatem eam, in qua nunc est, redacta. Habet etiam, habereque debet et consuevit praefatus canonicus praebendae praedictae villam praestimonialem capitularem, ex ordine et senio illum contingentem.

Item praefata praebenda habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, quam nunc tenet Stanislaus de Przyeworsko, haec vicaria etiam pro sua proprietate, titulo et dote non habet aliquas decimas aut introitus, sed tamen habet, habereque debet et consuevit quatuor marcas pecuniae usualis, quas sibi tenetur annis singulis canonicus suus praebendae praefatae monetalis pro tempore solvere, tamquam illi, qui pro eo labores diurnos et

nocturnos et caetera officia supplet in ecclesia Cracoviensi, non obstante, quod solus canonicus non sit dotatus nec praebendatus; praefatae quoque vicariae canonicus pro tempore est unicus collator et patronus.

Item praebenda praefata propter sui exinanitionem et spolium non est taxata, unde nec solvit aliquas contributiones pro fabrica, aut quacumque alia necessitate imponendas vel impositas, gaudens omnimoda libertate.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata Chmyelyczska.

Praebenda et canonicatus Chmyelyczska, quam nunc habet magister Nicolaus de Mnyschow, nobilis de domo Strzegomya, non habet pro dote aliquam villam sive fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo principaliter habet decimam manipularem in villa Chmyelyk prope oppidum Pyadzyczow, et ibi etiam est parochialis ecclesia, cuius haeres est Andreas de Olyesznycza, nobilis de domo Dambno. In qua sunt novem lanei cmethonales, item tres tabernae, item duae hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per incolas propriis curribus in horreum per canonicum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae ibidem in Chmyelyk honori Omnium Sanctorum dicatae.

Item habet alteram decimam manipularem in villa Geszen sub parochia ecclesiae de Chmyelnik sita, cuius haeres praefatus Andreas de Olyeschnycza, nobilis de domo Dambno. In qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad decem marcas. Non est ibi praedium militare, neque hortulania.

Lagewnyky, villa sub parochia ecclesiae de Chmyelyk sita, cuius haeres praefatus miles Oleschnyczsky. In qua sunt quinque lanei cmethonales, item unus scultetus, habens unum laneum de agris, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praesenti, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum per canonicum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad sex marcas. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae.

Wsrzecze, villa sub parochia ecclesiae de Gnoyno sita, cuius haeres

praefatus Andreas de Oleschnycza, miles. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tres tabernaé, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad octo marcas. Non est ibi praedium, non sunt hortulaniae.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius praedictus canonicus pro tempore est unicus collator et patronus, quam nunc tenet Andreas de Gorka. Quae quidem vicaria pro sua dote, proprietate et titulo habet habereque consuevit quatuor marcas annui census, quas illi canonicus praefatus pro tempore solvere obligatur, de decimis et proventibus praebendae suae supra descriptis.

Item praebenda praefata taxata est iuxta antiqua regestra ad solvendum contributiones et fabricam, ad quinque marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro vocata Gonowska.

Praebenda et canonicatus Gonowska, quam nunc tenet Bernardinus de Grocholycze, nobilis de domo Szyrokomlya, non habet pro dote sua aliquam villam vel fundum, sed habet decimas manipulares et pecuniales infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in Gonow, villa abbatis et monasterii de Antiqua Brzesko, ordinis praemonstratensis, sub parochia ecclesiae de Scarbimiria, a qua Gonowska consuevit appellari. In qua sunt decemseptem lanei cmethonales, item scultetus habens agros speciales suos quatuor laneos, item tabernae duae, item hortulaniae duae habentes agros proprios, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus, tam per cmethones, tabernatores et hortulanos, quam per scultetum in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quadraginta marcas. Est etiam ibi curia monasterii habens agros praediales non paucos, de quibus non decimatur pro canonico, sed monasterium pro se tollit.

Item habet alteram decimam manipularem in Kadzycze, villa regia sub parochia ecclesiae de Kosczyelyecz, in qua sunt sex lanei cmethonales, et agri praediales, et curia, una taberna, duae hortulaniae habentes agros, sed de tota villa solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Post agros autem praediales solvitur decima

manipularis vicepraeposituræ ecclesiae Sancti Floriani ante Cracoviam. Item sunt ibi aliqui campi in supplementum villae dati, alias *przymyarky*, de quibus decimam manipularem percipit pro duobus annis praebenda Cracoviensis Rzemyadzyczska, sed ex agris villae Clymyanthow etiam duobus annis cedit decima praebendae Gonowska.

Item habet tertiam decimam manipularem in villa Belzow, sub parochia ecclesiae de Scarbimiria, cuius haeres est nobilis de domo Pilawa, Stanislaus Koth. In qua sunt duo lanei cmethonales cum medio, sed medietatem lanei occupavit per vim haeres et applicavit praedio, de praefatis duobus cum medio laneis solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur per cmethones in horreum canonici, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Est etiam ibi curia militaris habens agros praediales, est una taberna et duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Sancti Benedicti ante Cracoviam, sed de medio laneo iniuste illam tollit, diversificatur autem perceptio huius decimae in duas praebendas Cracovienses ita, quod uno anno percipit illam praebenda Gonowska altero praebenda Byeszanowska.

Item habet quartam manipularem decimam in Krzyszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Szepraw, cuius proprietas ad monasterium corporis Christi in Casimiria pertinet. In qua triginta lanei cmethonales, item curia habens agros praediales, item taberna una, item hortulania una, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur solvique debet decima manipularis pro praebenda praefata. Verum, quia praefata villa in montanis sita est, habens agros steriles, et in plures pecies laneos diversificatos, et incolae villae praefatae maiorem operam dant carbonum exustioni quam frumentorum sationi, quocirca ex permissione et licentia canonicorum priscorum, solvit praefata villa pro decima annis singulis pro festo Sancti Martini canonico pro tempore sex marcas cum media, a caeteris omnibus existens libertata, sed si decimam manipularem solveret, valeret decima triginta marcas, ex aliquibus agris praedii solvitur ecclesiae in Szepraw.

Item habet quintam decimam in Olszowicze, villa sub parochia ecclesiae de Syepraw, cuius haeredes Franciscus et Stiborius, nobiles de domo . . . . quae et ipsa in pecunialem conversa, solvit praefatae praebendae pro decima manipulari et decima canapi tres fertones. Est ibi curia militaris, quae plebano in Szyepraw decimam manipularem de agris solvit.

Item habet sextam manipularem decimam in Jawořnik, villa, in qua ecclesia parochialis, cuius haeres Johannes Nyewyarowsky, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt triginta lanei cmethonales, item duo sculteti et duae tabernae, sed etiam ipsa decima in pecunialem conversa est,

et solvit praebendae praefatae pro decima manipulari et canapi septem marcas. Est etiam ibi curia militaris habens agros, quae decimam manipularem plebano villae praefatae solvit.

Item habet septimam fertonalem decimam in Polyanka, villa sub parochia ecclesiae de Mislimicze, cuius dominium ad castellanum Cracoviensem pertinet. In qua octo lanei cmethonales, qui pro praefata praebenda solvunt septem fertones, octo grossos, nulla est ibi curia, sed scultetia specialis, advocatia etiam Mislimicensis habet ius advocatiae in dicta ratione, cuius et scultetus villae, et advocatus Mislimicensis, solvunt plebano in Mislimicze unam cum media marcas.

Item habet octavam pecunialem decimam in Gorna wyesz, villa sub parochia ecclesiae de Myslimicze, quae reputatur pro suburbio Myslimiczensi, cuius dominium ad castellanatum Cracoviensem pertinet. In qua sunt viginti sex lanei, de quibus solvit pro praebenda sex marcas et decem scottos communes.

Item habet nonam decimam pecunialem in Bisszyna, villa sub parochia ecclesiae de Mislimicze, cuius dominium pertinet ad castellanatum Cracoviensem. In qua sunt septem lanei, et solvunt pro decima pecunia parata septem fertones.

Item habet decimam manipularem decimam in Zwolya, sub parochia ecclesiae de Wyelyczka, cuius haeres Stanislaus de Dambye, nobilis de domo Rolya. In qua sunt tres cmethones habentes agros parvos, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per cmethones in horreum et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad unam sexagenam. Nulli sunt ibi hortulani, sed est curia habens agros praediales, item una taberna habens agros, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Wyelyczka.

Item habet undecimam decimam manipularem in Thomaszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyelyczka, cuius haeres Krzystek, nobilis de domo Radwanorum. Non sunt ibi hortulani, neque taberna, neque curia, sed tantummodo sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur in horreum per canonicum eligendum, et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas de laneo et aestimatur valor eius ad duas marcas.

Item habet duodecimam decimam manipularem in Gragyow, villa sub parochia ecclesiae de Wyelyczka, cuius haeres Nicolaus Grayowsky, nobilis de domo Nowyna. In qua non sunt hortulani, neque taberna, sed sunt quinque lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur praebendae praefatae et ducitur per cmethones in horreum per canonicum eligendum, et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas et aestimatur valor

eius ad quinque marcas. Est etiam ibi curia habens agros praediales, de quibus decima manipularis datur plebano et ecclesiae in Szobolow.

Item habet tredecimam manipularem decimam in villa Jankowka, sub parochia ecclesiae de Dzekanowicze, cuius haeres Laurentius, nobilis de domo Griffonum. In qua non sunt hortulani, sed est taberna et duo lanei cmethonales, solventes decimam manipularem praebendae praefatae, et decima canapi solvitur per quatuor iuncturas et valor eius aestimatur ad duas marcas. Est etiam ibi curia, de cuius agris solvitur decima manipularis pro plebano et ecclesiae in Tharnowa.

Item habet quartam decimam manipularem decimam in villa Raczyborsko, sub parochia ecclesiae de Wyelyczka, cuius haeres Stanislaus Klamp, nobilis de domo St[illegible]parum, et aliquot alii nobiles, qui de suis praediis dant decimam manipularem plebano et ecclesiae in Wyelyczka. Sunt ibi sex lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis pro praebenda praefata, et ducunt illam cmethones in horreum canonici, decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas et valor decimae aestimatur ad quinque marcas.

Item praefata praebenda habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Dominicus de Garbow, quae pro sua dote, proprietate et titulo, habet duas decimas manipulares, unam in Szepraw, villa, in qua est ecclesia parochialis, in qua haeres Nanayko Wyeloglowsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item tres hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis vicariae praefatae et ducitur per incolas in horreum per vicarium eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Est etiam ibi ager praedialis, sed colitur per cmethonem, et decima solvitur plebano et ecclesiae in Szepraw, item duo molendina decimant vicariae praefatae Cracoviensi.

Item habet alteram decimam manipularem in Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Szepraw, cuius haeres praefatus Nanayko Wyeloglowsky. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus decima solvitur et ducitur pro vicaria praefata, et decima canapi per quatuor iuncturas datur et aestimatur valor eius ad decem marcas. Non sunt ibi hortulani, sed est scultetus, qui de suis et tabernae agris decimat plebano et ecclesiae in Szepraw.

Item praebenda praefata taxata est in singulis regestris ad triginta marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro nominata Thopolska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Thopolska, quam nunc tenet Adam de Dambrowa Maioris Poloniae, nobilis de domo et armis Drogoslawa, non habet pro dote aliquam villam sive fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in villa Topolya prope Scarbimiriam, et sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis, cuius haeres est Nicolaus Rey de Schumsko, nobilis de domo Okszcha, propter uxorem, Johannis Slawiecz filiam. In qua sunt decem lanei cmethonales, item tabernae duae, item septem hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus per incolas in horreum a canonico deligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad viginti marcas. Sunt etiam in eadem villa Thopolya duo lanei cmethonales, pertinentes ad praeposituram Sancti Michaelis Cracoviensem, et de illis solvitur census et decima manipularis pro praeposito Sancti Michaelis. Est etiam in eadem villa curia et praedium militare, post cuius agros solvitur decima manipularis plebano et parochiali ecclesiae in Krzydlna in ora et regione Czyrziczensi, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item est unus laneus cmethonalis ex praedio, habens agros et computatur undecimus, qui decimam manipularem solvit ecclesiae in Crzidlna.

Item habet alteram decimam manipularem in Wylkow, villa abbatis et monasterii Thyniczensis, sub parochia ecclesiae de Luborzicza. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad sedecim marcas. Est etiam ibi curia coenobialis habens agros praediales, de quibus nulli solvit decimam, sed illam pro se tollit et in horreum inducit, arat etiam curia aliquos agros cmethonales, sed de illis solvit decimam manipularem pro praebenda praesenti in *gonythwam*.

Item habet tertiam manipularem decimam in Loschoskowicze, villa praestimoniali capituli Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Konyusza. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum per canonicum locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae ad decem marcas, praeter agros paucos iacentes post viam, quae ducit in Luborzyczam, et post gaium Krziszowsky et post agros supplementorum, alias *przymyarki*, versus

villam Polukarczicze porrectos, de quibus manipularem decimam percipit alia praebenda Cracoviensis, quae nominatur Czechowska. Item est ibi curia capitularis habens agros praediales, item una taberna habens agros, item duae hortulaniae, item unum molendinum habentes agros, de quibus omnibus regens villam Loschoskowicze pro tempore decimam manipularem etiam post agros praediales percipit et illam in horreum suum inducit.

Crzyskowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyelyczka sita, cuius dominium et proprietas pertinet ad abbatem et monasterium Cyrziczense. In qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et propriis curribus per incolas ducitur in horreum a canonico eligendum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae ad octo marcas. Non est ibi molendinum; aliquando autem valor decimae aestimatur ad decem marcas, item hortulaniae, item praedium coenobiale est in eadem villa, et decimam manipularem de agris praedialibus. . . .

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius canonicus unicus est collator et patronus pro tempore, quam nunc tenet Matthias de Schicthessa, quae pro sua dote, proprietate et titulo habet decimas manipulares infrascriptas, et primo in Blogoczicze, villa, cuius medietas sanctimonialium de Sthanyathky, sub parochia ecclesiae de Nyegardow, et medietas Raphaelis et Zegothae de Ritter de armis Toppor. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, duo hortulani habentes agros, et praedium coenobii praedicti, non in toto, sed in parte, et tenentur eam incolae propriis curribus ducere in horreum vicarii, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. De sex vero laneis cmethonalibus praefatae villae percipit decimam manipularem praebenda Cracoviensis, appellata Boszuthowska. Item in praefata villa Blogoczicze sunt duae curiae, habentes agros speciales, praediales, una videlicet coenobialis, altera militaris; de agris autem praedii coenobialis sanctimoniales pro se tollunt decimam et eam in suum horreum inducunt; non tamen in toto, quoniam aliqua pars agrorum praedialium et agri duarum hortulaniarum cedunt pro vicaria praefata; curia vero militaris de suo praedio decimat plebano et ecclesiae in Nyegardow.

Item habet decimam manipularem in villa Radzymycze, Michaelis Laschoczsky, nobilis de domo Dolanga, et ibidem est ecclesia parochialis, in qua sunt aliqui campi sive pecies parvi et minuti, qui *przymyarki* vocantur, a cmethonibus culti, de quibus una pars decimae manipularis pertinet ad plebanum in Wroczymowicze, altera ad praedictam vicariam. Et aestimatur valor praefatae decimae, quantum ad vicariam praefatam, ad duas sexagenas.

Item habet decimam manipularem in villa Raysko, prope Wyelyczkam, sub parochia ecclesiae de Coschoczicze, cuius haeres. . . . . In qua unus laneus cmethonalis, una taberna habens agros, de his omnibus solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus per incolas in horreum pro vicario, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad unam marcam. Sunt etiam aliqui agri, quos colit cmetho et tabernator, praedicti, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Coschoczicze.

Item habet vicaria praedicta decimam manipularem in villa Szydzyna, sub parochia ecclesiae de Skawina, cuius haeredes sunt abbas et conventus monasterii Thiniczensis. In qua sunt sex lanei cmethonales, sed perceptio huiusmodi decimae manipularis diversificatur alternatis vicibus in praesentem vicariam et in praebendam Cracoviensem appellatam Zyrawska; nam uno anno vicaria praesens percipit totam decimam absque diminutione de laneis praefatis una cum decima canapi, et nihil cedit de illa praebendae, in altero vero anno percipit eam integraliter praebenda Zyrawska, una cum decima canapi, et nihil cedit de ea vicariae praesenti, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum canonici aut vicarii, et solvunt canapum per quatuor iuncturas; aestimatur valor decimae praefatae aliquando ad tres, aliquando ad quatuor marcas.

Item habet decimam manipularem in villa Czerzow, sub parochia ecclesiae de Brzesye, post tria praedia nobilium eiusdem villae, qui cmethonibus depositis huiusmodi agros arantibus, et qui ex illis pro vicaria praefata solvebant decimam manipularem, colunt soli agros praefatos, et tenerentur ex agris huiusmodi solvere decimam manipularem vicariae praefatae; sed redimendo decimam manipularem solvunt eidem singulis annis pro decima unam marcam et sex grossos. Sunt autem hi nobiles: Johannes Kuczmorka, et hic pro decima sua praediali manipulari solvit vicariae praefatae sedecim scottos, item Johannes Qwyathonyowsky et filii sui, qui pro decima manipulari praediali solvunt vicariae praefatae octo grossos, item Andreas Súchorabsky, qui pro decima manipulari praediali solvit vicariae praefatae octo scottos; huius villae Czerzow haeres principalis est Johannes Czyerzowsky Kuczmorka, nobilis de domo Streparum. Item sunt etiam in eadem villa duo lanei cmethonales, item una taberna, item hortulania una, habentes agros speciales, de quibus omnibus tollunt decimam manipularem sanctuarii ecclesiae Cracoviensis, de tribus villis, videlicet, de Gorky et Trampky, item de villa Sczythniky aliqui sanctuarii, qui vocantur Krzeczkowye, et tenentur illam incolae propriis curribus inducere in horreum a sanctuariis locandum et aestimatur valor eius, quoad sanctuarios, ad quatuor marcas.

Item praebenda praefata iuxta antiqua regestra taxata est ad viginti quinque marcas.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis in choro sinistro appellata Raczyborowska.

Praebenda et canonicatus Cracoviensis Raczyborowska, quam nunc tenet Johannes Bartholomaei de Gywanowicze, nobilis de domo Roza, non habet pro dote aliquam villam, seu fundum, sed habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo ac principaliter habet decimam manipularem in Raciborowicze, villa praestimoniali capituli Cracoviensis super fluvium Dlubnya sita, in qua est ecclesia parochialis, et in qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae duae, una capitularis alia plebani, item quatuor hortulani habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum pro canonico, et solvunt decimam canapi per duas iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quindecim marcas. Est etiam ibi curia capitularis habens speciales agros, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Raczyborowicze. Item quinque hortulaniae, quarum quatuor sunt capitulares, una plebani, sed non habent agros, solum hortos.

Item habet alteram decimam manipularem in Thranthnowicze, sub parochia ecclesiae de Myedzwyedz, villa altaris Sancti Bartholomaei in ecclesia Cracoviensi, quam magistri artistarum de collegio gubernant. In qua sunt decem lanei cmethonales et duae tabernae, habentes agros speciales, de quorum septem et duabus tabernis solvitur decima manipularis praebendae praefatae et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico eligendum, et solvunt incolae decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad decem marcas. Est etiam ibi curia habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Myedzwyedz, de tribus autem laneis cmethonalibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Myedzwyedz.

Item habet tertiam manipularem decimam in Wyrzbycza, villa sub parochia ecclesiae de Prandoczyn, cuius haeres Spithek Thursky, nobilis de domo Griffonum. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item lanei praediales seu curiae, item tabernae et hortulani, et de omnibus universaliter absque diminutione solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et ducitur per incolas propriis curribus in horreum a canonico deligendum, et solvunt cmethones et tabernatores decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quinque marcas.

Item habet quartam manipularem decimam in villa Polayowicze, sub parochia ecclesiae de Naschiachowicze, cuius haeredes sunt duo nobiles, videlicet Johannes Naschyon de armis Bippennium et Stanislaus Polayowsky de armis Anguium. Et in qua sunt octo lanei cmethonales, et duae tabernae et sex hortulani habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur propriis curribus in horreum canonici per incolas, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quindecim marcas. Sunt etiam ibi duae curiae militares, habentes agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis praebendario et ecclesiae Sancti Martini in Cracovia.

Item habet quintam manipularem decimam in Szulkowicze, villa sanctimonialium Sancti Andreae ordinis Sanctae Clarae, sub parochia ecclesiae de Mynoga. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima praebendae praefatae, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico deligendum et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad duodecim marcas. Item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes agros, de omnibus decimatur praebendae Cracoviensi Racziborska, item de aliquibus agris et laneis, item praedium ibi coenobiale, de cuius agris decimam monasterium pro se tollit. Est etiam in eadem villa curia coenobialis, habens agros praediales, de quibus decima ....

Item habet sextam manipularem decimam in villa Brzozowka, cuius dominium pertinet ad Derslaum Wąnsz de Szmogorzow, nobilem de domo Cygnorum, sub parochia ecclesiae de Korzkyew. In qua sunt lanei cmethonales et taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur propriis curribus per incolas in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad quinque marcas.

Item habet septimam manipularem decimam in Januschowicze, villa Jacobi de Konyeczpolye, nobilis de domo Pobodze, sub parochia ecclesiae de Gyebyolthow. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae et hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata et ducitur propriis curribus per incolas in horreum a canonico eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Est etiam ibi curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Chrzanstow, in dioecesi Gnesnensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quatuor marcas.

Item habet octavam manipularem decimam in maiori Vlyna, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres est Paulus Vlynsky, nobilis de armis

Vlyna, et nepos suus Wyplar. In qua villa undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico eligendum, solvunt etiam decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad septem marcas. Medietas autem praefatae decimae cedit pro praebenda Cracoviensi praefata, et medietas plebano et ecclesiae in ibidem in Vlina. Taberna non est, neque hortulania. Item sunt ibi duae curiae militares habentes agros praediales, et de omnibus solvitur decima plebano et ecclesiae in Vlyna.

Item habet nonam manipularem decimam in minori Vlyna sub parochia ecclesiae de maiori Vlina, cuius haereditas pertinet ad Paulum Vlynsky et Johannem Jaroch, de domo Vlyna. In qua sunt lanei quatuor cmethonales ad praebendam in Szeczechowycze, quantum ad proprietatem pertinentes, de quorum tribus solvitur decima praebendae praefatae, et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a canonico deligendum, et solvunt cmethones decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae praefatae ad tres marcas. Item duae curiae militares; quae dant plebano et ecclesiae in Vlyna. Item quartus laneus praebendarii solvit decimam plebano in Vlyna eo, quod erat quondam militaris. Non est ibi taberna, sed sunt duae hortulaniae, quae decimant plebano in Vlyna.

Item praebenda praefata habet vicariam perpetuam in ecclesia Cracoviensi, cuius praedictus canonicus unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Mathias Mischka de Tarnow, quae pro sua dote, titulo et proprietate habet decimas manipulares infrascriptas. Et primo habet decimam manipularem in Troyanowycze,villa sub parochia ecclesiae de Gyebolthow sita, cuius haeres est Serenissimus Dominus Rex Poloniae. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus percipit decimam manipularem vicaria praefata, et tenentur eam cmethones ducere in horreum per vicarium eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas. Item prope dictam villam est taberna, ad praefatam villam pertinens, in strata publica eundo in Skala sita, vocata Cuthlow, habens agros speciales. Item in vicinatu praefatae tabernae sunt certi agri praefatae villae Throyanowycze, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis pro vicaria praefata, et tenentur eam incolae propriis curribus in horreum inducere per vicarium designandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad octo marcas. Est ibi curia regia, de qua decimatur altari in ecclesia Cracoviensi Sancti Wladislai, regiae collationis.

Item habet alteram decimam manipularem in Przybyslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Gebolthow, cuius haeres Stanislaus Oraczowsky, nobilis de domo Srzenyawa, et alii nobiles. In qua sunt duodecim

hortulaniae habentes agros speciales, item duae tabernae etiam habentes agros speciales, de quibus omnibus et nonnullis peciebus agrorum cmethonalium, qui vocantur *nywy* seu *przymyarki*, solvitur decima manipularis et ducitur in horreum propriis curribus pro vicaria praefata et aestimatur valor eius ad duas marcas. Solvunt etiam praefati hortulani decimam canapi per duas iuncturas. Sunt etiam ibi duae curiae nobilium habentes agros praediales, item sunt aliquot lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Gebolthow exceptis praefatis petiebus, alias *nywy*, de quibus datur decima pro vicaria praefata.

Item habet tertiam manipularem decimam in Rzeschotary, villa sub parochia ecclesiae de Podstolicze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum et monasterium Corporis Christi in Casimiria. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus datur decima manipularis pro vicaria praefata, et ducitur propriis curribus in horreum per vicarium eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad sex marcas. Item in eadem villa est curia coenobialis, habens agros praediales, qui quondam erant cmethonales, et de illis decima solvitur vicariae Cracoviensi, quae pertinet ad praebendam Cracoviensem Sczythnyczska. Est etiam ibi ager praedialis alius, de quo ex antiquo datur decima manipularis plebano et ecclesiae in Podstoliicze. Item sunt ibi tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wyelyczka.

Item praefata praebenda taxata est iuxta antiqua regestra ad viginti marcas.

VILLAE PRAESTIMONIALES.

Capitulum Cracoviense pro distribuendis refectionibus quotidianis, quae duntaxat divinis in ecclesia Cracoviensi interessentibus, aut infirmis Cracoviae praesentibus praelatis et canonicis, in panibus, halecibus et pecuniis largiri solitae sunt, habet in dioecesi Cracoviensi villas et haereditates viginti unam numero infrascriptas, largitione regum, pontificum, principum, baronum, caeterorumque fidelium illi donatas, nonnullas per se coemptas: quae etsi in commune pertineant, et nullius dignitatis aut praebendae corpori sint, aut debeant esse coniunctae, ob quam rem et praestimoniales nuncupantur, pro uberiori tamen et meliori earum regimine, praelati et canonici Cracovienses pro tempore, iuxta eorum vocationem et senium illas optant, regunt et administrant, solvendo capitulo annis singulis pro festo Sancti Martini certam quotam et pecuniae quantitatem. In quorum distributione et optatione, etsi alias praelati et dignitatibus praedicti canonici praeferebantur etiam senioribus, illa tamen observantia, velut irrationabilis, praeiudicialis et onerosa, abolita est et rescissa: quamvis etiam villae huiusmodi capitulares altam et uberem solvebant pro communi taxam, videlicet trecentas viginti octo marcas, quatuor scottos, ad compendiosam tamen et satis abscissam, videlicet ad centum octuaginta septem marcas, sex grossos restrictae sunt, ea consideratione et respectu, ut rectores earum tanto accuratius ad earum perfectionem et conditionem meliorem efficiendam intendant, et singula onera portent, defectusque omnes suppleant.

Byezanow, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, in uno milliari a Cracovia versus Wyelyczkam, supra fluvium Srzanka sita, habet curiam optimam canonicalem, pulchris aedificiis et pomeriis excultam, habentem agros praediales, in tres campos distinctos, quae quondam erat de parochia de Wyelyczka; sed citra annos quinquaginta, per capitulum Cracoviense fundata est in ea ecclesia parochialis, sub titulo nativitatis Sanctae Mariae, et unus laneus cmethonalis ibi datus est in dotem. Habet praefata villa viginti duos laneos cmethonales, quorum quilibet annuatim solvit unam cum dimidia marcas, et duos dies in septimana, proprio curru aut aratro, per totum annum aequaliter laborat, faciendo ducturam, quo necessitas postulat, per coniunctionem alterius lanei alias *sprzążą*, ad rationem dierum in septimana

debitorum. Item quilibet de laneo, solvit duas mensuras avenae confertas mensurae Vieliczensis, duos gallos, duos caseos, viginti ova. Item habet tres tabernas, habentes agros et prata, quarum una solvit quinque marcas, altera etiam solvit quinque marcas, tertia vero propter paucitatem agrorum et pratorum solvit unam sexagenam, tabernatores nihil laborant praeter *powabam*. Item habet dicta villa aliam quartam tabernam vocatam Grzymowa, quae habet agros et prata specialia, et solvit duas sexagenas et laborat *powabam*. Item habet quatuor hortulanos, ex quibus duo habent agros et prata, duo vero non habent agros, quilibet solvit unum fertonem, et laborat unum diem pedester in septimana. Item habet unum molendinum in villa, quod habet unum laneum de agris et prata, et solvit quatuor marcas. Item habet aliud molendinum, ad quod duo flumina videlicet Rzanka et Wyelyczka concurrunt, quod molendinum habet prata non agros, et solvit tres marcas; quod quidem molendinum una cum piscina magna et eius alveo, iuxta dictum molendinum sita, cum nonnullis pratis emit anno praesenti 1470. capitulum Cracoviense, apud honestam Barbaram consortem Jacobi Szwidniczar, civis Cracoviensis, haeredissam de Bogucicze, pro ducentis triginta marcis, et potest census dicti molendini augeri. Sunt etiam in eadem villa duae piscinulae.

Item villam Byezanow, Helena relicta Rathiborii militis, de Racziborowicze haeredis, soror Putislai canonici Cracoviensis, ecclesiae et capitulo Cracoviensi perpetuo contulit et donavit.

Post donationem villae Byezanow per Helenam, sororem Putislai canonici Cracoviensis, et relictam Rathiborii militis de Racziborowicze, capitulo Cracoviensi factam, fuerunt per Radwanum et filios eius multipliciter vexati capitulares, qui cum vexationem suam quinquaginta marcis, et eo amplius redemissent, denuo per Boguslaum Fasth appellatum, coram Henrico, Cracoviensi et Vratislaviensi duce, Beatae Hedvigis consorte, in causam vocati, villam obtinuerunt, Pacoslao palatino Cracoviensi eos ab impetitione eius absolvente, cui dux Henricus commiserat sententiam inter eos proferendam anno Domini 1236.

Kaym, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, prope Byezanow, et in parochia eiusdem sita, habet quinque laneos cmethonales, quorum quilibet annuatim pro censu solvit mediam marcam, et laborat unum diem in septimana proprio curru aut aratro, sed nullas ducturas facit per se, aut coniunctim. Item solvit duas mensuras avenae confertae Wyelicensis, item duos caseos, duos gallos, viginti ova. Item habet unam tabernam, quae habet medium laneum agrorum, et solvit unam cum dimidia marcas; item habet molendinum, non habens agros, nisi pratum, et locatum est etiam in flumine Rzanka, et solvit pro censu unam sexagnam. Non est ibi curia

capitularis, neque agri praediales, neque hortulaniae. Item villae praefatae habent optimas silvas et gaya in quatuor locis, videlicet circa Vislam, item in strata publica Bochnensi versus Sledzyeiowicze, item versus Boguczicze, item versus Prokoczyn. Item praefatae duae villae videlicet Byezanow et Kaym de laneis cmethonalibus, item de agris tabernarum, molendinorum et hortulaniarum, solvunt decimam manipularem pro praebenda Cracoviensi, appellata Byezanowska, et ducunt eam in horreum et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas, praeter tabernam Grzybowa, quae decimam manipularem plebano de Byezanow reddit. Item cmethones de laneo solvunt plebano de Byezanow duos choros siliginis et unum chorum avenae, de mensura aequali Wielicensi. Item molendinum in Kaym solvit plebano unum chorum siliginis et alterum avenae. Item duo molendina villae Byezanow, solvunt plebano unam tantummodo mensuram siliginis.

Item praefatae villae Biezanow et Kaym confinant ab una parte cum villis Boguczicze, Czarnochowicze, Sledzieiowicze et Plaszow, et in aliquibus locis sunt scopuli rotundi, in aliquibus vero oblongi et continui pro limitibus locati; ab alia vero parte confinant cum monasterio et villa Mogyla et Prokoczym, villa, ubi in pratis et in quercubus positi sunt lapides aut signa excisa, limites ostendentia. Item in praedicta haereditate Kaym habet plebanus de Byezanow in flumine Rogoszna piscinulam, habens unum laneum de agris et pratum, quod solvit eidem plebano pro censu duas sexagenas et unam mensuram siliginis. Item, quamvis praefata villa Kaym sit villa separata, tamen propter coniunctionem et propinquitatem situs dantur in solidum ambae praelato aut canonico in regimen et administrationem, et nunc regit et administrat illas Johannes de Pniowy, archidiaconus Cracoviensis, nobilis de domo Habdank. Item vexatio pro praefata villa Kaym redempta est decem marcis per capitulum Cracoviense a Falibogone, filio quondam Dobroslai 1258.

Byezanow superioribus annis iuxta antiquam taxam pro capitulo in commune solvebat per se quinquaginta marcas, Chayn vero per se tres marcas, nunc vero taxis antiquis depositis utraque villa solvit tantummodo triginta marcas. Regens habet praedii omnem usum et triginta marcas de villa utraque et foeni plures acervos.

Wylczansze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, duobus miliaribus a Cracovia in strata publica, qua itur in Wawrzynczicze, non longe a fluvio Visla, sub parochia ecclesiae de Ruszcza sita, per Burnam, uxorem quondam Hogeri, Crusvicensis episcopi, ecclesiae et capitulo Cracoviensi perpetua donatione collata, quam nunc tenet Johannes Raphael de Tarnow, canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Lelywa. In qua est

curia capitularis, bonas habens domos et pomeria et aedificia et praedium amplum cum pratis, in tres campos distinctum, de quo nulli solvit decimam manipularem, eo, quod ad capitulum pertineat, sed regens pro tempore percipit illam et ducit illam in curiam capitularem. Item sunt ibi quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit pro annuo censu unam sexagenam, item duos gallos, item duos capones, item triginta ova; item quilibet de laneo laborat tres dies in hebdomada proprio curru aut aratro, incipiendo a festo Sancti Stanislai in Maio usque ad festum Sancti Michaelis; a festo vero Sancti Michaelis usque ad festum Sancti Stanislai in Maio laborant tantummodo duos dies; non solvunt avenam neque *ossiep* neque caseos, item ducturas faciunt, sed ad rationem dierum in septimana debitorum. Item habet tres tabernas habentes agros et prata, quarum duae locatae sunt in strata publica eundo ex Cracovia in Wawrzyncicze, et quaelibet earum solvit duas marcas pro censu annuo, quatuor capones; tertia autem locata est in villa, et solvit pro censu duas sexagenas et quatuor capones; item habet septem hortulanias habentes agros et prata, quarum tres solvunt quaelibet per unum fertonem, et unum diem pedestres in septimana laborant; item aliae tres solvunt per sex grossos et unum diem in septimana pedestres laborant, item septima nihil laborans solvit tantummodo pro censu sex grossos; item omnes cmethones, tabernatores, hortulani et eorum inquilini tenentur ad laborandum duas *powabas* in anno, item habet praedicta villa sex gaiios optimos, quorum usus soli capitulo est reservatus. Sunt et alia gaiia communia, quorum usus incolis praefatae villae est concessus, item habet unum lacum magnum vocatum Schubyenyn, foecundum in piscibus, qui non arendatur, sed regens pro tempore habet copiam et usum magnum piscium de illo; item habet alios duos lacus minores in sylva, qui cum flumine Visla arendantur pro una marca cum dimidia, item habet quartum lacum, qui arendatur pro una sexagena; item villa praedicta ex antiquo habebat sedecim laneos cmethonales, sed regens pro tempore distraxit duos laneos et partem eorum contulit in tabernatores et in hortulanos, partem vero praedio applicavit; item habet quatuor piscinas, et in una illarum superiori post tabernam posset parari molendinum; item decima manipularis post omnes agros cmethonales tabernatorum et hortulanorum absque diminutione solvitur praebendae Sanctae Mariae Magdalenae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item confinat cum villis Branice et Ruszcza, et pro limitibus sunt *ugiasdy*, item cum Stanislawicze et Wolicza Strasonysz, et in aliquibus locis sunt *ugiasdy*, in aliquibus vero et praesertim in sylvis sunt scopuli et signa in arboribus; item cum Niepolomicze, et ibi Visla dividit; sed anno praesenti rustici de

Niepolomicze violenter eduxerunt Vislam de antiquo alveo et in damnum villae Wylczansze in alium locum eam induxerunt.

Item villa praefata solvebat superioribus annis pro capitulo triginta et duas marcas, nunc solvit tantummodo decem et septem marcas cum media; item villam hanc Casimirus Secundus, Poloniae rex, limitavit ab omnibus villis, de quo habetur littera sua, item quilibet de laneo solvit pro columbatione duos grossos, de medio unum grossum, de taberna unum grossum, piscatores per medium grossum, hortulani per medium grossum.

Raczyborowicze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis unum miliare a Cracovia, supra fluvium Dlubnya, in strata publica versus Scarbimiriam eundo sita, quam contulit ecclesiae et capitulo Cracoviensi miles Raczthibor, a quo praedicta villa denominationem trahit, habet ecclesiam parochialem antiquae fundationis Sanctae Margarethae virgini et martyri dicatam, cuius chorum et sacristiam absque testitudinibus et clypeis Paulus magister de Zathor, tunc ipsius ecclesiae plebanus, expost vero canonicus Cracoviensis, muro fabricavit coctili; processu vero temporis videlicet anno Domini 1471. Joannes Dlugosch, canonicus Cracoviensis, existens eius tenutarius, corpus eius et porticum, item campanile fabricavit muro coctili et testitudinavit chorum, sacristiam et porticum et corpus; item villam Raczyborowicze contulit et donavit ecclesiae Cracoviensi donatione perpetua Rathiborius, filius Rathiborii, miles, haeres de Raczyborowicze.

Item praefata villa habet curiam canonicalem, honestis aedificiis coopertam, habentem agros praediales in tres campos distinctos, de quibus manipularem decimam solvit plebano et ecclesiae in Raciborowicze; item habet octo laneos cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu unam sexagenam, triginta ova, duos capones, avenam vero alias *ossep*, et caseos non solvunt; item quilibet eorum laborat a die Sancti Bartholomaei usque ad diem Sanctae Margarethae duos dies in septimana; a die vero Sanctae Margarethae usque ad diem Sancti Bartholomaei laborare tenentur proprio curru aut aratro tres dies, ducturas etiam facere tenentur proprio curru de laneo, nisi sit longa via, tunc coniunctim; item habet unam tabernam, habentem agros, quae pro censu annuo solvit tres marcas, non laborans aliud nisi *powabam*, decima manipularis tam de agris cmethonalibus quam de agris tabernae solvitur praebendae Cracoviensi, quae appellatur Raciborowska, et decima canapi per quatuor iuncturas de laneo, item habet quatuor hortulanos, qui non habent agros sed hortos, et quilibet eorum tenetur pro censu unum fertonem et unum diem in septimana pedester laborare, praeter spatium temporis inter diem S. Margarethae et S. Bartholomaei decurrentis' in quo nihil laborant; item tam taberna quam cmethones et hortulani tenentur

ad *powabam*; sed unum octuale cerevisiae illis ex curia ministratur pro die illa, ut diligentius laborent, item villa praefata habet optima gaya et virgulta sive sylvas, quae dum iusta magnitudine excreverint, pro ducentis marcis vendi consveverunt; item plebanus habet proprios agros liberos, item unam tabernam habentem agros, de quibus solus percipit decimam manipularem, et quae pro censu solvit sibi unam marcam cum media, item habet unum hortulanum non habentem agrum, sed hortum, qui solvit sibi unum fertonem et unum diem in septimana laborat.

Item confinat praefata villa cum Kuncicze, ibi est limes tensus in longum, qui *ugiasd* dicitur, item cum Krzeslawicze, ubi scopuli sive monticuli in aliquibus locis, in aliis vero strata vadens in Slumniki dividit; item cum Pielgrzymowycze, ubi scopuli, et super illis habetur succamerarii Petri Schaffranconis littera, item cum Wiktorowicze, villa monasterii de Mogyla, et dividit via, quae per gayos ducit de Pielgrzymowycze in Wiktorowycze; item cum Zasczythow episcopi Cracoviensis, item Szdzyslawycze monasterii Mogilnensis, ubi *uijaszdy* dividunt, et in aliquibus locis gaya et virgulta, et super illis habetur Spythkonis de Melsthyn, palatini et capitanei Cracoviensis littera; item cum Bathowycze, et partim prata dividunt, item cum Dzyekanowicze, ubi prata dividunt. Solvebat prius pro capitulo viginti duas marcas, nunc solvit pro censu capitulo tantummodo decem marcas.

Dzyekanowycze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Racziborowicze, uno miliari a Cracovia, etiam super fluvium Dlubnya sita, quam nunc regit Johannes Dlugosch iunior, canonicus Cracoviensis, habet curiam bonis aedificiis per ipsum dominum Johannem Dlugosch exculptam, habentem agros praediales, in tres campos distinctos, de quibus nulli ecclesiae solvit decimam manipularem, sed eam solus percipit et in horreum proprium inducit; item habet septem cum medio laneos cmethonales, et quilibet pro censu de laneo tenetur solvere unam sexagenam, duos dies in septimana aequaliter laborare per totum annum, proprio curru aut aratro, ducturas quoque sine coniunctione, nisi longior via expeteret, ad rationem dierum in septimana debitorum facere. Item triginta ova, duos capones, avenam vero, alias *ossep* et caseos non solvunt; item habet unam tabernam, habentem agros et prata, quae pro censu solvit tres marcas, non laborans aliud nisi *powabam*, item habet tres hortulanias, habentes agros, quorum quilibet solvit pro censu unum fertonem et unum diem pedester in septimana laborat, item omnes cmethones, tabernator et hortulani tenentur laborare *powabam*, absque alicuius refectionis administratione; item tenentur cmethones ultra dies in septimana debitos campum magnum praedialem arare, seminare, arpicare et sata in eo metere atque

conducere, et hi labores vocantur *iutrzyny*, item tenentur prata, quae in diebus debitis labori falcastraverint, absque die colligere et in cumulos componere; item hortulani tenentur solvere quindecim ova, unum gallum, item decimam manipularem tam de agris cmethonum quam tabernatoris et hortulanorum, tenentur solvere et in horreum inducere pro praebenda Cracoviensi Wangrzeczska, et decimam canapi tenentur solvere per quatuor iuncturas.

Item praefata villa confinat cum Raczyborowicze, villa capitulari, et dividunt eas signa posita in pratis, item cum Bathowicze, villa episcopali, et limites continui alias *ugiasdy* eas dividunt; item cum Wangiercze, villa capitulari et canonicali, et strata Slumniciensis eas dividit, item cum Bossuthow, villa canonicali, ubi in aliqua parte strata Slumnicensis eas dividit, expost vero limites continui, alias *ugiasdy*; item cum Xagnicze, villa, ubi limites continui alias *ugiasdy* dividunt, item cum Conczicze, villa nobilium, ubi prata et lapides atque signa in pratis posita dividunt.

Villam Dzyekanowicze diligenti inquisitione facta non invenio ab aliquo heroe, aut principe, aut rege donatam capitulo Cracoviensi, aut collatam esse, aut ab aliquo ecclesiastico viro emptam vel decambitam. Fama tamen constans est, ad mea usque tempora derivata, quod villa praefata fuit de sorte et proprietate monasterii Sanctae Trinitatis ordinis praedicatorum in Cracovia, in primordiis fundationis dicti monasterii, per aliquem ex proceribus regni Poloniae ecclesiasticis vel saecularibus, et ut ego coniecturor, per Ivonem, episcopum Cracoviensem, dicti monasterii fundatorem, monasterio donata. Fratres autem coenobii praedicti, quia noverant, sibi per constitutiones Beati Dominici inhibitum, ne aliquas haereditates temporales detinerent, eam recepto libro decretorum et summa pecuniae aliquanta, illam in capitulum Cracoviense contulerunt.

Item praedicta villa solvebat alias pro capitulo in commune viginti marcas, nunc autem et pro praesenti solvit et pro capitulo tantummodo novem marcas et novem scottos.

Wythkowycze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, parvo miliari a Cracovia, sub parochia ecclesiae de Zyelonky sita, habet curiam bonam et agros praediales, in tres campos distinctos, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed praelatus aut canonicus pro tempore regens villam, percipit decimam praedialem, et in horreum capitulare inducit; tenet nunc villam praefatam Nicolaus de Syenno, canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Dambno. Item habet praefata villa octo laneos cmethonales, quorum quilibet solvit unam sexagenam pro censu, quatuor dies in septimana proprio curru aut aratro laborat; non solvit avenam, alias *ossep*, neque caseos, sed solvit triginta ova et quatuor gallos; item habet unam tabernam habentem agros speciales ex praedio sibi adiunctos, de quibus canonicus

regens pro tempore percipit decimam manipularem, et tabernator inducit eam in horreum canonicale; item habet hortulanias quinque, quae non habent agros, solum hortos, quarum quatuor solvunt per unum fertonem, quinta vero solvit octo grossos pro censu, et omnes hortulani unum diem in septimana pedestres aequaliter laborant, item omnes cmethones, tabernator et hortulani tenentur praeter dies in septimana debitos ad laborandum duplicem *powabam* pro curia; item habet praedicta villa bonos gayos et rubeta, qui quoties excrescunt pro utilitate capituli venduntur, item habet quatuor piscinas bonas; item praedicta villa Wythkowycze confinat cum Gorka, villa, quae est fundus praebendae Cracoviensis appellatae Goreczska, et villas in aliquibus locis fluvius Bybyczka dividit, in aliquibus vero scopuli, lapides et *ugiasdy*, item confinat cum Zyelonky et Marssowicze, villis regiis; item cum Bybycze, villa sanctimonialium de Zwyerzynyecz, et villas ipsas dividunt limites continui alias *ugiasdy*, item cum magna Prandnyk, et dividit strata Myechoviensis et fossatum, cmethones villae praefatae de suis laneis solvunt decimam manipularem pro vicaria Cracoviensi, quae spectat ad praebendam et canonicatum Cracoviensem appellatam Zyrawska, et tenentur eam cmethones inducere propriis curribus pro vicaria, et decimam canapi solvunt eidem vicariae per quatuor iuncturas.

Item villa praefata superioribus temporibus solvebat pro capitulo in communi annis singulis duodecim marcas, nunc vero solvit tantummodo decem marcas.

Item villam praedictam Wythkowycze, quae prisco et vetusto nomine Prandnik propter nomen fluvii non longe ab ea decurrentis vocabatur, contulit ecclesiae et capitulo Cracoviensi Vittus, praepositus Cracoviensis, a quo priori nomine abrogato, et ob donationem Wythkowycze nomen sortita est.

Thanie, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, uno miliari a Cracovia in strata publica in Ilkusz eundo, et sub parochia ecclesiae de Zielonky sita, per Nicolaum dictum Mikul, archidiaconum Cracoviensis ecclesiae, et capitulo Cracoviensi anno Domini 1224. donata, quam nunc tenet Jacobus Knoth de Dambno, canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Dolywa. In qua est curia capitularis, bonas habens domos et praedium amplum cum pratis in tres campos distinctum, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed pertinet ad capitulum Cracoviense, et regens pro tempore percipit illam et in suum horreum inducit. Sunt autem in villa ipsa duodecim lanei cmethonales, quorum quilibet pro censu annuo solvit unam marcam, triginta ova, duos capones; item quilibet de laneo tres dies per totum annum aequaliter proprio curru aut aratro in septimana laborat. Item

ducturas faciunt coniunctim alias *sprzasza*, ad rationem dierum in septimana debitorum. Item habet unam tabernam habentem agros speciales, quae pro censu annuo solvit septem marcas. Item habet sex hortulanias, quarum tres solvunt per decem scottos, aliae vero tres per quatuordecim grossos, et unum pedestres diem in septimana laborant, habent etiam duae hortulaniae agros tantummodo pro duobus campis. Item hortulani et inquilini laborant unam *powabam* absque die, in frumentis hyemalibus, cmethones vero ad rationem dierum; alteram autem *powabam* pro falcastrando aut colligendo foeno absque die tenentur tabernator, cmethones, hortulani et inquilini laborare. Item plebanus de Zyelonky habet alias ius percipiendi decimam manipularem de agris praedialibus; sed datus est sibi ager in compensationem dictae decimae, quem hodie colit et retinet in haereditate praefatae villae Thanie. Item omnes cmethones, hortulani et tabernator solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae appellatur Poszandzka, absque diminutione. Item praefata villa habet *gayum* et virgulta, sed omnia per incuriam regentis annihilata. Item non habet molendinum, sed tantummodo unam piscinam iuxta villam.

Item confinat cum villis Modlnicza, ubi inter virgulta scopuli, alias *kopcze*, in campis vero *ugiaszdy;* item cum Wikmanowicze praedio, ubi fluvius dictus Giebulthowska rzeka dividit; item cum Pankowicze, ubi *ugiaszdy* in una parte, in alia vero destructi et demoliti sunt per Szadzimirum et Boguslaum, haeredes alterius partis villae; item cum Zyelonky capitulari, et ibi strata dividit; item cum Zyelonky regali, ibi etiam strata dividit, sed cmethones regii multa usurpant; item cum Prandnik episcopali, et strata dividit, item cum Krowodrza, villa hospitalis Sancti Spiritus de Cracovia, et ibi fluvius Suchdol dividit; item cum Brunowicze Niemieczskę, et ibi etiam idem fluvius Suchodol dividit.

Item villa praefata annis superioribus solvebat pro capitulo et in commune viginti marcas, nunc autem solvit tantummodo duodecim marcas.

Notandum autem, quod praefatus Nicolaus alias Mikul, archidiaconus Cracoviensis, vir de stirpe nobili, cum haberet nimium zelum ad formandum bonum in ecclesia Cracoviensi ordinem, magno studio et conatu laborabat constituere refectiones communes pro praelatis et canonicis in tempore quadragesimae et adventus de proventibus communium villarum et praediorum; sed quia tenentes huiusmodi villas et praedia nolebant eis propria utilitate permoti, renuntiare, qua propter praefatus Mikul archidiaconus, pium propositum suum firmaturus, villam suam praestimonialem et haereditariam Thanye ad opus tam pium contulit capitulo Cracoviensi; verum cum id ad effectum vivens perducere non posset, mortis hora perventus mandavit, ut huiusmodi villa capitulo absque omni contradictione et difficultate conferetur

Gostcza, villa praestimonialis capituli Cracoviensis super flumine Goszcza, versus oppidum Slumniki duobus miliaribus a Cracovia sita, quam nunc habet in tenuta Sandivogius de Thanczyn, nobilis de domo Bippennium, canonicus Cracoviensis. In qua est curia capitularis, habens bona aedificia et praedium amplum in tres campos distinctum, villa autem praefata in plures dominos et haeredes scissa, per multos labores et sumptus ad unam proprietatem capituli Cracoviensis successivis temporibus reducta est; nam pars villae cambita est ab Imramo filio Christini, comitis de Modnog pro villa Thratnowicze, quam Elisaeus, canonicus Cracoviensis capitulo contulerat, cum additione quadraginta marcarum argenti 1279. anno; item duas sortes eiusdem villae, quarum una erat canariorum, id est servorum illiberorum, qui servitia pro castellano Cracoviensi implebant, altera camerariorum, id est castellani et castri Cracoviensis officiis deputatorum anno eodem 1279. propter merita et obsequia magistri Gerardi decani, et Philippi canonici Cracoviensis, natione Gallicorum, donavit ecclesiae et capitulo Cracoviensi Boleslaus Pudicus, Cracoviensis et Sandomiriensis dux; item pars agrorum dictae villae incipiendo a prato, quod dicitur Lupiglow, et a ponte supra fluvium Goscza, ex parte utraque viae, quae ducit Scarbimiriam, usque ad rivulum in *blonie* cambita est per capitulum cum Johanne dicto Belyecz milite, pro campo magno et duobus parvis, qui iacent circa flumen Gostcza, et pratis ex opposito villae Marszowicze 1328; item de sorte aliqua, quam monasterium Andrzeoviense habuit, Joannes abbas et conventus Andrzeoviensis ad petitionem Gerardi decani Cracoviensis 1274 a. cessit. Item taberna in Goszcza empta est a Rodgero et Falislao de Marszowicze et Petro de Zagorzicze militibus, pro quinque marcis Pragensibus, de quibus omnibus habentur in aerario Cracoviensi litterae et inscriptiones.

Item in villa praefata sunt sedecim lanei cmethonales, quilibet autem solvit pro censu duas marcas et duos dies in septimana a tempore, quo incipit aratio in vere, usque ad festum Sancti Michaelis, proprio curru aut aratro laborant et ducturas faciunt proprio curru, sed ad rationem dierum in septimana debitorum. Item quilibet de laneo solvit duas mensuras avenae, mensurae Cracoviensis aequalis, duos caseos, triginta ova, duos capones. Item sunt ibi duae tabernae, habentes agros speciales, quarum una sita est in villa, altera extra villam in strata publica prope Sadosvie, et quaelibet earum solvit pro censu duas marcas et nihil laborat, solum foenum falcastratum tenentur recolligere. Item cmethones et tabernatores tenentur laborare praeter dies debitos duas *powabas*, nullae sunt in eadem villa hortulaniae, neque molendinum. Item est in eadem villa ecclesia parochialis sub honore et titulo Sancti Laurentii, habens proprios agros liberos et prata, cuius

collatio ad capitulum Cracoviense tantummodo pertinet. Item agri praediales et agri tabernarum duarum, solvunt decimam manipularem plebano ecclesiae in Gostcza, agri autem cmethonales singuli, solvunt decimam manipularem altaristae altaris Sancti Johannis Baptistae in ecclesia Cracoviensi, pro praedicatore ordinario incorporati, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et aestimatur valor decimae ad decem et octo marcas. Item habet gaium optimum magnum et frequentem in arboribus, cuius ambitus extendit se prope ad duo milliaria. Item habet tres piscinas, unam antiquam in medio villae, duas alias proprio sumptu elaboravit Sandivogius de Thanczyn, canonicus Cracoviensis modernus villae rector, unam post villam in flumine Goszcza, alteram in eodem flumine et in lacu dicto Starkowyecz, quae quia sua inundatione et alveo occupavit aliquam partem agrorum praedialium et cmethonalium villae Sadowie, resarsit hanc iniuriam capitulum Cracoviense, obligando se et regentem villae Gostcza, ad solutionem unius marcae annis singulis perpetue, pro praebenda Sancti Aegidii Sadowska.

Item villa praefata confinat cum Polyanowicze, et strata dividit, item cum Poszkithow, ubi sunt sipati scopuli, item cum Miedzwyedz, ubi etiam scopuli; item cum Wyanczlawska Wolya, et ibi agri plebani de Gostcza habentur pro limite, item cum Zagorzyce, et ibi *ugiaszdy*, item cum Sadowie, et ibi agri implicati per campos et *nivas*, item cum Marszowycze et Sczepanowycze, et ibi sulci magni continui alias *ugiaszdy* habentur pro limite.

Item villa praefata Gostcza superioribus temporibus, solvebat pro capitulo et in commune quadraginta marcas; nunc vero solvit pro capitulo et in commune tantummodo triginta marcas.

Grambolow, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, uno milliari a Cracovia, sub parochia ecclesiae de Pleschow sita, cuius nunc tenutarius Paulus Glowinsky decanus Cracoviensis. In qua quinque sunt cum medio lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unam marcam, et duos dies a festo Sancti Bartholomaei, usque ad festum Sancti Joannis Baptistae, a festo vero S. Joannis Baptistae, usque ad festum S. Bartholomaei, tres dies in septimana proprio curru aut aratro laborant, item ducturas faciunt etiam proprio curru, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item cmethones non solvunt *ossep*, neque avenam, neque caseos, sed quilibet de laneo solvit triginta ova, et duos capones; item est in eadem villa taberna habens agros, quae nihil laborans, solvit pro annuo censu duas sexagenas, item hortulaniae ibi non sunt, item cmethones soli tenentur ad duas *powabas*. Item est in eadem villa curia capitularis, bona habens aedificia, habens praedium in quatuor campos distinctum, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed regens pro tempore villam, illam solus percipit

et in horreum suum inducit. Item cmethones praefatae villae de suis laneis, et tabernator de suis agris, solvunt decimam manipularem pro capitulo Cracoviensi, et percipit illam regens pro tempore villam praedictam Grambolow, et tenentur illam propriis curribus incolae ducere in horreum capitulare, et decimam manipularem solvunt per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad octo marcas. Item praedicta villa Grambolow confinat cum villis Lubocza, Krzeslawicze, Wiktorowycze et Szdzyslawycze, inter quas non sunt monticuli, alias *gorki* seu *kopcze*, sed sunt magni et rotundi sulci, alias *ugiaszdy*, terminos et limites villarum praedictarum ostendentes.

Item notandum et sciendum est, quod villa praefata Grambolow, una cum decima totali et manipulari villae eiusdem, et altera decima manipulari, quae Tropeszen dicitur, cambita est per capitulum Cracoviense anno domini 1247. a Johanne abbate et conventu de Andrzeyow, ad quos praedicta villa et decima pertinebat, pro villa Nawarzycze et decima manipulari in eadem villa Nawarzycze, quam capitulum Cracoviense possidebat.

Item praedicta villa superioribus annis, solvebat pro capitulo et in commune duodecim marcas, nunc vero solvit tantummodo in commune quinque cum media marcas.

Smonyowycze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, quatuor milliaribus a Cracovia, sub parochia ecclesiae de Wroczimowycze sita, quam nunc gubernat nobilis Johannes Woyschyk custos Cracoviensis, nobilis de domo Powala. In qua est curia capitularis, bona habens aedificia, et praedium in tres campos distinctum, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed regens pro tempore villam, illam solus percipit et in horreum inducit. Item habet octo laneos cmethonales, et quilibet de laneo pro censu annuo solvit unam marcam et decem scottos, item laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro, ducturas etiam facit non per se, sed coniunctione facta cum altero, alias *sprzązą*, non solvunt avenam alias *ossep*, neque caseos, sed solvunt de laneo triginta ova et duos gallos. Item habet unam tabernam habentem agros, quae non laborans, solvit quatuor marcas pro censu anno; item habet molendinum in flumine Szklecz habens agros, quod pro censu annuo solvit quatuor marcas; item habet quatuor hortulanos habentes agros, quorum tres censum non solvunt, quartus vero mediam marcam solvit, omnes quatuor autem unum diem in septimana pedestres laborant, item tenentur omnes ad duplicem *powabam*, item de parte agrorum tabernae, percipit decimam regens pro tempore villam. Haec villa per Putislaum canonicum Cracoviensem, capitulo Cracoviensi anno Domini 1236. collata est, et vocabatur Swonowycze, quae hodie corrupto vocabulo

Smunyowycze, pro qua, cum per Petrum Przedslai vexati essent capitulares, vexationem suam octo marcis argenti redemerunt.

Item decimam manipularem post omnes laneos cmethonales, item post agros molendini et hortulanorum, item post agros tabernae, certa parte agrorum excepta, percipit plebanus et ecclesia Sanctae Mariae in Cracovia, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Item habet gayos bonos seu sylvas.

Item confinat cum villis Zyelenycze, Wroczymowycze, Kaczowycze, Parva Przemiaczany et Szdzemierzyce, et constituti sunt inter villas praefatas limites continui et rotundi, alias *ugiasdy*, villas disterminantes.

Item villa praefata superioribus temporibus, solvebat capitulo in commune viginti marcas, nunc vero solvit tantummodo undecim marcas et decem grossos.

Loszoskowycze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, tribus milliaribus a Cracovia distans, sub parochia ecclesiae de Birkow sita, quam nunc gubernat Stanislaus de Swyradzicze, nobilis de domo Zabawa. In qua est curia capitularis, bona habens aedificia, agros etiam habens bonos praediales, in tres campos distinctos, de quibus decimam manipularem nulli reddit, sed regens villam pro tempore illam solus percipit, et in horreum ducit. Item sunt in eadem villa septem lanei cmethonales, quorum quilibet pro censu annuo solvit unam marcam, et tenetur quilibet de laneo cmetho, a festo Sancti Joannis Baptistae, ad festum S. Bartholomaei, proprio curru aut aratro, tres dies in septimana laborare, a festo vero S. Bartholomaei, ad festum S. Joannis, tantummodo duos dies in septimana laborat; item ducturas tenentur facere propriis curribus, sed ad rationem dierum in septimana debitorum, non solvunt *ossep* seu avenam, neque caseos, sed quilibet solvit de laneo triginta ova et duos capones; item in eadem villa est taberna habens agros et prata, quae nihil laborans, solvit pro annuo censu septem fertones; item sunt duo hortulani habentes agros, quorum quilibet solvit octo grossos pro censu, et unum diem pedester in septimana laborat, item habet dicta villa unum molendinum, habens agros et unum pratum, quod solvit pro censu duas marcas. Item habet duas piscinas, quarum una bona est, altera mediocris; item tam cmethones quam tabernator, molendinator et hortulani tenentur ad *powabam* duplicem in anno, in utraque tamen *powaba* tabernatori, molendinatori et hortulanis, administrantur in curia expensae; item cmethones praefatae villae, de septem laneis solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Topolska, praeter agros paucos iacentes post viam, quae ducit in Luborzycam, et post gayum Krzyschowsky et post agros supplementorum alias *przymyarki*, versus villam Polukarczycze

porrectos, de quibus manipularem decimam percipit, alia praebenda Cracoviensis, quae vocatur Czechowska, item praeter agros tabernatoris, molendinatoris et hortulanorum, quam regens villam pro tempore percipit, et in horreum inducit.

Item praedicta villa confinat cum villis Krzyschowycze, Gnathowycze, Polukarczycze, Birkow et Rawulowycze, et non sunt scopuli aliqui, sed sunt rotunditates quaedam continuae in aliquibus locis, in aliquibus vero signa pro limitibus. Item pars dictae villae empta est a Slawomiro milite, una cum taberna, pro decem et octo marcis argenti boni; item sors una cambita est a Wocno milite, pro agris capitularibus villae Krzeschowycze; item sors una, quae fuit villae Krzyschowycze, empta est a Paulo episcopo Cracoviensi, pro quindecim marcis argenti, et villae Lossoskowycze perpetuo applicata.

Item praefata villa solvebat superioribus temporibus pro capitulo et in commune, quindecim marcas, nunc vero solvit tantummodo septem marcas.

Brzeszye, praestimonialis capituli Cracoviensis villa, in dimidio altero milliari a Cracovia, sub parochia ecclesiae de Bolechowycze sita, habet curiam bene aedificatam, et agros praediales in tres campos distinctos, quam nunc regit Sbigneus de Oleschnycza, scholasticus et canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Dambno, de agris autem praedialibus nulli ecclesiae aut beneficio dat manipularem decimam, sed illam praelatus aut canonicus regens pro tempore percipit, et in horreum suum inducit; habet etiam prata bona.

Item habet praedicta villa quatuor laneos cmethonales, et quilibet pro censu unam sexagenam annuatim solvit, duos capones, duos caseos, triginta ova, item laborat quatuor dies in septimana, proprio curru aut aratro, aequaliter per totum annum, ducturas etiam facit ad rationem dierum in septimana debitorum; item habet unam tabernam, habentem agros, cuius tabernator pro censu solvit duas sexagenas, qui non ad alios obligatur labores, quam quod tenetur prata cum caeteris cmethonibus falcastrare et foenum colligere.

Item habet tres hortulanias, et quilibet hortulanus pro censu annuo solvit mediam marcam, et in qualibet septimana quatuor dies pedester laborat; item habet molendinum habens agros, quod pro annuo censu solvit tres marcas. Item nec cmethones, nec tabernator, nec hortulani tenentur ad *powabam*, item tam cmethones quam tabernator, hortulani et molendinator, de omnibus agris et araturis absque diminutione, solvunt decimam manipularem praelato aut canonico, dictam villam pro tempore regenti, et inducunt illam propriis curribus in horreum capitulare, et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad septem marcas. Item villa praedicta nulla habet gaya, aut sylvas.

Item in praefata villa sunt duo nobiles, unus Stephanus Pogorzsky, nobilis de domo L[illegible]a, habens curiam et agros praediales, quatuor hortulanias, unam tabernam et unum molendinum habentia agros; item alter Marcus Mnynosky, nobilis de domo Nowina, qui non habet ibi curiam neque praedium, sed unum tantummodo laneum cmethonalem, de omnibus autem agris praedictis, ad nobiles praefatos et eorum homines pertinentibus, solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Bolechowycze.

Item villa praefata confinat cum villa nobilium Ugiasd, et sunt continui limites metas ostendentes, item cum Bolechowycze, villa episcopali, item cum Zabierzow monasterii sanctimonialium de Zwyerzynyecz, inter quas fluvius Rudawa in aliquibus locis, in aliquibus vero fluvius Kobylyanka distinguit, item cum Modlnycza, ubi limites continui alias *ugiassdy* et fossata distingvunt. Item partem unam villae praefatae contulit capitulo Bertholdus Scoltheis, alteram Judith, tertia empta est a Johanne, filio quondam Stephani Zaplaczek de Dziaduszycze 1365. a.

Item villa praefata solvebat alias pro capitulo in commune novem marcas, nunc vero solvit pro capitulo tantummodo quinque marcas.

Item regens habet septem marcas praeter praedium pro se de censu, et decimam manipularem septem marcas valentem annis singulis, et foenum de quatuor acervis.

Rudawa, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, in duobus milliaribus cum medio a Cracovia, supra fluvium Rudawa, a qua fluvius ipse denominationem accepit, sita. In qua est curia capitularis, bona habens aedificia, et agros praediales in tres campos distinctos; item in eadem villa sunt quatuordecim cum medio cmethonales lanei, quorum quilibet solvit pro censu sedecim scottos, medius vero laneus mediam marcam; item laborant unum diem in septimana proprio curru aut aratro, incipiendo a festo Sancti Michaelis, usque ad festum Sancti Joannis Baptistae; abinde vero usque ad festum Sancti Michaelis, laborant duos dies, item ducturas faciunt non coniunctim, sed proprio curru, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; non solvunt *ossep*, neque caseos, sed triginta ova et duos capones. Item sunt ibi tres tabernae, una habet integrum laneum cmethonalem, et nihil laborando solvit tres marcas, et praeter hoc solvit censum de laneo sedecim scottos, item duae habent etiam agros, sed parvos et bona prata, et quaelibet solvit tres marcas et nihil laborat; item sunt ibi tres hortulaniae, et habent agros, quaelibet solvit decem grossos, et unum diem pedestres laborant. Item est ibi ecclesia parochialis, sub honore Omnium Sanctorum fundata, et plebanus habet agros proprios sed paucos et prata, et chorus ecclesiae muratus muro coctili. Item omnes cmethones, tabernatores et hortulani ad unam *powabam* hyemalem obligantur, *powabam* autem alteram vernalem

soli cmethones expedire tenentur. Item cmethones prata sita sub villa Radwanowicze, usque ad finem agrorum praedialium tenentur falcastrare et colligere singulariter absque die, sed ad rationem diei debitae conducere; item aliud pratum vocatum Baranowska ad rationem diei debitae tenentur disponere. Item sunt illi duo molendina, ambo in fluvio Chechel, non habent agros, sed prata habent, quodlibet solvit tres marcas; percipit autem plebanus decimam post omnes araturas curiae, cmethonum, tabernatorum et hortulanorum.

Item confinat cum villis Radwanowicze, Sziedlecz, Pyssary, Gora, Nyclepycze, Nyegoszowycze, Brzeszinka, et pro limitibus inter villas praedictas non sunt monticuli, alias *kopcze*, sed sunt *ugyaszdy* in aliquibus locis, in aliquibus vero *myedze*, in aliquibus vero querceti alias *dambniki*.

Item praefata villa solvebat temporibus superioribus pro capitulo in commune, viginti sex cum media marcas, nunc autem et pro praesenti, solvit decem marcas cum media.

Item sciendum et attendendum est, quod villam praefatam Rudawa contulit et donavit donatione perpetua Johannes Miles, haeres de Rudawa, ecclesiae et capitulo Cracoviensi, qui etiam alio nomine comes Gnevomirus vocabatur, vir nobilis, qui anno domini 1185 obiit.

Wangercze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, non integra sed media, alteram enim medietatem obtinet pro fundo suo praebenda Cracoviensis appellata Wangrzeczska, uno milliari a Cracovia, sub parochia ecclesiae de Raciborowicze sita. In qua est curia capitularis, humilia habens aedificia, et praedium cum pratis in tres campos distinctum, de quibus nulli decimat, sed solus regens pro tempore percipit decimam, et in horreum suum inducit, quam nunc regit Johannes de Rzessow, regni Poloniae vicethesaurarius, canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Polukoza. Item habet sex laneos cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu unam sexagenam, quatuor capones, triginta ova, avenam autem seu *ossep* et caseos non solvunt, item duos dies in septimana aequaliter per totum annum proprio curru aut aratro laborat; item habet unam tabernam habentem agros, quae pro censu annuo solvit duas marcas, et nihil laborat. Item habet quatuor hortulanias, habentes agros, quarum tres solvunt per mediam marcam pro censu, quarta vero solvit novem scottos, omnes vero aequaliter unum diem in septimana laborant pedestres; item cmethones tenentur ad ducturas, sed ad rationem dierum in septimana debitorum, soli etiam cmethones tenentur ad duas *powabas*, a quibus tabernator et hortulani sunt absoluti. Item omnes cmethones et hortulani et tabernator sortis capitularis, solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae appellatur Wangrzeczska,

et eam in horreum canonicale in Wangercze propriis curribus tenentur inducere, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et valor eius in sorte capitulari aestimatur ad septem marcas; item habet praedicta sors capitularis medietatem gay prope villam siti, alteram autem medietatem habet praefata praebenda Cracoviensis Wangrzeczska: piscinas non habet, neque molendinum. Item villa praefata Wangercze confinat cum villis infrascriptis, videlicet Bibicze, et ibi strata Myechoviensis dividit, item cum Boszuthow, et *ugiazdy* dividunt et torrens in pratis; item cum Dzecanowicze, et aqua per prata currens dividit, item cum Prandniki, et ibi *ugydzdy* dividunt.

Item sors villae praefatae Wangercze capitularis solvebat superioribus annis pro capitulo, in commune duodecim marcas, nunc vero solvit tantummodo pro capitulo septem cum media marcas.

Wanszow, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Czulicze, tribus prope milliaribus a Cracovia sita, quam nunc tenet Stanislaus Czayka de Nowydwor canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Dambno: habet curiam bene aedificatam, habet agros praediales in tres campos distinctos et prata, de quibus nulli solvit decimam, sed regens pro tempore percipit illam, et in horreum suum inducit. Item habet tres laneos cum medio cmethonales, et quilibet de laneo pro censu annuo solvit unam sexagenam, item quilibet laborat in septimana duos dies proprio curru aut aratro, praeter dies messium, in quibus illis fit alleviatio, ita quod de uno laneo non laborant, nisi unum diem una falce; non solvunt avenam, sive *ossep*, neque caseos, sed solvunt triginta ova de laneo et duos gallos; item faciunt ducturas quilibet per se, et proprio curru sine coniunctione, aliae *kromye sprząże*, sed ad rationem dierum in septimana debitorum. Item habet unam tabernam habentem agros speciales, quae nihil laborans, solvit unam cum dimidia marcas pro annuo censu; item habet duas hortulanias, etiam habentes agros, et quaelibet solvit pro censu octo grossos, et duos dies in septimana pedestri labore laborat; item omnes cmethones, tabernator et hortulani tenentur ad duplicem *powabam*, pro curia laborandam.

Item tam cmethones, quam tabernator et hortulani, solvunt solvereque tenentur decimam manipularem, capitulo ecclesiae Cracoviensis, absque omni diminutione, et tollit illam atque percipit nomine capitulari, praelatus aut canonicus Cracoviensis, regens villam pro tempore, et tenentur eam incolae propriis curribus inducere in horreum canonicale, et aestimatur valor eius ad sex marcas, et solvunt decimam canapi per ...... iuncturas.

Item confinat praefata villa cum Czulicze villa nobilium, item cum duobus villis hospitalis Cracoviensis, videlicet Wronyn et Wronynyecz;

item cum duabus villis monasterii Mogilensis, videlicet Glewyecz et Wrosznycza; item cum Czyrnyechow villa nobilium, inter quas pro limitibus sunt scopuli continui et rotundi, alias *ugyazdy*.

Item praefata villa solvebat superioribus annis pro capitulo et in commune, octo marcas communes, nunc vero solvit tantummodo quatuor marcas et decem et octo grossos.

Pichowycze, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, prope fluvium Visla ultra Casimiriam, sub parochia ecclesiae de Rumpella sita, habet sex laneos cmethonales, et quilibet laneus solvit unam marcam cum dimidia, medietatem pro festo S. Joannis Baptistae, et medietatem pro festo S. Martini; nullos dies in septimana laborant, ad alios tamen labores obligantur: et primo tenentur extrahere de Vysla ligna, et ducere ea in domum canonicalem pro necessitate regentis, item tenentur simul et lutum in stabulo, in curia et ante domum purgare et educere, pro necessitate regentis. Item tenentur sal bancatum et minutum propriis curribus ex Wyelyczka ducere, pro necessitate regentis; item tenentur ducere foenum ex Pichowycze in Cracoviam, in quocumque tempore et necessitate; item tenentur tria prata falcastrare, colligere et conducere propriis curribus, pro usu et fructu regentis. Item habet quinque hortulanias, quarum quatuor habent agros, duae maiores, et duae minores, quinta vero solum habet hortum et prata, item duae hortulaniae habentes agros maiores, omnes labores curribus propriis cum aliis cmethonibus tenentur explere, tres vero hortulaniae residuae et eorum hortulani, omnes labores praefatos implent, sed pedestres, scindendo ligna, et alia opera pedestria faciendo, pro necessitate regentis; item quatuor hortulaniae praefatae, pro censu solvunt per mediam marcam, quinta vero unum fertonem, pro eisdem temporibus, pro quibus et cmethones. Item habet unam tabernam, quae nullos habet agros neque prata, et solvit mediam marcam nihil laborans, item quilibet cmetho de laneo, tenetur pro regente dictam villam, pro festo Paschae, dare duos capreolos, hortulanus vero unum capreolum; item quilibet cmetho de laneo, tenetur solvere triginta ova et duos gallos, avenam vero seu *ossep* et caseos non solvunt. Non est ibi curia, neque praedium, et licet aliquando fuerit ibi preadium, tamen quia plus constabat, quam proferebat, locatum est cmethone. Item est ibi una piscina bona, per Johannem Dlugosch seniorem, canonicum Cracoviensem sexaginta marcis elaborata, de qua regens potest habere bonam utilitatem et profectum; habet etiam praefata villa aliqua virgulta modica, tamen in usum fructum cmethonibus et hortulanis concessa. Item habet lacum, qui arendatur pro media marca, item fluvius Visla arendatur pro duabus marcis; item praefata villa ex omnibus agris cmethonum et hortulanorum, solvit decimam manipularem praebendae Cracoviensi appellatae Lantkowska.

Item villa praefata confinat cum villis Kostrzecz, Johannis Thanczynsky de domo Bippennium, item cum Kobierzyn, Andreae Oleschnyczsky de domo Dambno, item cum Skothnyky et Dambniky regiis, item cum Bodzow et Zakrzow canonicalibus, inter quas sunt in aliquibus locis continui et rotundi limites alias *uyaszdy*, in aliquibus vero fossata, in aliquibus vero scopuli et signa.

Item villa praefata solvebat superioribus temporibus pro capitulo et in commune decem marcas, nunc vero tantum solvit pro capitulo quatuor cum media marcas, regens autem residuum censum percipit.

Borek, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, prope fluvium Vylga uno miliari a Cracovia sita, sub parochia ecclesiae S. Jacobi de Casimiria. In qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet pro censu annuo solvit mediam marcam, item per integrum annum unum diem in septimana laborat, et ducturas tenetur facere proprio curru ad rationem dierum in septimana debitorum; item habet unam tabernam, habentem agros, quae pro annuo censu solvit duas sexagenas communis pecuniae, item habet duos hortulanos habentes agros, quorum quilibet unum fertonem solvit pro annuo censu et unum diem in septimana pedester laborat; item habet unum molendinum habens agros et prata, in flumine Wylga situm, quod pro annuo censu solvit quatuor marcas. Item tenetur quilibet de laneo solvere triginta ova et duos gallos, hortulanus autem quilibet quindecim ova et unum gallum, non solvunt *ossep* aut avenam, sed nec caseos, item unum diem in anno regentem omnibus necessariis procurant, quando ad illos personaliter descenderit; si autem non facit descensum, solvunt regenti unum octuale cerevisiae et quatuordecim gallos; item tam cmethones, quam tabernator, hortulani et molendinator solvunt decimam manipularem de agris eorum plebano et ecclesiae parochiali in Bodzanow. Item villa praefata habet optimas sylvas quercinas, pinaticas, extendentes se in circuitu ad unum miliare, et possent illinc melificia haberi.

Item villa praefata confinat cum villis Kobyerzyn, Swoschowycze et Jugowycze, et non sunt scopuli sipati inter illas, sed signa quaedam, virgulta et *ugiazdy* habentur et tenentur pro limitibus; item etiam confinat cum villa Lagiewnyky, quae pertinet ad proprietatem et dominium castellanaturae Cracoviensis, et fluvius Wylga habetur inter villas pro limite; item cum Oppatkowicze, villa abbatis et monasterii Thiniciensis, ubi prata dividunt, item cum Zakrzow et Folwarky.

Item sciendum et notandum est, quod medietatem praefatae villae Borek anno Domini 1382. capitulum Cracoviense ab Othone olim Petri de Gniewczzyn, haerede de Borek, dando eidem Otthoni totalem partem haereditatis dictae Sczeglicze in fluvio Rudawa situatae, quae ex antiquo ad

capitulum Cracoviense pertinebat, et in qua adhuc percipit decimam manipularem, addendo centum marcas latorum grossorum Pragensium et unum equum viginti marcis valentem latorum grossorum; alteram autem medietatem dictae haereditatis Borek emit praefatum capitulum anno Domini 1389. a Mszczugio de Imramowycze, pro nonaginta duabus marcis latorum grossorum Pragensium, de quibus omnibus habentur specialia privilegia et munimenta.

Item praedicta villa solvebat superioribus annis pro capitulo in commune quinque cum media marcas molendino computato. nunc autem tantummodo solvit tres marcas.

Zyelonky, villa praestimonialis capituli Cracoviensis habens propriam parochialem ecclesiam, minus quam uno miliari a Cracovia supra fluvium Prandnik sita, per Albertum praepositum Lanciciensem et canonicum Cracoviensem, ecclesiae et capitulo Cracoviensi donatione perpetua collata. In qua est curia capitularis bona habens aedificia, et praedium cum pratis in tres campos distinctum, de quo decimam manipularem solvit plebano et ecclesiae ibidem in Zyelonky constituto. Item sunt ibi quinque cmethones partiales, et truncos agros seu laneos habentes, et quilibet pro censu annuo solvit mediam marcam; item laborant duos dies in septimana, sed labore pedestri, arpicaturam vero expediunt bobus aut equis, fimum etiam ducunt pecudibus vel equis alias *sprząża*, non falcastrant prata, sed foenum colligunt et fruges metunt ad rationem dierum; item non solvunt caseos, neque avenam seu *ossep*, sed solvunt viginti ova et duos capones, item ad *powabas* non obligantur; item cmethones villae praefatae solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae appellatur Posandzka; item in eadem villa est ecclesia parochialis, cuius collatio et ius patronatus ad nullum alium, nisi ad capitulum Cracoviense pertinet, quae habet agros pro praedio suo, de quibus nulli decimat, in praesenti haereditate Zyelonky et in haereditate Thanye consistentes, item ecclesia habet unam tabernam et molendinum, habentes agros, de quibus cedit decima pro plebano et ecclesia in Zyelonky. item villam praefatam tenet nunc in sua gubernatione magister Stanislaus de Kobylino, decretorum doctor canonicus Cracoviensis.

Item villa praefata confinat cum Pankowycze, et *ugyasdy* disterminant; item cum Thanye, et ibi stratae dividunt. item cum Zyelonky, villa regia, et ibi campi et certa signa dividunt.

Solvebat praefata villa superioribus annis pro capitulo in commune duas sexagenas, nunc autem solvit duas marcas.

Gardlycza, villa praestimonialis capituli Cracoviensis, medium miliare a Cracovia, sub parochia ecclesiae de Zyelonky sita. In qua est curia capitularis, habens bona aedificia, habens etiam agros praediales, de quibus

nulli solvit decimam manipularem, sed regens pro tempore percipit illam et in proprium horreum inducit. Item sunt in ea quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu tres fertones, triginta ova, duos gallos solvit; non dant caseos, neque avenam seu *ossep*, item quilibet cmetho de laneo unum diem in septimana proprio curru aut aratro laborare tenetur, item ducturas per se sine vicino alias *przesz sprzążę* facere tenetur, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item non sunt ibi hortulaniae, item est taberna habens agros, quae pro annuo censu solvit mediam marcam. Item est molendinum in flumine Gardliczka situm, habens agros, quod pro annuo censu solvit duas marcas, item decima manipularis de agris cmethonalibus solvitur vicariae perpetuae in ecclesia Cracoviensi, quae spectat ad praebendam Naazowska, seu Glambinowska et ducitur per cmethones in horreum per vicarium eligendum, item sunt in eadem villa duo alii domini et haeredes, videlicet Johannes Zagorsky, qui habet unum laneum cmethonalem, unam tabernam et tres hortulanias; item Joannes Grzegorzowsky, qui habet unum laneum, molendinum et unam hortulaniam; item, duae curiae et duo praedia, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Zyelonky.

Item villam praefatam Gardlyczam, anno Domini 1263. nonas Aprilis capitulum Cracoviense emit a Theodoro praeposito, et Marca magistra seu abbatissa, et universo conventu fratrum et sanctimonialium monasterii de Zwierzyniecz, de consensu Prandothe episcopi Cracoviensis, pro triginta tribus marcis argenti examinati, emptione perpetua et irrevocabili, de quo habetur speciale privilegium sigillis praefatorum Theodori praepositi, et Marcae magistrae, et totius conventus Zwierzynecensis communitum.

Item villa praefata confinat cum villis Troyanowicze, item cum altera Gardlicza dicta Wierzynkonis, item cum Zacharzowska Wolya capitulari, item cum Bibicze, item cum Zyelonky regali, et inter villas huiusmodi sunt *ugyasdy* pro limitibus et scopulis.

Item villa praefata solvebat alias pro capitulo in commune quatuor marcas.

Wolya Zacharzowska, villa praestimonialis capituli Cracoviensis ad unum miliare a Cracovia sub parochia ecclesiae de Zyelonky sita. In qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet de laneo pro annuo censu solvit per octo scottos, item mediam mensuram avenae, item duos gallos. Item est in eadem villa curia capitularis, pulchra habens aedificia, et agros praediales paucos tamen in tres campos distinctos, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed regens villam illam solus percipit et in horreum proprium inducit; item in eadem villa est taberna habens agros speciales, quae nihil laborans solvit pro annuo censu duas sexagenas, item cmethones villae praefatae solvunt decimam manipularem vicariae perpetuae Cracoviensi, quae

pertinet ad canonicatum et praebendam Cracoviensem dictam Naaszowska seu Glambinowska, et tenentur eam ducere in horreum per vicarium eligendum, ad solutionem autem canapi decimae non tenentur, privilegio capitulari ab ea libertati, et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas.

Item villa praefata confinat cum villis ....

Item regens villam praefatam Zacharzowska Wolya habet, habereque consvevit decimam manipularem pro suo usu atque utilitate in Sczeglicze, villa sub parochia ecclesiae de Morawicza, cuius haeres Andreas Ossolinsky, nobilis de domo Bippennium. In qua sunt lanei tres cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praelato aut canonico dictam villam pro tempore regenti, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas, tenenturque illam cmethones ducere in horreum per canonicum locandum, et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas. Fuit autem villa huiusmodi Sczeglicze villa capituli Cracoviensis, sed anno Domini 1382. cum Ottone Petri de Gnyewczyn, pro medietate villae Borek cambita.

Item villa praedicta solvit pro capitulo in commune duas marcas et sedecim scottos.

Borkow, villa praestimonialis capituli Cracoviensis ultra Nidam undecim miliaribus a Cracovia sub parochia ecclesiae de Kygye et prope oppidum Pyandziczow sita, quam nunc regit Nicolaus Xanszky canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Lodza. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet solvit capitulo Cracoviensi pro annuo censu unam marcam. Item in villa praedicta non est aliquod praedium capitulare, item non sunt ibi aliquae tabernae, item non sunt aliquae hortulaniae; item cmethones villae praefatae de quatuor laneis solvunt decimam. Item villa praefata Borkow confinat cum villis.................

Solvunt ecclesiae Cracoviensi pro lampade duas marcas, quilibet praelatus aut canonicus tenens villam praefatam, residuas autem duas pro se retinet. Summa antiquae taxae de villis facit trecentas viginti octo marcas, quatuor scottos; summa novae taxae de villis facit centum octaginta septem marcas, quatuor scottos; summa, quae adempta est ex veteri taxa, facit centum quadraginta unam marcam et unum scottum.

Bawol, villa praestimonialis capituli Cracoviensis sub parochia de Rumpella sita. Notandum, quod villa Bawol iuxta civitatem Cracoviensem et iuxta fluvium Visla versus montem Lassotinum sita, empta fuit pro capitulo Cracoviensi per Procopium cancellarium Cracoviensem, a Laurentio, comite de Bawol eiusdem haerede, pro triginta marcis argenti, et snb praesentia et consensu Boleslai, Cracoviensis et Sandomiriensis ducis in Cracovia civitate, anno Domini 1278. tertio idus Maii, luna vigesima

nona, resignata et reformata. Et licet Albertus Noszdrak, dapifer Cracoviensis anno Domini 1314. asserens, dictam villam ad suum dapiferatum Cracoviensem pertinere, item Stanislaus et Laurentius fratres de Lybyerthow, nepotes germani praefati Laurentii comitis de Bawol, anno Domini 1322. asserentes, dictam villam ad se haereditarie pertinere, capitulo Cracoviensi in iudicio terrestri litem movissent, ad conscientiae tamen suae puritatem reducti ipsimet, sibi coram iudicio terrestri perpetuum silentium imposuerunt, de quo ecclesia Cracoviensis in suo aerario obtinet clara privilegia et munimenta. In processu autem dierum, anno videlicet Domini 1335, tertio calendas Martii, Casimirus Secundus Poloniae rex, in locatione praefatae villae Bawol, de consensu capituli Cracoviensis oppidum Casimirz muro pulcherrimo illud cingens, fundavit et erexit, quod et studio generali illic fundando nobilitare decreverat, locumque pro collegiis muris fabricaverat, et ne capitulo Cracoviensi in aliquo iniurius videretur, consules et oppidanos dictae civitatis Casimirz ad solvendum singulis annis duas sexagenas latorum grossorum Pragensium, pro capitulo et ecclesia Cracoviensi perpetuis temporibus in vicissitudinem et recompensam praefatae villae Bawol obligavit, quas dicti consules et oppidani Casimirienses annis singulis capitulo et ecclesiae Cracoviensi obedienter per centum et amplius annos persolvunt.

Villa Swianthnyky, capituli Cracoviensis empta pro marcis . . . . . . anno Domini 14 . . cum additione villae dictae Borkow, quae iacet prope Sanyecz, quae villa Szwyanthnyky est sita in distantia medii miliaris a Pabyanycze, sub parochia Gorka. In qua sunt tredecim lanei cmethonales, quilibet de laneo tres fertones minus uno grosso solvit, capones duos et sexagenam ovorum, solvit quilibet quatuor choros siliginis, avenae etiam quatuor, non habent dies designatos pro laboribus, sed quoties et quando eis mandatur. Est una taberna, mediam marcam solvit, et unum caponem, item tres hortulani, quilibet illorum solvit octo grossos, laborare tenentur sicut et cmethones, item curia est etiam capitularis cum praedio, quae habet certos agros ad quantitatem quatuor laneorum. Habet etiam praedicta villa molendinum, quod pro annuo censu solvit tres marcas cum fertone, item tenetur vetera aedificia in curia reformare; item eadem villa habet borram bonam ad longitudinem quatuor aut sex stadiorum, ad latitudinem autem alibi ad duo, alibi ad tria . . . .

Confinat autem villa haec cum villis nobilium, et primo cum Gorka nobilium et capituli, et cum villa Borzowo, et cum villa Camin nobilium, et cum villa Poryssowycze, et sunt scopuli, qui distingvunt haereditates, habet etiam cum villa nobilium Zabycze, ubi etiam sunt scopuli . . . .

Cum Cracoviensis ecclesia a primordio sui ortus suaeque fundationis in ceris, vino, oleo, hostiis ceteraque suppellectili, ad sacrificia atque rem divinam expediendam per pontifices Cracovienses pro tempore administraretur, sanctae memoriae Vincentius Cadlubkonis de Karwow, villa prope Oppathow, sub parochia ecclesiae de Wlostow sita, tam genere nobilis, quam doctrina clarus Cracoviensis episcopus de familia Rossae, perpendens frequentes negligentias et scandala, quae per suos praedecessores episcopos Cracovienses, et eorum officiales segnius administrationem rerum huiusmodi impendentes, committebantur; decem et novem decimas mensae suae episcopalis circa Czchow, quarum undecim sunt manipulares, octo pecuniales, sub consensu et ratihabitione praelatorum et canonicorum Cracoviensium in ecclesiam Cracoviensem et in eius capitulum perpetuo contulit et donavit, solvens se et suos successores ab huiusmodi rerum administratione, et illam in capitulum Cracoviense transfundens. Quapropter décimae huiusmodi nunquam privatis personis in praestimonium conferuntur, sed alicui ex praelatis aut canonicis de triennio in triennium pro centum marcis communiter arendantur, ut facilior et iustior rerum praefatarum omni negligentiae circumscripta possit provenire administratio; praefatarum autem decimarum sumptus et impensa pro administratione rerum necessariarum aegre iam potest sufficere, et propter cultum divinum, qui propitiatione altissimi in ipsa ecclesia Cracoviensi augetur in dies, et ritum magis impensiorem et venustum, et ipsarum decimarum decrescentiam, quarum nonnullas plebanorum et militarium occupavit temeritas, plerasque vero absorbuit alluvio. Est autem aliquorum annalium veterum, quae legi, assertio, quod decimae infrascriptae non erant mensae episcopalis, sed ecclesiae de Brzeze et Czchow, et per episcopum praefatum Vincentium capitulo Cracoviensi incorporatae sunt, ita tamen, quod candela inextinguibilis nocte ac die in altari ardeat, reliquum canonici in suos usus convertant, praedictarum autem decimarum tam manipularium, quam pecunialium hae sunt villae et haec nomina:

Gnoynyk, decima manipularis capituli Cracoviensis, villa prope Czchow sita, in qua est ecclesia parochialis murata, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Gnoyniczszczy, nobiles de domo Canerorum. In qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, item est curia, quae ex cmethonum laneis sibi fecit agros praediales, taberna et hortulani, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, etiam post agros curiales, et tenentur eam cmethones inducere propriis curribus in horreum per capitulum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem et octo marcas.

Gotprzydowa, decima manipularis capituli Cracoviensis, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky, nobilis de

domo Antiquorum Equorum. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a capitulo locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad duodecim marcas; non est ibi curia militaris, sed est scultetus et taberna et hortulani, qui de suis agris decimant plebano ibidem in Gotprzidowa.

Thymowa, decima manipularis capituli Cracoviensis, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky. In qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi et ducitur propriis curribus in horreum a capitulo locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad quindecim marcas, aliquando ad viginti. Non est ibi curia militaris, neque praedium, sed est scultetus et taberna, de quorum agris decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano in Thymowa, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Thworkowa, decima manipularis capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Thymowa sita, cuius haeres praefatus Nanayko Wyeloglowsky, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales; fuit quondam etiam ibi scultetus, sed haeres emens scultetiam, locavit curiam, sunt etiam ibi tabernae et hortulani habentes agros, et de omnibus agris huiusmodi tam cmethonalibus quam curialibus, tabernae et hortulanorum, solvitur decima manipularis pro capitulo Cracoviensi et tenentur illam incolae propriis curribus inducere in horreum a capitulo locandum, solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad tredecim marcas. Sunt praeterea ibi aliqui agri praediales, quos partim colit haeres, partim cmetho, aestimati ad duos laneos, vel citra, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano in Thymowa.

Jurkow, decima manipularis capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae Czchow sita, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky praefatus. In qua sunt novem lanei cmethonales, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad quindecim marcas. Est ibi curia militaris habens agros praediales, item taberna habens agros, de quibus decima manipularis solvitur et conducitur ecclesiae Cracoviensi in *gonythwam* pro capitulo Cracoviensi.

Ugyazd, decima manipularis capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Oppathkowycze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem et monasterium Thiniciensem. In qua sunt octo lanei cmethonales, et unus hortulanus habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, et tenentur illam incolae propriis curribus inducere

in horreum a capitulo deligendum, et decimam canapi solvunt per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad quindecim marcas; non est ibi curia aliqua coenobialis, sed taberna est habens agros, de quibus decimatur pro capitulo Cracoviensi in *gonythwam*, item praedium non est ibi.

Oppathkowycze, decima manipularis capituli Cracoviensis, in qua est ecclesia parochialis prope fluvium Dunagyecz sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem et monasterium Thyniciensem. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna, item unus hortulanus habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad duodecim marcas; item est ibi praedium et curia coenobialis, sed et plebanus habet agros proprios, de quibus decimam non solvit, de agris autem praedialibus decimam manipularem in Oppathkowycze tollit parochialis ecclesia et valor eius ad tres marcas.

Szdanya, decima manipularis capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Oppathkowycze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem Thyniciensem. In qua sunt sex lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a capitulo eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad septem marcas. Non est ibi curia, neque aliquis hortulanus, item praedium coenobiale non est in eadem villa.

Luczslawycze, decima manipularis capituli Cracoviensis supra fluvium Dunagyecz sub parochia ecclesiae de Oppathkowycze sita, cuius haeredes, Nicolaus Marczinkowsky, nobilis de domo Griffonum, Andreas Pyrzchala et Stanislaus Trzop. In qua sunt lanei cmethonales in utraque parte fluminis Dunagyecz extirpati et extirpandi, item tabernae, item hortulaniae, de quibus omnibus solvitur solvique debet decima manipularis capitulo Cracoviensi, et tenentur eam incolae inducere propriis curribus in horreum per capitulum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad duodecim marcas pro praesenti. Sunt autem ibi tres curiae militares, solventes decimam manipularem plebano in Antiqua Brzesko, quamvis ex antiquo una fuerit ibi curia militaris, sed processu dierum multiplicatis haeredibus et cmethonibus et agris, qui reddebant decimam capitulo Cracoviensi, depositis, locatae sunt curiae, et decimae per nobiles a capitulo Cracoviensi abstractae, et ecclesiae in Antiquo Brzesko applicatae, per negligentiam et incuriam capitularem, propter quam quidem occupationem et abstractionem, et etiam fluminis Dunagyecz alluvionem, decima praefata in duabus partibus diminuta est, et quae alias solvebat triginta marcas, pro praesenti vix solvit duodecim.

Faszczechowa, decima manipularis capituli Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Oppathkowycze sita, cuius haeres Jaroldus, qui decimam de suis agris praedialibus solvit ecclesiae et plebano in Oppathkowycze; sunt ibi quinque lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus omnibus manipularis decima solvitur capitulo Cracoviensi, et ducitur in horreum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor decimae ad sex marcas; non sunt ibi hortulaniae.

Konczyska, decima manipularis capituli Cracoviensis, sub parochia ecclesiae de Oppathkowycze sita, cuius haeredes quatuor nobiles: Stanislaus Wroblowsky, Johannes Thasziczky, Stanislaus Trzopp, . . ., qui de suis agris praedialibus solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Oppathkowycze. Sunt ibi lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, et tenentur eam propriis curribus inducere incolae in horreum a capitulo locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas; non sunt ibi hortulani, neque tabernae.

Polythka, villa sub parochia ecclesiae de Brzoszowa sita, cuius est haeres Spitek Melstinsky, de domo Lelywa, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro capitulo Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium; item non est ibi praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae, item scultetia non est ibi.

Slona, villa, decima fertonalis capituli Cracoviensis, quae est sub ecclesia parochiali in Oppathkowicze, dominium autem villae ad plures nobiles pertinet, videlicet ad Marczinkowsky de armis Griffonum, qui habet ibi octo cmethones, item Nicolaum Wroblowsky de domo Pierzchala, qui habet ibi duos cmethones, ex quibus unus dat decimam manipularem ecclesiae in Antiqua Brzeschko, item Andream Pirzchala de domo Pirzchala, qui habet ibi duos cmethones, quorum uterque decimat manipulo ecclesiae parochiali in Antiqua Brzesko; item Marczinkowsky habet ibi praedium, de quo decimatur ecclesiae parochiali manipulo in Antiqua Brzeschko; item sunt ibi tres lanei cmethonales, de quolibet solvitur decima fertonalis pro capitulo Cracoviensi.

Olschowa, villa, quae est sub parochiali ecclesia in Palyecznicza, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, ecclesia Sancto Clementi martyri dicata. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro capitulo Cracoviensi, de quolibet laneo quatuordecim grossi communes, item est ibi unum praedium, quod etiam pro suis agris solvit decimam pecunialem pro capitulo Cracoviensi.

Brzozowa, villa, habens in se ecclesiam parochialem, Sancto Nicolao

dicatam, cuius haeres Spitek Melstinsky de domo Leliwa. In qua sunt quatuordecim lanei et sex virgae cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis pro capitulo Cracoviensi, de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium; item est ibi una scultetia habens speciales agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro ecclesia et plebano in Brzoszowa, et valor eius ad duas marcas; item ecclesia habet ibi speciales agros liberos a decima, et prata pro suo usu, praedio et necessitate; item non est ibi praedium, item sunt duae tabernae, item hortulaniae duae, sed non habent agros.

Byessznyk, villa sub parochia ecclesiae de Oppathkowycze sita, cuius haeredes Luczslawsczi de armis Pirzchala. In qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur unus ferto communis pecuniae pro capitulo Cracoviensi.

Decimae manipulares capituli Cracoviensis, circa oppidum Kosszycze consistentes.

Decorem et amplitudinem ecclesiae Cracoviensis Sbigneus episcopus Cracoviensis, a tribus Summis Pontificibus Eugenio IV., Felice V. et Nicolao V., ob suas insignes virtutes et merita, in Sanctae Romanae ecclesiae tituli Sanctae Priscae presbyterum cardinalem promotus, diligens, praecipuam etiam residentiam in eadem ecclesia Cracoviensi praelatorum et canonicorum effecturus, et si verum fateri debemus, ut super decimis manipularibus mensae episcopalis in villis, Krzyszanowicze, Welcz, Koporynia, Parszywka et Kowalye, quas ecclesiae collegiatae in Pyandziczow per eum fundandae, quam ex post in conventualem ordinis Sancti Pauli primi eremitae transmutavit, applicabat, faciliorem posset capituli obtinere, super alienatione perpetua decimas manipulares in oppido regio Koschycze, supra fluvium Srzeniawam sito, et in quatuor villis eidem oppido contiguis, videlicet in Wlosthowycze, Prokoczicze, Sandyschowicze et Woywanowicze, quae donatio facta est Cracoviae feria secunda post octavas Sancti Stanislai in Mayo anno Domini 1432., de quo eiusdem Sbignei episcopi habetur privilegium speciale, quarum decimarum positionem, valorem et situm inferius texui; haec etiam decimae non conferuntur personis privatis in praestimonia, sed alicui ex fratribus arendantur, de triennio in triennium, pro triginta marcis anno quolibet solvendis.

Koschycze, oppidum regium supra fluvium Srzeniawam situm, habens ecclesiam parochialem, filialem tamen ecclesiae de Wythow. In quo sunt septem cum medio lanei civiles, item duodecim hortulaniae habentes agros speciales, de quibus omnibus praeter paucas sortes, de quibus cedit

decima manipularis partim plebano et ecclesiae in Withow, partim ecclesiae et plebano in Przemankow, solvitur decima manipularis pro capitulo Cracoviensi, et per oppidanos et hortulanos propriis curribus ducitur in horreum a capitulo locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Non est ibi aliquod praedium regium.

Wlostowycze, villa sub parochia ecclesiae de Koschycze sita, cuius haeres Jacobus Slupowsky, nobilis de domo Lelywa. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum per capitulum eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Non est ibi taberna aliqua, sed est curia militaris, habens agros praediales, sunt etiam quatuor hortulaniae habentes agros, ex praedio militari eis adiunctos, de quibus decima manipularis datur plebano et ecclesiae in Withow, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Prokoczycze, villa sub parochia ecclesiae de Raphalowycze sita, cuius haeres Nicolaus Schalowsky, nobilis de domo Streparum. In qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro capitulo Cracoviensi, et tenentur illam incolae ducere in horreum a capitulo eligendum; item solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Item in eadem villa est curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Raphalowycze. Non est ibi molendinum.

Sandyschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Raphalowycze sita, cuius haeres Jacobus Trzeczeszky, nobilis de domo Streparum. In qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item novem hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro capitulo Cracoviensi, et per incolas ducitur in horreum a capitulo eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad decem marcas. Item est in eadem villa curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano in Rachphalowycze; item est ibi molendinum, sed non habet agros.

Woywanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Bobin sita, cuius haeres nobilis Petrus de Schamotuly, castellanus Poznaniensis, nobilis de domo Nalancz. In qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae tabernae, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo ecclesiae Cracoviensis, et ducitur per cmethones propriis

curribus in horreum per factorem capituli eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor eius ad octo marcas. Item est in eadem villa molendinum, sed non habet agros; item est in eadem villa curia militaris, habens agros speciales praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano ecclesiae in Bobin, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Decimae manipulares capituli Cracoviensis, circa Scarbimiriam consistentes.

Tenuitatem proventuum capitularium et multiplicatam ac frequentem residentiam praelatorum et canonicorum Cracoviensis ecclesiae, Johannes Rzeszowsky episcopus Cracoviensis perpendens, pia miseratione eorum necessitatibus et residentiae subventurus, anno Domini 1474. septima mensis Octobris, septem decimas manipulares mensae suae episcopalis, videlicet in Jakubowycze, Bobin, Gyebolthow, Boszczyn, Qwaszin, Marszowycze et Phylippowycze capitulo Cracoviensi donatione perpetua et irrevocabili dat, donat, privilegiat et inscribit, de quo in aerario Cracoviensis ecclesiae speciale donationem huiusmodi continens habetur privilegium, statuens et decernens, ut decimae praefatae ex tunc et a modo, ad possessionem, proprietatem et dominium capituli Cracoviensis, ad communes usus et ad distributiones quotidianas convertendae, perpetuo pertineant, publicibusque usibus capitularibus deserviant, nec possint alicui privatae personae, etiam ex praelatis et canonicis Cracoviensibus in praestimonium aut usum singularem conferri: quarum quidem decimarum valores, situs et conditiones, pro futura rerum et huiusmodi donationis memoria, dignum duximus in subsequentibus describere.

Jakubowycze, villa sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis sita, cuius haeredes Petrus, Johannes, Zegotha Marczinkowsczy, nobiles de domo Bippennium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a capitulo Cracoviensi locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item praedium est ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur .... item taberna ...... item hortulani.

Bobyn, villa parochialem ecclesiam ligneam habens in se, cuius haeres Nicolaus Rey de Schumpsko, nobilis de domo Oksza, propter uxorem, nobilis Johannis Slavyecz filiam. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, capitulo Cracoviensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in

horreum a capitulo locandum, et valor eius aestimatur ad viginti duas marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium.

GIEBULTHOW, villa sub parochia ecclesiae oppidi Xansch sita, cuius haeres Johannes Gieboltowsky, nobilis de armis Vulpium. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, capitulo Cracoviensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a capitulo locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae . . . . item hortulani . . . item praedium.

BOSZCZIN, villa sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad doctores et magistros collegii artistarum studii Cracoviensis, quam donavit eis Beatrix, relicta Demetrii, regni Poloniae vicethesaurarii. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, item duae hortulaniae et una taberna, habentes agros; de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, capitulo Cracoviensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a capitulo locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium.

QWASSZIN, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzaszna sita. In qua episcopatus Cracoviensis habet duos loneos cmethonales, pro suo dominio et proprietate. Item praepositura Scarbimiriensis, habet ibi tres cum medio laneos cmethonales; item custodia Scarbimiriensis habet duos laneos cmethonales, et de omnibus huiusmodi septem cum medio laneis, episcopi videlicet, praepositi et custodis, solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, capitulo Cracoviensi, et tenentur illam cmethones ducere in horreum a capitulo locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim, aliquando ad quatuordecim marcas. Item sunt in eadem hortulaniae, ad proprietatem et dominium praepositurae Scarbimiriensis pertinentes, habentes agros, de quibus solvunt decimam manipularem capitulo Cracoviensi in *gonithwam*: item non est in eadem villa praedium aliquod, neque tabernae.

MARSZOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Luborzicza sita, in qua episcopatus Cracoviensis habet quatuor laneos, pro sua proprietate et dominio. Item idem episcopatus Cracoviensis habet ibi tabernam unam, habentem agros.

PHILIPPOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Nowagora sita, cuius haeres Andreas Thanczinsky, nobilis de domo Bippennium. In qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, capitulo Cracoviensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a capitulo locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item taberna una habens agros,

de quibus decimatur ecclesiae in Nowagora, item hortulania una habens agros, de quibus decimatur pro capitulo in *gonithwam;* item praedium non est ibi, sed sunt tres lanei, qui olim erant scultetiales et redacti sunt in cmethonales, de quibus decimatur ecclesiae in Nowagora. Item licet cmethones et incolae villae praefatae, a priscis et antiquis temporibus, solvissent pro decima quinquaginta mensuras tritici, quinquaginta mensuras siliginis et quinquaginta mensuras avenae, qualitas tamen ipsa rogantibus cmethonibus, et se granaria decima gravari asserentibus, redacta est in manipularem.

Pro subsistentia capellae S. Trinitatis in ecclesia Cracoviensi, per illustrissimam principem Zophiam, relictam olim Vladislai Secundi Poloniae regis fundatae, et pro octo praebendariis, manualibus tamen, rem divinam in ea exequentibus, quorum collatio et provisio soli capitulo Cracoviensi permissa est, dotatae, Johannes Grusczinsky, episcopus Cracoviensis, sub breviusculo tempore, quo in ecclesia Cracoviensi praesidebat, precibus serenissimi principis Casimiri Tertii Poloniae regis, devictus, tres decimas manipulares mensae episcopalis in capitulum Cracoviense donatione perpetua anno Domini 1464. dedit, contulit et inscripsit in villis infrascriptis, de quo suum habetur in archivis ecclesiae Cracoviensis donationis privilegium, in finem, ut ex huiusmodi decimis capitulum Cracoviense capellam Sanctae Trinitatis praefatam, in caera, vino et oblatis administret, et tectum eius novo opere, si et quoties expedit et ornamentis reficiat. Harum quoque decimarum nulla datur alicui ex praelatis et canonicis in praestimonium, sed cura procuratoris capituli venduntur, et in necessitates huiusmodi et alias convertuntur, quarum decimarum haec sunt nomina:

PRZYBISLAWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Magna Xansz sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item praedium regium in eadem villa.

ROGOW, villa sub parochia ecclesiae de Magna Xansz sita, cuius haeredes Nicolaus et Johannes dicti Synowyecz de Koczina, nobiles de armis Antiquorum Equorum. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro capitulo Cracoviensi, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a capitulo locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Non sunt ibi hortulaniae,

item curia una militaris habens praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Magna Xansz.

STANOWYSKA, villa sub parochia ecclesiae de Koszlow, cuius haeres Jacobus Koszlowsky, nobilis de domo Vulpium. In qua sunt sedecim lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capitulo Cracoviensi, et propriis curribus per incolas ducitur in horreum locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Non sunt ibi hortulaniae, sed est una curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Koszlow. Licet plebanus et ecclesia de Koszlow habeat ibi unum laneum pro suo praedio, inter praedictos sedecim laneos computatum, solvit tamen de illo decimam manipularem capitulo Cracoviensi in *gonithwam.*

Centum marcae annui census ecclesiae et capituli Cracoviensis in zuppis Wieliciensibus et Bochnensibus.

Item habet ecclesia et capitulum Cracoviense centum marcas in zuppis Cracoviensibus, id est Wieliciensibus et Bochnensibus, quae praefatae ecclesiae et capitulo, singulis annis ex zuppis huiusmodi, per zupparios, officiales et arendatores zupparum solvi consveverunt; donavit autem, contulit et inscripsit praefatas centum marcas Przemislaus dux Poloniae et Cracoviae, ex post in regem Poloniae promotus et coronatus, apud Rogozno per insidias et dolos interfectus, donatione et inscriptione perpetua et irrevocabili, Alberto decano Cracoviensi, pro ipsius meritis et servitiis anno Domini 1290. nono calendas Septembris, dum in Cracovia ageret, dando sibi plenam et omnimodam potestatem censum praedictarum centum marcarum vendendi, donandi, permutandi et quocunque modo placuerit alienandi, zupparios et quoslibet impeditores solutionis earundem, usque ad exolutionem novissimi denarii impignorandi et coercendi; solutio autem huiusmodi centum marcarum debebat esse in argento bono et fuso, iuxta illius aetatis tunc observantiam et morem, de quo eiusdem ducis Przemislai habetur in aerario capituli Cracoviensis, in quo dictus Albertus decanus Cracoviensis, vivens dictum censum centum marcarum contulerat, privilegium speciale; solvuntur autem dictae centum marcae in quaelibet quatuor tempora anni, per viginti quinque marcas, et pecuniae huiusmodi in distributiones quotidianas caeterasque capitulares necessitates convertuntur.

Duo horti. Item habet ecclesia et capitulum Cracoviense ex antiquo duos hortos in Stradomia sitos, non longe a fluvio Vysla locatos, nulli censui civili obnoxios, sed ab omni servitute, tributo et datia liberos; unus

hortus in Stradomia, quem nunc tenet Johannes Pnyewsky archidiaconus Cracoviensis, situs est, alter hortus in Stradomia, quem nunc tenet Johannes Woyschik custos Cracoviensis, situs est. Consueverunt autem horti praedicti dari per capitulum praelatis et canonicis praesentibus duntaxat, non per senium, sed per gratiam et favorem, non ad tempus aut beneplacitum capituli, sed ad vitam regentis; tenentur autem regentes conditionem hortorum facere meliorem, et non admittere, ut aedificia stillent, aut ruant, quae tenentur reficere, et nova pro ruinosis aedificare, alias capitulum potest et tenetur aliis illos conferre.

Sub prisco tempore, quod arx et ecclesia Cracoviensis in ea posita, seorsim et distinctim habitabatur, magnumque et spatiosum inter arcem et urbem Cracoviensem erat loci sequestrum, urbs etenim Cracoviensis monasterii Sancti Francisci septis terminabatur, quicquid vero medii loci interiacebat, et paludis perpetuae praebebat speciem, erat inhabitabile et desertum; sed et Cracoviensis ecclesia et arx gravem ad se aditum dabat et onerosum, tignis et latis arboribus, cum aliter scenum superari non posset, constratum, ecclesia etiam S. Andreae inter suburbana numerabatur. Ea itaque res et locorum facies et qualificatio praelatis et canonicis et vicariis ecclesiae Cracoviensis eam necessitatem imposuerat, ut singuli in arce Cracoviensi domicilia obtinendo, perpetuum illic agerent incolatum; postquam vero lubricitas sedulo sabuli additamento aridata est, et urbs arci coniuncta, vicariis in arce relictis, et areis atque domiciliis suis eis traditis, praelati et canonici Cracovienses, propter aquae penuriam, et quoniam omnium victualium atque rerum importatio difficilis in arcem putabatur, fecere in urbem descensum, et plateam, in castrum immediatius ducentem, non in totum, sed ex parte, pleraque enim loca in platea huiusmodi militares possederant, non pro uno tempore, sed sensim et successive plerasque coemendo, aut pro decimis permutando, areas occuparunt. Rura enim praelati et canonici Cracovienses plus quam urbana amando, in villis incolatum suum figendo, habitationes negligebant urbicas, ad quam rem sic inciviliter agendam, parum provida quotidianarum refectionum distributio, quae pro universa hebdomada praelatis et canonicis processioni duntaxat dominicae diei interessentibus fiebat, plurimum cooperabatur; receptis etenim refectionibus mox finita processione missae maioris, nec principio expectato nec fine, in villagia non sine vulgi scandalo, quod illos solo

refectionum et non divinae rei respectu accedere ecclesiam inusitabat, discedebant; sublata deinde abusiva sub unum diem dominicam et sub unam horam refectionum distributione et legitimo ordine, qui nonnisi singulis diebus praesentibus duntaxat praelatis et canonicis divinis officiis interessentibus, refectiones quotidianas dari permittit; praelati et canonici Cracovienses magis civilia ingénia sortiti, ex iure in Cracoviam transmigrarunt et in areis capitularibus domos pro se et successoribus suis, nonnulli coemptis pro se areis muris aedificare coeperunt; plateamque canonicalem paludinosam, vilem quondam et despectam ex sua appellatione et nomine imposito eam reddiderunt insignem; fundando sibi in huiusmodi domibus anniversarios sempiternos, de quibus, ut magis diuturnior notitia habeatur, domos ipsas, per quos muratae sunt, et ad quae anniversaria obligatae, memoriae causa tam praesentium quam futurorum, subiciemus.

Pars sinistra.

Domus acialis et prima, eundo ex castro in civitatem in sinistra manu supra Rudawam sita, quae olim balneum regale dicebatur, et pro qua et eius area, Cristino de Ostrow, castellano Cracoviensi, Vladislai Secundi, regis Poloniae, donatione perpetua eam obtinenti, duae decimae manipulares mensae episcopalis in villis videlicet Slawkowycze et Kamik per Albertum Jastrząbyecz episcopum Cracoviensem, anno Domini 1413. capitulari consensu accedente, donatae sunt, et altari Sanctae Hedvigis in ecclesia Cracoviensi, fundato per ipsum Cristinum de Ostrow applicatae; murata est per magistrum Nicolaum Hinczonis de Casimiria, etsi generis civilis hominem, virum tamen bonum et legalem, et Johannem alias Janek de Rudzycza, nobilem de domo Drya, canonicos Cracovienses; auxerunt illum muris in postico consistentibus, cameris, coquina et balneo Johannes Dlugosch senior et Johannes Dlugosch iunior, canonici Cracovienses, nobiles de domo et genere Wieniawa. Solvit autem ipsa domus annis singulis universitati vicariorum Cracoviensium pro censu terreno in festo S. Martini duas marcas pro anniversario Nicolai Hinczowycz, praefati, qui solus sibi, quamvis cum Johanne de Rudzycza ipsam domum murasset, nescio quo pacto huiusmodi praemium vindicavit, de quo capitulare habetur privilegium, quod universitas vicariorum observat.

Domus secunda ab acie, in parte sinistra etiam supra fluvium Rudawa sita, coempta est a Petro Brenszky alias Trzewlinsky, nobili de domo Polukoza, in sortem ecclesiae Cracoviensis per Johannem seniorem et Joannem iuniorem Dlugosch, canonicos Cracovienses praedictos, et per eosdem murata et refecta, dataque est atque deputata pro perpetuo consistorio

officialatus Cracoviensis, et pro conservatione regestrorum atque productorum. In cuius recompensam Thomas primus episcopus Cracoviensis, de consensu capitulari contulit perpetuo praefatis Johanni seniori et Johanni iuniori Dlugosch, canonicis Cracoviensibus et germanis eorum, ac stirpi et familiae eorum Wieniawa, ius conferendi altaris Sanctorum Gervasii et Prothasii in ecclesia Cracoviensi et in capella mansionariorum siti, et altari praefato de omnibus fere spoliato decimis et introitibus, et nihil iam aliud, quam lacum in postico domorum canonicalium, et unam aream in platea legatorum retinenti, decimam manipularem in Strosza in terra Czyrzicensi; de quo datum est praefatis Johanni seniori et Johanni iuniori Dlugosch privilegium speciale episcopali et capitulari sigillis munitum, anno Domini 1460. confectum.

Domus tertia ab acie, in parte sinistra sita, per Johannem de Brest canonicum et Johannem Polska vicarium Cracoviensem, in area capitulari a fundamentis murata est, et inhabitans illam pro anniversario dictorum Johannis de Brest et Johannis Polska universitati vicariorum Cracoviensium solvit duas marcas, quorum utrumque crediderim hominem generis civilis fuisse, de quo etiam apud vicarios Cracovienses habetur privilegium speciale.

Domus quarta ab acie, in parte sinistra sita, per Nicolaum Goworkonis, custodem et canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Rawa in area capitulari a fundamentis murata est, et inhabitans illam pro anniversario dicti Nicolai Goworkonis, universitati vicariorum Cracoviensium solvit unam marcam; in die vero S. Joannis apostoli et evangelistae ante portam latinam praefatis etiam vicariis Cracoviensibus, in missa maiori sequentiam de Beato Joanne Verbum Dei Deo natum voce concinna et sonora pro se canentibus, alteram marcam solvere tenetur, de quo etiam praefati vicarii Cracovienses habent privilegium speciale.

Quinta domus ab acie, in parte sinistra sita, per Sbigneum de Naszyachowycze, archidiaconum Cracoviensem, nobilem de domo Griffonum in area capitulari a fundamentis murata est, cuius inhabitator ratione census terrestris tenetur in anniversario praefati Sbignei archidiaconis universitati vicariorum Cracoviensium solvere unam marcam annis singulis, de quo etiam vicarii Cracovienses tenent privilegium speciale a. D. 1382. confectum. Domus quinta nunc est [illegible] Czolkonis dicitur.

Domus sexta ab acie, in parte sinistra sita, per Albertum Cristini de Thursko alias de Podgrodze, canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Griffonum, in area capitulari murata est, cuius inhabitator ratione census terrestris universitati vicariorum Cracoviensium in praedicti Alberti

de Thursko anniversario singulis annis solvere tenetur unam marcam; de quo universitas vicariorum praedictorum habet privilegium speciale.

Domus septima ab acie, in parte sinistra sita, per magistrum Petrum cantorem et canonicum Cracoviensem, a primis fundamentis in area capitulari murata est, cuius inhabitator ratione census terreni tenetur unam cum dimidia marcam universitati vicariorum Cracoviensium, in anniversario praedicti magistri Petri, cantoris et canonici Cracoviensis, singulis annis solvere; de quo vicarii Cracovienses habent privilegium speciale anno Domini 1349. conditum.

Domus octava ab acie, in parte sinistra sita, per Johannem de Dzekanowycze, canonicum Cracoviensem, nobilem genere de domo Grzymalitarum, in area capitulari et in muris dudum erectis et fundatis murata est, cuius inhabitator solvere tenetur annis singulis in anniversario eiusdem Johannis Dzekanowsky, praelatis et canonicis Cracoviensibus duas marcas; de quo etsi non habetur privilegium capitulare, habetur tamen statutum libro capitulari insertum et a. D. 1456. confectum.

Domus nona ab acie, in sinistra parte sita, per Nicolaum Poray, canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Rozae, a primis fundamentis in area capitulari murata est, cuius inhabitator ratione census terrestris solvere tenetur universitati vicariorum Cracoviensium in anniversario praefati Nicolai Poray, annis singulis unam marcam, de quo etiam praedicti vicarii Cracovienses habent privilegium speciale.

Domus decima ab acie, in sinistra parte sita, per Johannem Suchywilk de Strzelcze, prope Paczanow, et Goluchow, prope Kalisz, decretorum doctorem, decanum Cracoviensem, ex post in archiepiscopum Gnesnensem promotum, nobilem de domo Grzymalitarum, et Jacobum Schyrzyk de Phalkow, canonicum Cracoviensem et custodem Gnesnensem, nobilem de domo Dolywa, in area capitulari a primis fundamentis muris erecta est; cuius inhabitator ratione census terreni iuxta privilegium Bodzanthae episcopi Cracoviensis, desuper confectum, ad solutionem trium marcarum grossorum singulis annis obligabatur; quorum duas marcas, unam in festo Purificationis, alteram in festo S. Stanislai, vicariis Cracoviensibus duplex anniversarium, unum Petri Schyrzyk olim episcopi Cracoviensis, praedicti Jacobi Schyrzyk germani, alterum dicti Jacobi Schyrzyk agentibus; item tertiam marcam altaristae S. Matthaei in ecclesia Cracoviensi pro die S. Michaelis solvere tenebatur, verum taxa et solutio huiusmodi, et propter sui magnitudinem, domus instaurationem, ad duas tantummodo marcas restricta est, solvitque unam marcam et unum fertonem in anniversario vicariis, altaristae vero S. Matthaei solvit tres fertones.

Domus undecima ab acie, in parte sinistra sita, per Navogium de

Thanczyn, decanum et canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Bippennium, in area capitulari a primis fundamentis murata est, cuius inhabitator ratione census terrestris, tenetur universitati vicariorum Cracoviensium in anniversario praedicti Navogii decani, solvere singulis annis unam marcam; tenetur et alteram marcam solvere altaristae S. Andreae in ecclesia Cracoviensi, de quo in aerario Cracoviensis ecclesiae privilegium, sub titulo tantum capituli Cracoviensis habetur speciale, a. D. 1369. confectum.

Domus duodecima ab acie, in parte sinistra ex duobus areis collecta est, quarum una donata fuit parum provide per capitulum universitati Cracoviensi pro canonistarum bursà, et expost per capitulum gravi aere, et cum difficultate redemta; altera, quae fuit altaris S. Anthonii, in ecclesia Cracoviensi, duabus decimis manipularibus in villis Camiona et Rzdawa, per Thomam primum, episcopum Cracoviensem, altari praefatae donatis, permutata, et capitulo Cracoviensi donata, murata est pecuniis Sbignei sanctae memoriae cardinalis et episcopi Cracoviensis, per Johannem Dlugosch seniorem canonicum Cracoviensem, sui testamenti executorem; cuius inhabitator ratione census terrestris, praelatis et canonicis Cracoviensibus in anniversario praefati Sbignei cardinalis, pro prima die Octobris, quo videlicet et die ipse Sbigneus episcopus insignia cardinalatus ab eodem Johanne seniore Dlugosch, a Summo Pontifice Nicolao Papa V. in ecclesia Cracoviensi publice et sollenniter suscepit, duas marcas annis singulis solvere tenetur.

Domus tredecima ab acie, in parte sinistra sita, per Matthiam Laurentii, decretorum doctorem, canonicum Cracoviensem, in area capitulari a primis fundamentis murata est, cuius inhabitator ratione census terrestris solvere tenetur annis singulis in anniversario praefati Matthiae Laurentii doctoris, universitati vicariorum Cracoviensium unam marcam.

Domus quarta decima ab acie et ultima, in parte sinistra sita, per Sbigneum, decanum Cracoviensem, in area capitulari a primis fundamentis murata est, cuius inhabitator in anniversarium perpetuum praefati Sbignei decani, dictae domus muratoris, tenetur altaristae altaris Sanctorum Philippi et Jacobi in ecclesia Cracoviensi, tres marcas annis singulis solvere, unam videlicet pro festo S. Stanislai in Maio, alteram pro festo S. Michaelis archangeli, et tertiam pro festo Purificationis Sanctae Mariae Virginis. Cuius autem generis vel domus praefatus Sbigneus, decanus Cracoviensis, fuerit, scrutinio diligenti facto, liquere mihi non potuit.

Pars dextra.

Prima domus ab acie, in parte dextra . . . .
Secunda domus ab acie, in parte dextra . . . .

Tertia domus ab acie in parte dextra per Sbigneum sanctae memoriae cardinalem et episcopum Cracoviensem, apud Petrum Schaffranyecz de Pyeszkowa Skala, succamerarium Cracoviensem, nobilem de domo Antiquorum Equorum, a. D. 1443. pro ducentis marcis mediorum grossorum empta, et in muris suis antiquis notabiliter refecta, atque ad formam bonam redacta et capitulo Cracoviensi perpetua donatione donata est, cuius inhabitator praelatus et canonicus Cracoviensis, anniversarium eiusdem cardinalis et episcopi agentibus, in primo dicti cardinalis anniversario, prima videlicet die Aprilis, qua ipse cardinalis rebus humanis adsumptus est, duas marcas annis singulis solvere tenetur, de quo in aerario Cracoviensis ecclesiae habetur sub titulo et sigillo capituli Cracoviensis privilegium speciale.

Quarta domus ab acie in parte dextra per Florianum de Mokrzsko episcopum Cracoviensem, nobilem de domo Hastarum alias Koslarogy, cum sua area capitulo Cracoviensi perpetuo donata est a. D. milesimo trecentesimo . . . . et per ipsum a primis fundamentis murata, cuius inhabitator ratione census terrestris in anniversario eiusdem Floriani episcopi, universitati vicariorum ecclesiae Cracoviensis duas marcas annis singulis solvere tenetur, de quo ipsius Floriani episcopi habetur in aerario Cracoviensi privilegium speciale.

Quinta domus in parte dextra sita, per magistrum Paulum Vladimiri, decretorum doctorem et canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Dolanga, in terra et area capitulari a primis fundamentis magnifico sumptu murata est, cuius inhabitator in anniversario eiusdem magistri Pauli Vladimiri universitati vicariorum Cracoviensium ratione census terrestris annis singulis solvere tenetur tres marcas, de quo universitas vicariorum Cracoviensium sub titulo et sigillo capituli obtinet privilegium speciale.

Sexta domus ab acie, in parte dextra sita, per Adam de Bandkow, decretorum doctorem canonicum Cracoviensem, nobilem de genere et domo Lupinorum Falcastrorum, in terra et area capitulari murata et fabricata est, cuius inhabitator ratione census terrestris in anniversario eiusdem Adae doctoris, praelatis et canonicis Cracoviensibus anniversarium praefati Adae doctoris agentibus, singulis annis solvere tenetur.

Septima domus etiam in acie, in parte dextra consistens, per Thomam de Dyako, archidiaconum de Hung et canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Pogomia, genere vero et natione Pannonium, in terra et area capitulari a primis fundamentis murata et fabricata est; cuius inhabitator ratione census terrestris in anniversario eiusdem Thomae de Dyako, universitati vicariorum Cracoviensium solvere tenetur annis singulis unam cum dimidia marcam, de quo universitas vicariorum Cracoviensium obtinet privilegium speciale, titulo et sigillo capitulari munitum.

Notandum autem, quod in quatuor areis donatis et inscriptis universi-sitati vicariorum, quarum una fuit Radomiri, secunda Johannis Scalcze, tertia Johannis de Thanczyn, quarta Gnawi, muratae sunt tres domus capitulares immediatee suprascriptae, una videlicet per magistrum Paulum Vladimiri, altera per Adam de Bandkowo, decretorum doctores, et tertia per Thomam de Dyako; vicariis autem Cracoviensibus in recompensam huiusmodi quatuor arearum, qui se earum donationibus suprascriptis ad certos anniversarios obligaverant, in reconpensam arearum huiusmodi, data est decima manipularis in Gyrzmanowycze, in clave Cracoviensi, per Albertum Jastrzabyecz tunc episcopum Cracoviensem, de consensu capituli, cuius valor singulis annis aestimatur ad viginti marcas communiter.

Domus octava partis dextrae, iuxta collegium iuristarum sita, per Hynczam de Rogow, castellanum Sandomiriensem, nobilem baronem de genere et familia Dzatosza, et capitulo Cracoviensi donatione perpetua et irrevocabili a. D. 1460 . . . . . donata et inscripta est; cuius inhabitator ratione census terrestris in anniversario eiusdem Hynczae de Rogow, praelatis et canonicis Cracoviensibus eius anniversarium agentibus, solvere tenetur annis singulis.

Domus nona, in parte dextra in acie consistens, lignea, per praefatum Hynczam de Rogow, castellanum Sandomiriensem donatione irrevocabili capitulo Cracoviensi eodem a. D. 1460. . . . . . . una cum area donata et inscripta est.

Domus capitularis lapidea iuxta valvam civilem, qua itur ex Cracovia in Casimiriam, in dextra manu supra fluvium Rudawa sita, quam magnificus Jacobus de Dambno, castellanus et capitaneus Cracoviensis, donatione perpetua capitulo Cracoviensi a. D. 1477. donavit, obligavit et inscripsit, huius domus inhabitator tenetur pro annuo et terrestri censu annis singulis in ipsius Jacobi de Dambno anniversario, dare tres marcas canonicis et praelatis Cracoviensibus.

Domus capituli Cracoviensis ecclesiae, templo S. Aegidii confrontata, hanc Albertus Jastrzabyecz episcopus Cracoviensis, cum area et muris a Stanislao Gelythko, castellano Brzezensi et germanis suis, nobilibus de domo Hastarum alias Koszlarogy, pro certa summa pecuniae coemens, capitulo Cracoviensi perpetua donatione, in ipsius tamen donationis recompensam praebendae in Rythwyany a se fundatae, duas decimas manipulares mensae episcopalis in villis Bydlowa, et . . . . de consensu capituli perpetuo inscripsit, et donavit, haec domus libera est et nullo anniversario obligata.

Domus capitularis ecclesiae Cracoviensis in postico aediculae S. Petri sita, huius domus quasdam areas Sweczslaus, cancellarius Dobrzynensis,

et Matthias haeredes de **Swyaszkowycze** fratres germani, nobiles de domo et genere **Srokomlya**, a Jacobo Petri de **Tharnowa**, et caeteris personis iusto pretio comparuerunt, et in sortem ecclesiae Cracoviensi collatas, domum latericeam muraverunt; huius domus inhabitator ratione census terrestris, in anniversario dictorum **Swieczslai** et Matthiae, universitati vicariorum Cracoviensium unam marcam solvere tenetur, ratione etiam certae partis areae, quam dicta domus stabulo occupat, tenetur praebendae Cracoviensi dictae **Naazowska**, quae ex praebenda ecclesiae S. Petri praefata fundata est, solvere annis singulis unam cum dimidia marcas, super quo habetur privilegium Joannis **Radlycza** episcopi Cracoviensis, suo et capituli sigillis communitum.

Platea Legaczska.

Prima domus capitularis in platea legati in parte dextra sita, per **Arnoldum** de **Thanczyna** gallicum, scholasticum Cracoviensem, collectorem apostolicum in regno Poloniae, in area capitulari a primis fundamentis murata est, circa domum altaris Sanctorum Gervasii et Protasii an. D. 1357., qui quidem Arnoldus officium collectoriae apostolicae annis octo et viginti in regno Poloniae exercebat, et morabatur. A. D. 1371. in medio capellae mansionariorum sepultus, cuius inhabitator ratione census terrestris magistro scholae ecclesiae Cracoviensis, annis singulis pro festo S. Martini duas cum dimidia marcas solvere tenetur, sub excommunicationis poena per capitulum in illum promulganda.

Secunda domus capitularis in platea legati in parte dextra iuxta hortum fratrum minorum monasterii S. Francisci sita, per **Jaroslaum** archidiaconum Cracoviensem, nobilem de domo **Janyna**, in area capitulari a primis fundamentis murata est a. D. 1339., cuius inhabitator iuxta privilegium capituli Cracoviensis sigillo **Joannis** episcopi et capituli munitum et in aerario ecclesiae Cracoviensis repositum, astringitur ad solvendum capellae S. Laurentii per ipsum **Jaroslaum** archidiaconum fundatae et muratae, et eius ministro seu altaristae, ratione census terrestris, sex marcas latorum grossorum Pragensium, aut earum valorem; duas videlicet marcas in festo S. Stanislai in Mayo, duas pro festo S. Michaelis, et duas pro festo Purificationis S. Mariae, annis singulis. Cum autem processu temporis domus ipsa, propter frequentia incendia, longo tempore staret desolata, et nemo inveniretur ex praelatis et canonicis Cracoviensibus, qui tam gravi pensione ad eius reparationem refectionemque vellet intendere, pensio praefata sex marcarum latorum grossorum, ad pensionem aequam et tolerabilem duarum videlicet marcarum communis pecuniae restricta est.

Tertia domus capitularis in platea Legati in parte sinistra iuxta domum abbatis Thyniciensis sita, et domui capitulari quartae decimae in platea Canonicali partis sinistrae ex parte una confrontata, per Johannem Chebde de Nyewyesch, archidiaconum Gnesnensem et canonicum Cracoviensem, nobilem de domo et familia Pomyan, in aliquot areis capitularibus, fundamentis et muris notabilibus iam extantibus, murata et erecta est; cuius inhabitator ratione census terrestris in anniversario praefati Joannis Chebde praelatis et canonicis Cracoviensibus solvere tenetur annis singulis tres marcas.

Domus prima in castro Cracoviensi. Habet etiam ecclesia Cracoviensis et capitulum eius duas domos muratas in castro Cracoviensi in latere sinistro ecclesiae et circa murum castrensem sitas, quae interdum praelatis et canonicis, nonnunquam praedicatoribus ordinariis aut vicecustodibus caeterisque personis non de iure, aut de necessitate, sed de mera benevolentia et favore capitulari conferri ad vitam, vel ad tempus consveverunt; quarum prima sita est in acie, non longe a porta maiori castri, quam hactenus magister Johannes de Slupcza, theologiae professor, praedicator ordinarius ecclesiae Cracoviensis inhabitat, per quem autem domus praefata, vel quo tempore murata vel aedificata sit, liquere mihi non potuit, liberae autem sunt domus huiusmodi et ab omni pensione exemptae.

Domus secunda in castro Cracoviensi et superiori domui contigua in latere corporis ecclesiae Cracoviensis, in parte sinistra sita, muro castrensi contiguata et Cracoviensis ecclesiae aerario coniuncta, pulchras et compendiosas habens habitationes, quam Elisabeth, relicta duorum virorum, videlicet Spithkonis de Melsthin palatini Cracoviensis, et Johannis ducis Samboriensis, natione Hungara, de domo et familia Fierlych, propriis sumptibus et expensis aedificavit, construxit et muris erexit in area capitulari, de qua, ne postea, cuius proprietatis esset, in dubium revocaretur, coram generali capitulo omnem impensam in dictae domus aedificationem factam, pro ecclesia Cracoviensi resignavit, et desuper confirmandis litteras Vladislai Secundi Poloniae regis, a. D. 1423. confectas, quae in Cracoviensis ecclesiae habentur aerario, obtinuit; hanc nunc ex permissione capituli Cracoviensis inhabitat Johannes Pnyowsky, decretorum doctor archidiaconus Cracoviensis.

Domus tertia in castro Cracoviensi, partim lignea et partim murata, acialis et templo maiori confrontata, quam Jacobus de Konyeczpolye, praepositus S. Floriani extra muros Cracovienses, filius olim Johannis de Konyeczpolye, regni Poloniae cancellarii et eiusdem domus unici haeredis de domo Pobodze, de consensu genitricis suae Dorotheae de Syenno, capitulo Cracoviensi perpetuo donavit et in iure terrestri reformavit et inscripsit; quilibet autem praedictae domus canonicus eam inhabitans, tenetur

pro die praefati anniversarii, quod undecima Martii pro anima praefati Jacobi de Konieczpolye et parentum suorum agetur singulis annis, duas marcas annui census canonicis Cracoviensibus sub poena excommunicationis solvere et dare.

Archidiaconatus Zawichostensis.

Habet et Cracoviensis ecclesia duos archidiaconatus rurales in se, per priscos nescio per quos episcopos Cracovienses, pro necessitate et utilitate dioecesis Cracoviensis institutos et fundatos, videlicet Zawichostensem et Lublinensem, quorum uterque in Cracoviensi installationem accipit ecclesia, habens tantummodo stallum, carens refectionibus et voce. Zawichostensis autem archidiaconatus ex duabus parochialibus ecclesiis et earum proventibus, quorum utriusque collatio ad episcopum Cracoviensem, videlicet ex ecclesia in Swyeczechow et ex ecclesia Sanctae Trinitatis in Zawichost fundatus est, qui infrascriptos habet proventus.

Popow, villa archidiaconatus Zawichostensis, et fundus eius, sub parochia ecclesiae de Swyeczechow sita, quae quondam erat proprietas et fundus dictae ecclesiae in Swyeczechow in sortem presbyteri, id est *pop*, a quo et Popow nomen accipit, collata. In qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu solvit fertonem, medietatem pro festo nativitatis Sanctae Mariae, et alteram medietatem pro festo Sancti Martini, item duos capones, item triginta ova. Item quilibet de laneo duos dies in hebdomada proprio curru aut aratro laborant, ducturas cmethones ad rationem dierum in septimana debitorum faciunt; item sunt ibi tres tabernae habentes agros, et tabernator quilibet solvit pro censu tres fertones, non laborant dies, sed torrent triticum et cerevisiam coquunt pro curia; item hortulaniae quatuor, et quilibet hortulanus unum diem pedester in septimana laborat; item habet praedium optimum et amplum, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam solus archidiaconus pro se tollit et in suum horreum ibidem in Popow inducit; item decimam villae eiusdem manipularem tam cmethones, quam tabernatores et hortulani solvunt archidiacono praedicto, et tenentur illam propriis curribus inducere in horreum archidiaconi et solvunt decimam canapi per sex ierugas et aestimatur valor eius ad decem marcas. Item habet lacum optimum et piscibus foecundum prope villam situm, de quo secum nemo participat, item omnes incolae villae praefatae, et quilibet eorum habens focum vel panem proprium comedens, tenetur de humulo pro curia dare annis singulis unum chorum humuli; item pratum Dąmbrowka speciale cmethones praeter diem secant, colligunt et conducunt cum hortulanis et tabernariis; item cmetho quilibet unum

currum lignorum pro festo Christi tenetur extraordinarie adducere. Confinatur cum villis: Sczepanow, Basszunya et Walowicze.

COMORZYN, villa sub parochia ecclesiae de Borow sita, cuius haeres Johannes de Cziszow, nobilis de domo Polukoza. In qua sunt septem lanei cmethonales, item duae tabernae, item hortulania tantummodo una, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praedicto, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Frequenter enim fluvius Visla iuxta quam sita est, agros et inundat et devorat. Item decimam, canapi solvit per quatuor ierugas alias *kythy*, item prope dictam villam Comorzyn est curia militaris, vocata communiter Falowicze, habens agros praediales largos et bonos, de quibus omnibus non archidiaconatui Zawichostensi, sed ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in Zawichosth solvitur decima manipularis et valor eius aestimatur ad duas marcas.

WYLCZYCZE, villa coniuncta et unita cum villa Bogatczin, sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita, cuius haeredes Zaklika et Jacobus de Myedzigorze, nobiles de armis Bippennium. In qua sunt viginti tres lanei cmethonales, de quibus non tamen omnibus, solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et incolae propriis curribus tenentur illam ducere in horreum ab archidiacono locandum, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item sunt ibi quatuor tabernae habentes agros, de quibus etiam solvitur decima archidiaconatui, inter istos autem viginti tres laneos cmethonales, sex lanei solvunt decimam manipularem ecclesiae in Jankowicze. Est etiam de prope praedium militare dictum Jankowicze, de cuius medietate percipit archidiaconus decimam, de altera vero ecclesia in Jankowicze.

Mutilata est autem decima praefata in notabili sui parte per Clementem Cholewa plebanum in Targowiska, qui pro aliquot laneis cmethonalibus, ex quibus dictus archidiaconus decimam manipularem ab antiquo percipiebat, Johannem de Modlnicza tunc archidiaconum Zawichostensem, in curiam romanam traxerat in causa, asserens agros huiusmodi fuisse militares, et per Andream contradictarum Johanne de Modlnicza negligente sententia obtenta, archidiaconatum praesentem de decima multorum agrorum cmethonalium spoliavit et ex possessione deiecit. Item non sunt ibi hortulaniae, item non est molendinum.

Archidiaconatus eiusdem decimae.

GARBOW, villa sub parochia ecclesiae de Gori sita, cuius haeredes Petrus Zawischius et Stephanus Farurey cum fratribus, nobilis de

domo Sulima. In qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Diversificatur autem decima praefata; nam omnes agri versus villam Gory, decimant ecclesiae parochiali in Gory, qui aestimantur ad novem laneos, et agri post curiam, qui dicuntur *przymiarki* et *klyni;* omnes autem agri versus villam Cziszow praeter aliquos nobilium, decimant archidiaconatui Zawichostensi, qui aestimantur ad viginti unum laneos. Item tabernae sunt ibi tres, et habent agros, de omnibus decimatur archidiaconatui Zawichostensi; item hortulaniae ibi etiam sunt duae, quae non habent agros proprios. Item praedia militaria ibi quinque, de quorum agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in superiori Gory videlicet: Johannis Farurey, Lucae de Slupcza, Joanni Oczynsky, Nicolai Ymram et Climyonthowsky.

Gory superior, villa, in qua est ecclesia parochialis lignea Sancti Viti, cuius haeres Johannes Glowaczowicz de Oleschnica, nobilis de domo Dambno. In qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item taberna ibi ad proprietatem ecclesiae in Gory pertinens, sed non habet agros, item hortulaniae duae habentes agros, solventes decimam manipularem ecclesiae in Gory; item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali ibidem in Gory, item ager plebanalis nulli obnoxius.

Gory inferior, villa sub parochia ecclesiae de superiori Gory sita, cuius haeredes sunt Johannes Langacz, nobilis de armis Druszyna, et Johannes filius Pelcze, nobilis de domo et familia Janina. In qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item tabernae non sunt, item molendinum non est, item hortulaniae non sunt; item praedia duo militaria, et de utroque solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Maiori Gory, et tertium praedium ecclesiae parochialis de Sdzechowicze, de quo etiam datur decima manipularis ecclesiae in Gory.

Rachow, villa sub parochia ecclesiae de Szwyeczechow sita, cuius proprietas pertinet pro una sorte ad Johannem de Cziszow, nobilem de domo Polukoza, et altera medietas ad Petrum et Nicolaum Rachowsky, nobiles de domo Bilina. In qua sunt quindecim lanei cmethonales,

de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis archidiaconatui praefato et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad tredecim, nonnunquam ad sedecim, et canapalis solvitur per sex ierugas. Item sunt ibi quinque lanei cmethonales, in agris militum locati, qui ecclesiae in Swyeczechow decimant, item taberna una habens agros speciales, item hortulaniae sex habentes agros, de quibus partim decima datur archidiaconatui, partim ecclesiae in Swyeczechow; item praedia duo militaria, de quibus ambobus decima ecclesiae in Swyeczechow solvitur.

Czyrnyn, villa sub parochia ecclesiae de Gory sita, cuius haeres Lucas de Slupcza, nobilis de domo Rawa pro una parte minori, et sanctimoniales Sancti Andreae pro maiori. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis archidiaconatui praefato et valor eius aestimatur ad septem marcas, et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum propriis curribus. Item Lucas de Slupcza habet ibi quatuor laneos, de quibus etiam solvitur decima manipularis archidiaconatui Zawichostensi, item tabernae duae, sed non habent agros, nisi praediales ex Garbow eis datos; item hortulaniae quatuor Lucae de Slupcza, item praedium ibi unicum coenobiale, de cuius agris nulli sanctimoniales solvunt decimam, sed eam pro se tollunt et in suum horreum inducunt.

Slupcza, villa sub parochia ecclesiae de Gory sita, cuius haeres idem Lucas de Slupcza, nobilis de domo Rawa. In qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae octo, non habentes agros, item molendinum unum, sed non habet agros, item hortulaniae tres non habentes agros, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Chrobrzany.

Lanka, villa sub parochia ecclesiae de Gory sita, cuius haeres Johannes Mikulowsky et Petrus de Mikulowicze, nobiles de domo Rawa. In qua sunt indistincti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Pro maiori autem parte fluvius Visla praefatam villam absorbuit. Item tabernae ibi non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium ibi unicum militare, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in Zawychosth.

Linow, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Trinitatis de Zawychosth sita, cuius haeres Johannes Linowsky, nobilis de domo et genere Rawitarum. In qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur

decima manipularis archidiaconatui praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item tabernae tres habentes agros, ex quibus archidiaconatui decimant; item hortulaniae quatuor habentes agros praediales, de quibus ecclesiae Sanctae Trinitatis decimant, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sanctae Trinitatis in Zawichosth.

LINOWSKA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Trinitatis de Zawichosth sita, cuius haeres idem Johannes Linowsky, nobilis de domo Rawa. In qua sunt novem cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad sex. Item taberna una habens agros praediales sibi largitos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae Sanctae Trinitatis in Zawichosth; item hortulaniae duae habentes agros praediales, de quibus decimatur ecclesiae Sanctae Trinitatis in Zawichosth, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sanctae Trinitatis in Zawichosth.

LANG, villa sub parochia ecclesiae de Swyeczechow sita, cuius haeredes Johannes de Cziszow et Jacobus Lanczky de Rawa. In qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praedicto, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item decima canapalis solvitur per sex ierugas; item tabernae ibi duae sunt habentes agros, et dant decimam in *gonythwam* archidiaconatui Zawichostensi; item hortulaniae duae sunt habentes agros, solvunt decimam manipularem archidiaconatui Zawichostensi; item praedium ibi unicum militare Jacobi Lanczsky, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Swyeczechow.

BYEDRZYCHOW, villa sub parochia ecclesiae de Slup sita, cuius haeres Johannes Zlydzey, nobilis de domo Lelywa. In qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et per incolas villae propriis curribus ducitur in horreum ab archidiacono locandum. Item tabernae, item hortulani, item praedia duo militaria, quae decimant ecclesiae parochiali in Sydlowyecz supra Kamyona; ibi pratum magnum quod vocatur Solczya, quod erat de proprietate ecclesiae parochialis de Swyeczechow, sed occupatum est per milites, et solvitur de eo media marca pro ecclesia in Swyeczechow. Item notandum, quod ius patronatus et collatio ecclesiae parochialis Sanctae Trinitatis in Zawichosth pertinet ad praedictum archidiaconatum, et

Zawichostensis archidiaconus pro tempore est unicus dictae ecclesiae Sanctae Trinitatis collator; asserunt, quod et collatio ecclesiae in Swyeczachow ad dictum archidiaconatum pertineat, sed episcopi Cracovienses ius conferendi dictam ecclesiam sibi vendicarunt.

Archidiaconatus Lublinensis.

Archidiaconatus Lublinensis ex ecclesia parochiali in Lublin creatus, tempore Casimiri Secundi regis Poloniae, et per episcopum Cracoviensem de mensa episcopali Cracoviensi decimis dotatus, ad cuius etiam collationem, provisionem, ordinationem et quamlibet dispositionem praefatus archidiaconatus pertinet, et dignoscitur pertinere pleno iure; et cum ecclesia parochialis in Lublin habuisset in dote sua et in iure unam plateam integram inter ecclesiam parochialem et monasterium S. Stanislai ordinis praedicatorum sitam, praefatus Casimirus rex civitatem Lublin, pleno iure sibi vendicaturus, et archidiacono Lublinensi pro huiusmodi platea plenam satisfactionem impensurus, villam suam regiam dictam Dzesząthe supra fluvium Jablona, et vix medium miliare ab oppido Lublin distantem, sitam, donatione perpetua et irrevocabili cum pleno iure, nihil sibi reservando cambivit, permutavit et inscripsit; de quo etsi efficax privilegium sub sigillo suae maiestatis habebatur, casu tamen fortuito vel suppressum est, vel deperditum; erant tamen sub aetate mea plures viri, qui huiusmodi cambitionem, permutationem et inscriptionem testabantur, incolebant autem villam praefatam Dzesząthe falconistae regii, dum regia foret, sed in sortem archidiaconatus translata, falconistis amotis colonia aratorum facta est.

Dzesząthe, villa sub parochia ecclesiae de Lublin sita ad fluvium Jablona, fundus est archidiaconatus Lublinensis, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo in festo Sancti Martini mediam marcam; item quilibet de laneo in agris hyemalibus per eos arandis, arpicandis et more proprio disponendis, tenetur quatuor choros mensurae Lublinensis aequalis, de siligine ex curia archidiaconi praestanda, et in agris aestivalibus de avena, quam quilibet eis solvere tenetur propria, seminare, metere et acervis dispositis in horreum conducere. Item omnia prata curiae tenentur falcastrare, rastrare, colligere et acervis etiam dispositis in horreum conducere; item quolibet die Sabbatho in qualibet septimana tenetur quilibet de laneo ex sylvis propriis archidiaconatus, aut alienis, adducere unum currum lignorum. Item quilibet de laneo solvit triginta ova, duos capones, duos caseos; item ducturas faciunt quaslibet necessarias pro archidiacono in civitatem Lublin, et ex civitate in villam quilibet per se proprio curru. Item ad seminandum agros hyemales siligine, si in curia siligo deest, tenentur in

horreo quolibet, aut decima eis per archidiaconum demonstrando, siliginem de quatuor choris triturare et in Dzesząthe adducere. Item est taberna habens agros, et solvit unam sexagenam, et ad reformationem molendini et aggeris tenetur, item duo hortulani, non habentes agros, non solvunt censum, sed laborant labores singulos eis iniungendos; item est piscina optima in flumine Jablona, habens molendinum optimum, de quo solvuntur metretae more proprie de universo grano, huius piscinae aggerem tenentur cmethones et tabernator a violentia aquae custodire, quoties inundatio ingruerit, die ac nocte et in qualibet necessitate ad aedificandum molendinum et eius rotas et singula necessaria, robora et ligna toties, quoties opus est adducere, sagenam in piscinam trahere, item habet proprias mericas.

Item omnes cmethones et tabernator de omnibus solvunt decimam manipularem archidiaconatui et ducunt eam propriis curribus in horreum in Dzesząthe, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; de agris etiam praedialibus nulli tenetur ad decimandum, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit, non tenentur ad decimam canapi.

Item villa praefata confinat cum villis Abramowicze, cum qua sunt limites et scopuli iam sippati; item cum Wrothkowicze regia, item cum praedio Lublinensis advocati Brunowicze, item cum Swydnyk etiam regia, inter quas non sunt scopuli neque limitationes.

Suburbium utrumque Lublinense versus Dlothlicze post piscinam, et versus ecclesiam Beatae Virginis sub parochia Lublinensi, in qua etsi sunt plures lanei, de triginta tamen laneis et uno tantummodo archidiaconus percipit decimam manipularem, quam proprio curru inducit in horreum, cuius valor extendit se ad decem marcas, non tenentur ad decimam canapi. Item ex aliis laneis eiusdem suburbii post viam, quae ducit in Jakubowicze Koninsky, percipit decimam manipularem abbas et monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis; item ex aliis laneis, videlicet decem et octo eiusdem suburbii, percipit decimam manipularem ecclesia parochialis et plebanus Lublinensis, ex aliis autem undecim laneis supra fluvium Bystrzyca sitis, decimam pecunialem percipit episcopus Cracoviensis et mensa eius per . . .

Oszmolycze, villa sub parochia ecclesiae de Krząsznycza, cuius haeres Nicolaus de Prawydlnyky iudex Lublinensis, nobilis de armis Buncza. In qua sunt viginti septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et propriis curribus ducitur in horreum per archidiaconum locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; non tenentur ad decimam canapi. Item tabernae quinque, item hortulaniae non habent agros, item molendinum est ibi, sed non habet agros aliquos; item est ibi curia militaris una, habens praedium, ex cuius agris percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia in Krąsznycza Jaroszky;

item scultetus habens quatuor laneos et unam tabernam habentem agros, de quibus omnibus percipit decimam manipularem ecclesia in Krąsnycza.

Czechow, villa sub parochia ecclesiae de Lublin, cuius haeres Skarbek Pywko de Zastąpow, nobilis de domo Habdank. In qua sunt viginti minus medio lanei cmethonales; diversificatur autem decima villae, nam de decem laneis percipit archidiaconus Lublinensis, de novem vero et medio laneis plebanus Lublinensis; et valor decimae pro archidiacono aestimatur ad septem marcas, non tenentur ad decimam canapi, item tabernae non sunt ibi aliquae, item hortulaniae tres, sed non habent agros; item molendinum est sed non habet agros, item est ibi curia militaris una, ex cuius agris percipit decimam manipularem plebanus et ecclesia Lublinensis.

Palykygye, villa sub parochia ecclesiae de Woyczechow sita, cuius haeres Sbigneus Sczekoczsky, nobilis de armis Odrowansch. In qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato et valor eius aestimatur ad decem marcas, non tenentur ad decimam canapi; item sunt ibi lanei triginta praeter laneos praefatos, de quibus decima pecunialis solvitur pro mensa et episcopo Cracoviensi per sex scottos de laneo, item est ibi curia militaris, quam locavit modernus haeres, quae alias nunquam fuit, et ex agris cmethonalibus, de quibus decima pecunialis episcopo solvebatur, constituit praedium, de quo tenetur mensae episcopali ad decimae solutionem, qui aestimantur ad quatuor cum medio laneos; item est ibi scoltetus, qui de quatuor laneis solvit decimam manipularem ecclesiae de Woyciechow, item alius haeres Metelsky, qui de duobus et medio laneis solvit decimam episcopo Cracoviensi, et de dimidio altero ecclesiae in Woyciechow; item duae tabernae, quae solvunt episcopo, item una hortulania, sed non habet agros.

Dambrowycza, villa sub parochia ecclesiae de Lublin sita, cuius haeres Petrus Fyrley, nobilis de armis Lewarthy. In qua diversificatur decima manipularis, nam ex laneis sedecim percipit archidiaconatus pro duabus partibus camporum, et valor eius aestimatur ad septem marcas; ex laneis autem eisdem sexdecim percipit plebanus Meglinensis, alias de Meglew; non tenentur ad decimam canapi. Item taberna non habet agros, item molendinum habens agros, decimat archidiaconatui, et pro tertia parte camporum versus Konopniczam; item hortulaniae non sunt, item est ibi una curia militaris, ex cuius agris praedialibus decimam manipularem percipit plebanus et ecclesia in Lublin.

Czeczerzyn, villa sub parochia ecclesiae de Lublin, cuius haeres Groth, nobilis de armis Rawitarum. In qua decima manipularis non diversificatur, sed post omnes laneos cmethonales, qui sunt quatuordecim, item post omnes tabernas, et hortulanias et agros molendini, item post omnes agros

praediales et curiae, nihil excipiendo, percipit illam archidiaconus Lublinensis, et ducitur per incolas propriis curribus in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad viginti marcas; non tenentur ad decimam canapi.

Slawyn, villa sub parochia ecclesiae de Lublin sita, cuius haeres Nicolaus Dzyk, nobilis de armis Dolywa. In qua sunt octo lanei cmethonales in una parte, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato, et ducitur propriis curribus in horreum et valor eius aestimatur ad sex marcas; item praedium unum militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Lublin; ex alia autem parte villae, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis in Meglew ecclesiae parochiali.

Slawynska Wolya, villa sub parochia de Lublin sita, cuius haeres Nicolaus Dzyk, nobilis de armis Dolywa. In qua sunt lanei cmethonales viginti duo, de quibus solvitur decima manipularis archidiaconatui praefato Lublinensi, et ducitur in horreum archidiaconi a cmethonibus, et hi sunt in una medietate villae post flumen Mothiczka. Item non est ibi aliquod praedium militare, neque tabernae, neque hortulaniae aliquae, item valor decimae manipularis pro archidiacono aestimatur ad quindecim marcas; item post laneos alterius medietatis villae, sitos citra fluvium Mothyczka, qui aestimatur ad decem laneos, percipit illam plebanus de Meglew et sua ecclesia parochialis.

Item archidiaconatus praedictus Lublinensis habet stallum in ecclesia maiori Cracoviensi, et incedit in ea ad instar aliorum canonicorum superpellicitatus et almuciatus, et quilibet novus archidiaconus in ea recipitur et installatur, et omnia iura installationis et receptionis ecclesiae Cracoviensi solvit; non habet tamen vocem in capitulo, neque participat in refectionibus neque in villis praestimoniarum.

Item archidiaconus praedictus Lublinensis perpetuam domum bene aedificatam ex lignis habet et aream in oppido Lublinensi, contiguam a parte meridionali cimenterio et propinquam muro civitatis, super quam habetur privilegium regium Casimiri tertii Poloniae regis.

Plonyschowycze, villa sub parochia ecclesiae Lublinensis sita, cuius haeres Petrus Firley iudex Lublinensis, nobilis de armis et familia Leopardorum. In qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima pecunialis archidiaconatui Lublinensi, de quolibet laneo per sex grossos, et proveniunt annis singulis pro decima quinque marcae. Item non solvunt decimam canapalem, item non sunt in eadem villa tabernae aliquae, item non sunt hortulaniae, item non est praedium aliquod militare in villa eadem.

Praebenda prima Sanctae Mariae Egiptiacae.

Prima praebenda Sanctae Mariae Egyptiacae in castro superiori Cracoviensi, sita est in ecclesia speciali, quam Casimirus Secundus Poloniae rex fabricavit, quae quo tempore, aut per quem fundata et dotata fuerit, investigare non potui, nam et privilegium fundationis et dotationis, et memoria super his non extat; ius praesentandi tamen, et collationem praebendae praefatae habent praepositus et sanctimoniales monasterii ordinis de Zwyerzynyecz praemonstratensis, et in eius existunt possessione, ex quo praesumitur, quod per illos sit fundata et dotata; habet autem praefata praebenda pro sua dote duas decimas manipulares infrascriptas.

Modlnicza minor, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Modlnicza sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum et sanctimoniales monasterii praefati de Zwyerzynyecz. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima et conducitur propriis curribus in horreum a praebendario locandum, et etiam canapalis per duas iuncturas. Item est ibi praedium coenobiale habens agros speciales, de quibus etiam manipularis decima solvitur pro praebenda et valor aestimatur eius ad sex marcas, aliquando ad octo marcas.

Bibicze, villa sub parochia ecclesiae de Zyelonky sita, in qua duae tabernae, quinque hortulaniae, habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro praebenda praefata et valor eius aestimatur ad duas marcas; item est ibi praedium coenobiale et scoltetia, de quorum agris solvitur decima manipularis plebano in Zyelonky; cmethones autem omnes solvunt grano decimam, alias maldratas monasterio in Zwyerzynyecz, de quolibet laneo et grano quatuor mensuras aequales tritici, siliginis et avenae. Item praebendarius ipse tenetur singulis septimanis ad duas missas legendas, unam pro peccatis aliam pro defunctis.

Item praebenda praefata taxata est . . . . . .

Praebenda secunda Sanctae Mariae Egiptiacae.

Secunda praebenda S. Mariae Egiptiacae in castro superiori Cracoviensi sita, habet specialem ecclesiam testitudinatam, per Casimirum secundum Poloniae regem, fabricatam. Haec autem praebenda per Helisabeth, relictam Caroli Hungariae regis, et genitricem Ludovici Hungariae et Poloniae regis, filiam Vladislai, et sororem Casimiri Secundi Poloniae regum, a. D. 1377. feria sexta infra octavas Epiphaniae fundata est, et viginti marcis latorum grossorum numeri Polonicalis ex zuppis Bochnensibus annis singulis percipiendis dotata, ea conditione, ut quilibet illam assecutus, si sacerdos

non fuerit, teneatur se a die assecutionis infra annum in sacerdotem promovere, et facere circa praebendam praefatam residentiam personalem, quemadmodum in privilegio fundationis et dotationis praefatae Helisabeth reginae, quod Ludovicus Poloniae et Hungariae rex confirmavit, plenius continetur; quorum utrumque in regio aerario Cracoviae conservatur, et praebendae huiusmodi Poloniae rex unicus est collator.

Onera autem praebendae praefatae sunt duae missae, quas praebendarius praefatae huiusmodi tenetur singulis septimanis per se vel per alium explere; unam videlicet pro fundatoribus regibus Poloniae, alteram pro regibus Poloniae mortuis, vivis, et morituris et omnibus aliis fidelibus defunctis.

Item praebenda praefata taxata est . . . . . .

Praebenda SS. Felicis et Adaucti in castro Cracoviensi.

Praebenda haec Sanctorum Felicis et Adaucti in area Cracoviensi sita est, habens ecclesiam specialem rotundam et altam, prisco et veteri more ex lapide fabrefactam, idolis quondam, priusquam Poloni ad christianitatis iura conversi forent, dicatam. Cuius memoriam et fabricam Casimirus Secundus Poloniae rex, castrum Cracoviense a fundamentis initians, posteris reservare voluit, et in qua praefatam praebendam fundavit, eique in dotem perpetuam contulit proventus infrascriptos, fundationis tamen et dotationis privilegium, si quod erat, investigare non potui, praebendae autem huiusmodi unicus patronus est Poloniae rex illustrissimus.

Nigra villa et Niger vicus, sub parochia ecclesiae Sancti Stephani in Cracovia sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In qua sunt horti, quorum quilibet pro annuo censu solvit praebendario praebendae praefatae, in quibuslibet quatuor temporibus, et provenit de huiusmodi hortis in summa pro praebendario una sexagena pro festo S. Martini solvenda pro praebenda praefata. Item pro custodia Cracoviensi alii horti, solvendo pro quibuslibet quatuor temporibus tres fertones pro decima, dant in summa duas marcas et unum fertonem. Plebanus S. Stephani tantummodo habet columbationem et denarium S. Petri.

Lyobszow, villa antiqua et nova, sub parochia ecclesiae S. Stephani in Cracovia sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem dominum Casimirum Poloniae regem pertinet. In qua sunt duodecim lanei cmethonales, vel potius horti; item hortulaniae, item praedium regale habens speciales agros; de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praebenda praefata, et tenentur illam incolae villae propriis curribus ducere in horreum a praebendario locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, item decimam canapi non solvunt.

Biskupicze. villa sub parochia ecclesiae de oppido Czchow sita; quae quondam regia erat, nunc militaris, in qua est praedium unicum regium olim, nunc militare, de cuius agris et nonnullis sortibus, quas cmethones villae colunt, et quae quondam erant curiales, solvitur decima manipularis praebendae praefatae et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Expensa et mensa. Habet et praefatus praebendarius quotidianam mensam et expensam pro se et suo ministro ex fisco regio, quam sibi procurator generalis Cracoviensis pro tempore tenetur, diebus singulis dando prandium et coenam pro duabus personis: item quatuor candelas de sepo, item panes et cerevisiae amphoram pro collatione ministrare.

Officiatur autem ecclesia et praebenda praefata tribus missis, quas praebendarius praebendae praefatae hebdomadis singulis per se, vel per alium tenetur implere, videlicet una pro peccatis, secunda pro defunctis, tertia de Beata Maria Virgine.

Non solum autem dignitatibus, praebendis et vicariis, sed et altariis in honorem et titulum omnipotentis Dei et sanctorum eius, per reges, principes, pontifices, proceres, virosque ecclesiasticos et saeculares zelum Dei habentes, fundatorum et dotatorum Cracoviensis ecclesia insignita et nobilitata est; de quibus et eorum proventibus, oneribus, titulis atque conditionibus, pro fundatorum memoria et subsistentia dotationum, scripturam confecimus praesentem.

Altare Sanctorum Gervasii et Protasii.

Primarium et inter omnia Cracoviensis ecclesiae altaria praecipuum altare Sanctorum Gervasii et Protasii censeo, et vetustate fundationis, et nobilitate causae, et dotationis ubertate, et ideo id in capite omnium altarium posui. Anno enim nativitatis redemptoris nostri 1205. per principes illustres Boleslaum Pudicum, Cracoviensem et Sandomiriensem, et Conradum Mazoviae duces, filios Leschonis Albi, regni Poloniae monarchae, propter famosam et insignem victoriam de Romano, potenti Ruthenorum et Vladimiriensi duce, ac suo exercitu, per praefatos duces Boleslaum et Conradum circa Zawichost in die Sanctorum Gervasii et Prothasii obtentam, fundatum est, et notabili dote in decimis, domibus, lacubus, piscinis, caeterisque introitibus insignitum, sed his fere omnibus eo eventu mutilatum; tenebant enim altare huiusmodi propter illius ventrositatem, cum scholastria

et praebendis Cracoviensibus plures cardinales, collectores et nuntii seu legati apostolici annis multis, quibus obeuntibus, praefati altaris et scholastriae ac praebendarum Cracoviensium confusi erant proventus, nec poterat dignosci, quae decimae, quae domus, qui introitus ad altare, et qui ad praebendam aut scholastriam pertinebant, sub hac itaque introituum confusione scholastria et nonnullae praebendae Cracovienses, ex altari huiusmodi incrassatae sunt per potentiores acceptandae; altare vero desolatum est, et datum in exterminium propter carentiam et privilegii fundationis deperditionem, sola illi domuncula murata in platea legatorum, tecto etiam a multis annis usque ad murorum ruinam vacua, domui capitulari, quam Arnoldus Gallicus scholasticus Cracoviensis muravit in censum annuum in ea magistro scholae castri Cracoviensis reliquit, contiguam, relicta est, et unus locus in postico murorum domorum canonicalium situs, quem consules Cracovienses nituntur facere iuris sui, lacu ipso a Vladislao secundo et Vladislao tertio, Poloniae regibus, quasi regii et non ecclesiastici iuris foret impetrato, occulendo impetrationem huiusmodi annis multis, donec veniret in oblivionem et praescriptionem, Johannes tandem Dlugosch senior et Johannes iunior Dlugosch, canonici Cracovienses, sortem miserabilem altaris praefati miserati, data domo murata secunda ab acie in parte laeva, de castro eundo, in perpetuum consistorii Cracoviensis domicilium, obtinuerunt per Thomam episcopum Cracoviensem decimam manipularem mensae episcopalis in Strosza, villa prope Krzydlna sita adiici, et ius patronatus altaris praedicti sibi et stirpi, ac domui suae Wieniawae, ratificante consensu capituli Cracoviensis super quo sufficientes habentur litterae, perpetuo conferri; in cuius possessione annis iam pluribus constituti domunculam altaris praefati procurarunt ad integrum reparari. Altare praefatum tenet nunc Nicolaus de Radlow, praepositus Tarnoviensis. Item altare praefatum habet lacum bonum in postico domorum canonicalium, partis sinistrae eundo de castro, item habet domum muratam in platea legati bene aedificatam, quae pro arenda potest solvere decem marcas; item habet decimam praedialem in Slawosschow, villa, quae habet parochiam in se, cuius haeres Janussius Dlugosch; item habet decimam manipularem in Strosza, villa sub parochia ecclesiae de Krzydlna sita, cuius haeredes Raphael et Ratholdus, nobiles de domo Szarza, in qua sunt sex lanei cmethonales in parte, et in Ratholdi, item Raphaelis sunt duodecim cmethones, in altera medietate et sorte, item taberna una habentes agros; de quibus omnibus decima manipularis solvitur pro altari praedicto, et tenentur illam cmethones ducere in horreum ab altarista eligendum et aestimatur valor eius ad octo marcas, et solvunt decimam canapi altaristae per duas ligaturas. Item in eadem villa est unus laneus, qui quondam fuit scolteti, item taberna et molendinum, etiam scolteti, de

quibus datur decima manipularis ecclesiae in Krzydlna; item hortulani ibi non sunt.

Item altare praefatum oneratum est ad tres missas; unam pro peccatis et duas pro defunctis omnium fidelium defunctorum, et signanter Johannis senioris et Johannis iunioris Dlugosch, canonicorum Cracoviensium et suorum praedecessorum.

Altare Sanctae Margaritae monoculum.

Cuius episcopus Cracoviensis pro tempore unicus est collator et patronus, altare S. Margarethae situm in ecclesia Cracoviensi, habens capellam propriam ante sacristiam, quod Nankerus episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Oxa, in favorem infirmorum leprosorum, in Cracovia residentium, de bonis mensae episcopalis sub titulo S. Margarethae virginis, aedificata ex muro capella a. D. 1322. fundavit, dotavit et erexit, iuxta privilegium eiusdem Nankeri episcopi, quod habetur in aerario Cracoviensi, habet pro fundo villam mensae episcopalis Pyeczenegy, una cum decima manipulari et omnibus fructibus et utilitatibus villae eiusdem; item decimas manipulares mensae episcopalis in villis: Biskupicze, Jawczicze prope Wyelyczkam, et in Czyanowycze prope Smarszowycze. Altare praefatum tenet nunc Stanislaus Swyradzsky, nobilis de domo Zabawa.

Notandum autem, quod villa Pyeczyenyegy pro fundo praefato altari data, non vocatur nunc Pyeczyenyagi, sed veteri nomine abrogato et penitus abolito, vocatur et nominatur Biskupicze, quae sub parochia ecclesiae de Gywanowicze, et prope fluvium Dlubnya sita est, quae habet tredecim laneos cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unam marcam, duos dies aequaliter in septimana per totum annum proprio curru aut aratro laborat, duos gallos et ova viginti solvit; tenentur etiam cmethones facere ducturas, sed ad rationem dierum in septimana debitorum, non solvunt avenam seu *osep*, neque caseos. Item est in eadem villa taberna habens agros, quae pro annuo censu solvit duas sexagenas, quatuor habet hortulanias, item unus hortulanus habens agros, qui pro censu solvit unum fertonem et unum diem pedester in septimana laborat; item est molendinum in flumine Dlubnia, carens agris, quod pro annuo censu solvit tres marcas, item omnes cmethonales agri et tabernae et hortulaniae solvunt decimam manipularem altari praedicto et ducunt eam propriis curribus in horreum ibidem in Biskupicze et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad sedecim marcas; item in villa eadem est curia altaristae bene aedificata, habens agros bonos praediales, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed eam pro se altarista recipit, item

cmethones et omnes incolae villae et eorum inquilini tenentur ad duplicem *powabam* in anno, aestivalem et hyemalem. Item confinat villa praefata cum villis Gywanowicze et strata in Slumpniky ducens et fossatum dividit; item cum Sulkowicze et Przybyslawicze et fossatum atque virgulta dividunt; item cum Minoga et scopulus magnus unus dividit; item cum Lyesszewyecz ubi strata et scopuli; item cum Szeczechowicze et Przestansko, ubi strata Miechoviensis et in aliquibus locis virgulta et fluvius Dlubnia villas praefatas disterminant.

Biskupicze, villa prope Wieliczkam sita, habens ecclesiam parochialem, cuius proprietas pertinet ad episcopum Cracoviensem; in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales cum medio, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari praefato et per cmethones ducitur in horreum ab altarista eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad sex marcas. Item in eadem villa est praedium episcopale et taberna, de quorum agris solvitur decima pro plebano in ibidem.

Jawczycze, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius haeres ratione uxoris Zawissius de Borzyschowicze, de domo Rosarum. In qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, item una taberna et quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur in horreum altaristae et aestimatur valor eius ad sex marcas. Est ibi curia militaris, cuius praedium solvit decimam manipularem pro plebano et ecclesia in Biskupicze tanquam parochiali.

Czyianowicze, villa sub parochia ecclesiae de Smarszowycze sita, cuius haeres Paulus Czyanowsky, nobilis de domo Prussorum. In qua duo lanei tantummodo cmethonales et sex hortulaniae, cunctos nobiles sensim pro suis praediis occuparunt, et abstracta decima ab altari praefato dissimulantibus altaristis, coeperunt eam dare ecclesiae parochiali in Smarszowicze; una enim quondam militaris curia erat, nunc vero quatuor; et aestimatur decima praefata ad decem marcas.

Item altare praedictum oneratum est privilegio fundationis ad septem missas in hebdomada ita, quod altarista actu existens sacerdos nullum aliud beneficium habens, et continuam ac personalem residentiam circa capellam faciens, officiare tenetur dictum altare missis die dominica de S. Trinitate, secunda pro defunctis, tertia pro peccatis, quarta de Beata Margaretha, quinta de S. Stanislao, sexta feriis de S. Cruce, sabbatho vero die de Beata Maria Virgine, salva tamen corporis valetudine et mentis devotione.

Altare Sancti Johannis Baptistae.

Altare S. Johannis Baptistae habens propriam capellam in ecclesia Cracoviensi versus meridiem positam, cuius episcopus Cracoviensis pro tempore unicus est collator et patronus, a quo et per quem et quo anno fundatum sit, propter deperditionem privilegii non invenio, habet reditus et proventus infrascriptos.

Primo habet pro fundo allodium sive praedium in Damianycze, villa sub parochia ecclesiae de Gywanowicze, cum agris, pratis et aliis utilitatibus eidem ex antiquo annexis, ab omnibus servitiis, angariis et contributionibus regalibus, et cuiuscunque alterium, semper liberum et solutum. Quod quidem praedium hodie tenet in arenda Johannes haeres in Damianicze, nobilis de domo .... ex contractu, sive conventione cum altarista facta, ad beneplacitum altaristae et suum, et solvit quatuor marcas de eodem praedio annuatim altaristae, decimam etiam manipularem ex eodem praedio provenientem et proventuram.

Item praefatum altare habet unam manipularem decimam in Gosthcza, villa praestimoniali capituli Cracoviensis, in qua habetur ecclesia parochialis, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis absque diminutione pro altari praefato et per cmethones ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae praefatae aestimatur ad decem et octo marcas. Est etiam in eadem villa curia capitularis habens agros praediales, item duae tabernae habentes agros, quarum una sita est in villa, altera in strata publica, de quibus omnibus decima solvitur plebano in Gosthcza. Magister insuper Jacobus Zaborowsky, decretorum doctor canonicus Cracoviensis, existens tunc praefatae villae Gosthcza rector, ademit quosdam agros cmethonales a duobus cmethonibus, et illos in usum prati convertit, cmethonibus vero in recompensam de agris praedialibus alios agros dedit, ex quibus decima manipularis datur plebano et ecclesiae in Gosthcza, in damnum et praeiudicium altaris praedicti.

Item altare praedictum oneratum est ad tres missas legendas, unam de Beata Virgine, alteram pro peccatis, tertiam pro anima sacerdotis et defunctorum; item oneratum est per privilegium Sbignei, cardinalis et episcopi Cracoviensis, ad solvendum unam marcam anno quolibet vicariis ratione cantus sequentiae inter natos mulierum, quem faciunt in octava Sancti Joannis Baptistae non ratione altaris, sed ratione decimarum praedicatoriae annexarum; item praedictum altare per felicis memoriae Sbigneum de Oleschnica, tituli Sanctae Priscae presbyterum, cardinalem et episcopum

Cracoviensem, incorporatum est pro praedicatore ordinario in ecclesia Cracoviensi, quam nunc tenet magister Johannes de Slupcza, theologiae professor.

Altare Sancti Johannis apostoli et evangelistae.

Altare S. Joannis apostoii et evangelistae in ecclesia Cracoviensi situm, habet capellam propriam, versus orientem in angulo inter capellam S. Thomae Cantuariensis ab una, et capellam S. Joannis Baptistae partibus ab altera sitam, cuius unicus collator et patronus pro tempore est episcopus Cracoviensis, a Johanne Grothonis episcopo Cracoviensi fundatum est et dotatum a. D. 1344.; habet proventus et reditus infrascriptos. Et inprimis decimam manipularem post totam villam Zakrzow, praeter agros praediales; item medietatem decimae in villa praedii Bathowicze, et agros praediales tres in suburbio Casimiriensi. Capellam autem praedictam praefatus Johannis Grothonis de Slupcza episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Rawitarum, a primis fundamentis inicians fundavit; et super his omnibus habetur privilegium in ecclesia Cracoviensi praefati episcopi duorum altarium, videlicet praesentis et Sanctae Marthae fundationem continens, atque dotem. Possessor nunc illius Sandivogius de Thanczyn.

Zakrzow, villa sub parochia ecclesiae de Bodzanow sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium ordinis Sancti Benedicti in Stanyantky. In qua sunt novem cum medio lanei cmethonales, item tres hortulaniae, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista constituendum, et solvunt decimam canapi de laneo per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad sedecim marcas; item in eadem villa est praedium coenobiale habens proprios agros, de quibus decimam non dat alicui, sed illam pro se tollit et in suum horreum inducit; item molendinum habens agros, de quibus etiam decimam manipularem solvit altaristae.

Bathowicze, villa sub parochia ecclesiae de Racziborowicze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Cracoviensem pro tempore, in quo est praedium episcopale, de quo decima manipularis solvitur, et illius medietatem percipit altarista altaris praesentis et aestimatur valor eius ad duas marcas; alteram autem medietatem percipit altarista altaris Sanctae Marthae, cuius etiam valor aestimatur ad duas marcas, post agros autem cmethonum eiusdem villae percipit decimam manipularem praebenda Cracoviensis, quae Wangrzeczska dicitur.

Tria praedia in suburbio Casimiriensi, quae communiter apellantur Wolfarky, sub parochia ecclesiae S. Jacobi in Casimiria sita, habentes

agros et hortos ad tres laneos aestimatos, et tres incolae in eis resident, quorum quilibet solvit unam marcam communis, non solvunt avenam, neque caseos, neque gallos, neque ova, non laborant dies in septimana, neque faciunt ducturas, item habet altarista prata domibus eorum et agris propinqua, quae tenentur praefati tres coloni falcastrare, rastrare, conducere et ad conservandum foenum acervos ex propria materia facere. Item altarista alia prata in latere villae Zakrzow habuit, eisdem praediis contigua, quae altarista tenetur disponere suis sumptibus et arendantur huiusmodi prata pro tribus marcis annuatim.

Onera autem altaris in privilegio descripta sunt haec, ut altarista, si non sit actu presbyter, post adeptionem altaris, infra annum teneatur in sacerdotem promoveri, residentiam personalem facturus circa altare, nisi secum per episcopum Cracoviensem fuerit dispensatum; item tenetur altare praefatum per se vel alium, sex missis officiare, videlicet feria secunda pro defunctis, feria quarta de S. Nicolao confessore, feria quinta de S. Spiritu, feria sexta de Sancta Cruce, sabbatho de S. Joanne Evangelista, die dominica de S. Trinitate et dominica occurrente, nisi festa duplicia in praedictis diebus occurrant, sub poena excommunicationis.

Altare Sanctae Marthae.

Altare S. Marthae in Cracoviensi ecclesia non habet capellam propriam, sed in capella S. Joannis Evangelistae versus orientem angulo sita, locatum est, quod per Cracoviensem fundatum pontificem Johannem Grothonis et dotatum est de bonis mensae episcopatus Cracoviensis a. D. 1344., provisionis etiam illius et patronatus ius ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet; ex quo satis praesumi, et verisimiliter credi potest, quod de bonis mensae episcopalis et per episcopum Cracoviensem fundatum et dotatum sit, proventus autem illius, qui ei fuere collati in dotem, et in quorum possessione pacifica hactenus est et fuit, inferius describuntur, super quibus etiam habetur privilegium in ecclesia Cracoviensi duorum altarium, videlicet praesentis et S. Joannis Evangelistae, in una capella per ipsum Johannem Grothonis murata, continens dotem et fundum.

Wolfarky, villa ante Casimiriense oppidum sub parochia ecclesiae S. Jacobi apostoli in Casimiria sita, in qua sunt tres cmethones, qui tres laneos agrorum habere existimantur, et prata, quorum quilibet pro censu annuo solvit altari praefato pro festo S. Martini unam marcam. Item sunt ibi tria specialia prata ad altaristam, non ad cmethones pertinentia, non solvunt avenam, neque caseos, neque gallos, neque ova, non laborant dies in septimana, neque faciunt ducturas; item decima manipularis de tribus agris

praefatis pertinet ad altaristam altaris praesentis, et ducunt eam agricolae in horreum ab altarista locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Prata autem magis propinqua villae, praefati coloni tenentur falcastrare, rastrare, et acervis dispositis conducere, alia autem prata altarista suis sumptibus disponit.

Sczepanowicze, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyecz sita, cuius haeres Johannes Amor Tarnowsky, de domo Lelywa. In qua sunt octo lanei cmethonales, item tabernae duae, item hortulaniae tres, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae ad decem marcas; item est ibi praedium militare, de quo praedio solvitur decima manipularis diverse; nam pro maiori parte et fere de omnibus campis solvitur altari Assumptionis Sanctae Mariae in ecclesia cathedrali Cracoviensi, quod Casimirus Secundus Poloniae rex, cuius tunc erat villa, fundavit, de parte vero modica solvitur cantoriae Tarnoviensi per abstractionem.

Bathowicze, villa episcopatus Cracoviensis sub parochia ecclesiae de Racziborowycze sita, in qua est praedium episcopale habens agros speciales, de quorum medietate datur decima manipularis altari praefato S. Marthae et aestimatur valor eius ad duas marcas; de altera vero medietate solvitur altari et altaristae S. Joannis evangelistae et apostoli, cuius etiam valor aestimatur ad duas marcas; post agros autem cmethonum percipit eam praebenda Cracoviensis, quae appellatur Wangrzeczska.

Onera autem altaris in privilegio descripta sunt haec, ut altarista, si non sit actu presbyter, post adeptionem altaris infra annum teneatur in sacerdotem promoveri, residentiam personalem facturus circa altare nisi secum per episcopum Cracoviensem fuerit dispensatum; item tenetur altare praefatum per se vel alium sex missis officiare, videlicet feria quinta de S. Stanislao, feria sexta iterum pro defunctis, sabbatho de Beata Maria Virgine, die dominica de Sancta Trinitate et dominica occurrente, nisi festa duplicia in praedictis diebus occurrant, sub poena excommunicationis.

Altare Sancti Thomae Apostoli.

Altare Sancti Thomae apostoli situm in ecclesia Cracoviensi, habens capellam propriam versus occidentem sitam, cuius episcopus Cracoviensis pro tempore unicus est collator et patronus, quod nunc Johannes Hosz de Cracovia obtinet; habet pro dotis suae fundo villae Boszuthow, quae sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze sita est, medietatem; in qua

curia altaristae bonis aedificiis constructa est, habens agros praediales, pomeria et prata, de quibus praedialibus agris altarista nulli decimat, sed libere tollit decimam pro se, et eam in suum horreum inducit. Item habet in villae eiusdem medietate tres laneos cmethonales, quorum unus solvit unam sexagenam, duo alii per unam marcam pro annuo censu, item quilibet de laneo laborat duos dies in septimana per totum annum proprio curru aut aratro; item ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum, item de laneo solvunt duos capones et triginta ova, item non solvunt avenam neque caseos. Item in eadem medietate villae sunt tres hortulani, quorum unus solvit unum fertonem, secundus penes piscinam unam marcam, tertius vicinus eius solvit quatuordecim grossos pro annuo censu, et laborant omnes unum diem pedestri labore in septimana, item taberna non est ibi, sed potest constitui; item habet duas piscinas, sed non habet molendinum, item hortulani habent agros proprios, largitos eis ex agris curialibus, qui vocantur *iutrzyny*, et de illis decimam manipularem solvunt altari praefato, et tenentur eam ducere propriis curribus in horreum curiae; item habet gayos pulchros, item cmethones tres de praedictis tribus laneis medietatis villae praefatae ad altare praedictum pertinentis, solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Wangrzeczska, aut eius vicario, et tenentur eam propriis curribus in horreum a vicario locandum conducere, et solvunt decimam canapi per duas ierugas et valor eius aestimatur ad tres marcas. Colit autem unum laneum cmethonalem altarista pro praedio, et decima praebendae Cracoviensi de illo sibi usurpat.

Item villa praefata confinat cum villis Dzękanowycze capituli Cracoviensis, item cum villa Xangnycze, item cum Mlodzeyowycze, item cum Bolen, item cum Wangyercze et Bibicze; et ubique habent per aggeres, qui *ugiaszdy* vocantur, limites distinctos, in aliquibus autem locis strata publica Slumpniczиensis habetur pro limitibus, incipiendo a gayo, qui vocatur Malynyecz. Officiatur autem et administratur altare praefatum per altaristas presbyteros duabus missis ex debito et obligatione singulis septimanis, quo die altaristae libuerit, una videlicet pro peccatis aut de Beata Maria Virgine, alternatim imponendo collectam de Beata Virgine, si missam pro peccatis celebrat, et si de Beata Maria Virgine missam celebraverit, collectam pro peccatis imponendo, alteram pro defunctis.

Item altare praefatum in antiquis et novis regestris taxatum est ad unam marcam. Item investigare non potui, quis fuerit praefati altaris fundator et dotator propter privilegii amissionem.

Altare Sancti Thomae Cantuariensis episcopi.

Altare Sancti Thomae, Cantuariensis episcopi, in ecclesia Cracoviensi, habens capellam propriam versus aquilonarem partem sitam, cuius Cracoviensis episcopus pro tempore unicus est collator et patronus, et cuius hactenus Nicolaus Cristini de Lublyn est altarista, per quem, aut quo tempore vel anno fundatum et dotatum sit, fundationis privilegio suppresso et abolito, non invenio, habet pro dotis suae fundo duas villas, quarum nomina et proventus inferius describuntur.

Dobronyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Biskupycze prope Wyelyczkam, in qua curia altaristae habens bona aedificia, pomeria, prata et agros praediales, de quibus nulli reddit decimam manipularem altarista, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit. Item sunt ibi sex lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit altaristae viginti scottos, item una taberna habens agros, quae pro censu annuo solvit altaristae tres fertones, item duae hortulaniae, quae pro censu annuo non solvunt aliquid, sed unum diem in septimana pedester laborant; item de laneo quilibet unum diem in septimana proprio curru aut aratro laborat, duas mensuras Wyelicienses confertas avenae, triginta ova, duos gallos, duos caseos solvit, ad *powabam* non tenentur; quilibet de laneo a festo Annuntiationis ad diem S. Michaelis laborare tenetur duos dies proprio curru aut aratro et ducturas facere, in hyeme vero unum diem; item taberna laborat pro seminandis aestivalibus, arando unum diem pro *ugory*, alium falcastrando prata, tertium metendo hyemalia et aestivalia, quartum et quintum ad seminandum hyemalia, sextum arando diem; item tam lanei cmethonales, quam tabernae solvunt decimam manipularem praebendae et ecclesiae S. Laurentii in Casimiria, quae per felicis memoriae Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem, monasterio corporis Christi in Casimiria ordinis canonicorum regularium hortulaniae solvunt eam altaristae et in horreum inducunt; item villa praefata habet gaya bona, quae per vices temporum per altaristam possunt vendi annis singulis pro septem marcis, item curia habet pratum unum, quod incolae villae omnes absque die falcastrant, colligunt et in horreum inducunt, et datur eis de curia unum cerevisiae octuale. Item pro villa praefata fuit lis et quaestio mota a. D. 1294. per Paulum de Przemąkow, nepotem Pauli Jasdonis, episcopi Cracoviensis, qui praefatam villam Dobronyowycze testamentaliter capitulo Cracoviensi contulerat, sed sopita est per Prandotham filium Varszii, castellani Cracoviensis, et capitulo possessio villae restituta, de quo habetur privilegium in ecclesia Cracoviensi.

Item confinat cum Grayow, Chorągwycza, Szulow, Slawkowycze, Kamyk villis, et aliquas fluvii et torrentes dividunt; item habet quatuor piscinas, et in una illarum molendinum, quod solvit duas sexagenas pro altarista, et solus molendinator dat necessaria pro molendino, et molendinum reformat et curiam in aedificiis antiquis, stillicidiis et ruinis instaurat.

Wolycza Dobronyowska, villa sub parochia ecclesiae de Biskupycze sita, prope Wyelyczkam, ad altare S. Thomae Cantuariensis pertinens, in qua non est curia altaristae neque praedium, sed sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu solvit altaristae viginti scottos; item una taberna habens agros, quae pro censu solvit unam cum media marcas, item habet molendinum, quod etiam habet agros, quod pro censu solvit duas sexagenas, item hortulaniae ibi non sunt, ad *powabam* non tenentur; item laborant diem unum in septimana, dant ova, caseos et avenam, gallos, ut in priori villa Dobronyowycze. Item ultra istos quinque laneos est laneus sextus cmethonalis, qui pro censu solvit viginti scottos, et pro labore solvit tres fertones, gallos, avenam, ova, ut caeteri, caseos non solvunt; item lanei cmethonales, tabernae et molendinum solvunt decimam manipularem ad altare ad praebendam canonicalem ecclesiae Cracoviensis, quod Cosmae et Damiani appellatur, pertinentis, item in eadem villa sunt aliqui agri praediales, sed pauci, et prata et gaya et piscina parva.

Item villa praefata Wolya Dobronyowska cum eisdem villis quemadmodum et Dobronyowycze confinat, videlicet cum Graiow, Chorągwycza, Szulow, Slawkowycze et Kamyk.

Item altaris praefati onera propter carentiam privilegii non sciuntur, et ideo solummodo una missa pro peccatis hebdomadis singulis dictum altare per altaristam officiatur, caeterae missae sunt in offensam Dei et iniuriam fundatoris suppressae; item altare praefatum habet duas decimas, manipularem unam in villa Stadniky sub parochia ecclesiae de . . . . . sita; in qua quinque lanei cmethonales et aestimatur valor eius ad tres marcas, decimam canapi solvunt per duas kitthas; alteram pecunialem in Krzywarzeka, villa sub parochia ecclesiae Raczechowycze sita, quae pro tali decima pro festo Sancti Martini solvit tres fertones.

Altare Sancti Nicolai confessoris.

Altare S. Nicolai confessoris in ecclesia Cracoviensi, habens capellam propriam in parte occidentali, ante capitulare sitam, cuius episcopus Cracoviensis pro tempore unicus est collator et patronus, et cuius hactenus Bartholomaeus Biskupek de Dzerzskowicze, nobilis de domo Ossoria, est altarista; per quem sit, vel quo anno fundatum et dotatum, propter privilegii

perditionem et defectum non invenio. Habet pro sua fundatione et dote villam cum dimidia, quarum nomina et conditio talis est.

Bischycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita est, tenetur pro fundo altaris S. Nicolai. In qua non est praedium altaristae, neque curia, sed sunt septem lanei cmethonales, quorum quilibet pro censu annuo solvit altaristae unam marcam communis pecuniae; item est ibi una hortulania habens agros, quae pro censu annuo solvit altaristae unam mediam marcam, item non est ibi taberna, neque molendinum, item cmethones et hortulanus non faciunt in septimana, aut alio modo aliquos labores, sed pro adventu altaristae quando ad villam semel in anno personaliter venit, dant modestam stationem, simul cum tabernatore et cmethone villae Wytkowicze infrascriptae, videlicet quilibet eorum unum chorum avenae, unum manipulum foeni, duos gallos, lumina, panes, cerevisiam, carnes recentes. Item cmethones et hortulanus villae praefatae solvunt decimam manipularem absque diminutione praebendae Cracoviensi, quae Czechowska appellatur, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas, item villa praefata habet bona gaya, quae vendi possunt, dum accreverint, pro decem, aliquando pro viginti marcis.

Item confinat villa praefata cum villis Rzeszotary, Czechowska, alias Wolya, Kawyacziny, Koszimicze et Witkowicze, et sunt alicubi *ugiaszdy*, alicubi scopuli; item plebano et ecclesiae in Wyeliczka ratione *meszne* solvitur de laneo una mensura avenae.

Withkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, ad altare S. Nicolai in certa sui parte pertinet; non est ibi curia neque praedium altaristae, sed est una taberna, habens agros et prata, quae nihil laborans, solvit altaristae unam marcam et quatuor grossos; item est unus laneus cmethonalis habens agros et prata, qui nihil laborans solvit pro annuo censu altaristae unam marcam, item praefati taberna et laneus solvunt stationem cum cmethonibus de Bisszicze pro altarista quoties semel in anno venit in Bisschycze, iuxta modum supra scriptum; item residuam partem eiusdem villae habet Stanislaus Klamp, nobilis de domu Streparum, in qua sunt lanei, de quibus omnibus solvitur et conducitur pro ecclesia in Wyeliczka, et valor eius ad unam marcam aestimatur, item ratione columbationis quilibet laneus et cmetho et tabernator unum grossum, hortulanus medium grossum solvit.

Item altare praefatum ratione oneris duas tantummodo missas habet, quas altarista pro tempore officiat et explet, unam de Beata Virgine Maria domina nostra, diebus sabbathis, alteram pro defunctis feriis quartis; caetera onera eiusdem altaris privilegio non estante, ignorantur.

Altare Assumptionis S. Mariae.

Altare Assumptionis S. Mariae in ecclesia Cracoviensi situm, habet propriam capellam in parte meridionali, iuxta ostium meridionale positam, et pictura notabili insignem, quam Casimirus Secundus Poloniae rex, a primis fundamentis inchoatam noscitur murasse et perfecisse, cui pro dote perpetua octo marcas latorum grossorum ex theloneo Cracoviensi pro singulis quatuor temporibus anni, per duas marcas a theloneatore pro tempore percipiendas per altaristas; item decimas manipulares et praediales post aratura tantummodo regalia, quatuor in villis regiis Szczepanow, Nagnoyowicze, Winary et in oppido Slumniki; item expensa, seu mensa regia, item veste annis singulis largienda dotavit, de quo ipsius Casimiri Poloniae regis habetur speciale in Cracoviensi ecclesia privilegium a. D. 1340. in die Beatae Agathae Virginis Cracoviae confectum et sigillo regio munitum; et quoniam in administranda veste et expensa pro altarista inscripta, multae contingebant negligentiae et difficultates, Hedvigis, Poloniae regina, Ludovici filia et Vladislai secundi, regum Poloniae conthoralis, huiusmodi negligentias et difficultâtes volens rescindere, vestem praefatam et expensam in duodecim marcas latorum grossorum convertit, ex zuppis salis regni Poloniae annis singulis percipiendas; de quo etiam in ecclesia Cracoviensi habetur suum privilegium a. D. 1384. feria quarta in die Sanctorum Innocentium scriptum.

Slumniky, oppidum regium tribus miliaribus a Cracovia distans, habens in se parochialem ecclesiam, in quo praedium regale, habens campos largos et amplos, de quibus decima manipularis solvitur altari praefato.

Sczepanow, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyecz sita; haec quondam erat regia, sed nunc tenet illam Johannes Amor de Tarnow, nobilis de domo Lelywa. In qua fuit praedium regium, nunc militare, de quo ex omnibus fere campis solvitur decima manipularis altari praefato, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; ex quodam autem campo parvo solvitur cantoriae Tarnoviensi, sed per abstractionem et cum iniuria altaris.

Nagnoyowycze, villa sub parochia ecclesiae oppidi Dobschicze consistens, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua est praedium regium, habens agros, de quo ex omnibus agris solvitur decima manipularis altari praefato et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wynary, villa prope fluvium Raba sub parochia ecclesiae villae Dzekanowicze consistens, cuius dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua est praedium regium habens agros, de quo ex omnibus campis solvitur decima manipularis altari praefato, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item in praefata villa sunt undecim lanei cmethonales, de quibus

solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro monasterio in Mogyla et valor eius aestimatur ad decem marcas.

Altare visitationis Sanctae Mariae.

Altare visitationis Sanctae Mariae in ecclesia Cracoviensi non habet propriam capellam, sed situm est in parte aquilonari sub fornice uno chori, inter altaria S. Adalberti et S. Joannis ad portam latinam consistens, quod Hedvigis Poloniae regina, a. D. 1392. fundavit, conferens in dotem eius octo marcas grossorum census perpetui ex zuppa Bochnensi annis singulis, dando pro quibuslibet quatuor temporibus anni duas marcas, aut sal centenariatum in huiusmodi census, valore quemlibet centenariatum per quinque grossos solvendas et per altaristam pro tempore locandas, subiiciens zupparium Bochnensem pro tempore censurae ecclesiasticae, per loci ordinarium et suos officiales et capitulum Cracoviense, si negligens et remissus in solvendo fuerit, in illum ferendae.

Hanc autem fundationem et dotationem Vladislaus Secundus Poloniae rex, praefatae Hedvigis Poloniae reginae maritus, suis etiam litteris sub eodem etiam anno scriptis, approbat, ratificat et confirmat; quarum originalia Cracoviensis in suis tenet et observat archivis ecclesia. Onerant autem privilegia praefata altaristam pro tempore ad duas ad minus missas, singulis septimanis circa altare praefatum per se, vel alium legendas, in certis et designatis diebus, videlicet feria secunda pro defunctis, feria vero quarta aut sexta pro peccatis, nisi forte festum solenne sub eisdem diebus intervenerit; in quo casu tenebitur nihilominus praefatas missas adimplere. Ordinat etiam praefata fundatrix Hedvigis, Poloniae regina, ut vacatione altaris praefati occurrente, nulli alteri nisi actu presbytero conferatur per reges Poloniae et eorum successores, ad quos ius patronatus et collatio praefati altaris perpetuo debebit pertinere.

Altare Sanctae Annae.

Altare S. Annae dictae in Cracoviensi ecclesia situm, non habet propriam capellam, sed versus orientem et capellam mansionariorum iuxta capellam S. Thomae Cantuariensis locatum est, quod Hedvigis, Poloniae regina a. D. 1391 fundavit, conferens in eius dotem viginti marcas communis pecuniae census perpetui, ex theloneo Cracoviensi per altaristas pro tempore levandas, et subiiciens theloneatorem pro tempore censurae ecclesiasticae, per loci ordinarium aut suos officiales, si negligens et remissus in solvendo fuerit, ferendae in illum. Hanc autem fundationem et dotationem Vladislaus

Secundus Poloniae rex, suis etiam litteris sub eodem anno scriptis, approbat et confirmat, quarum originalia Cracoviensis ecclesia in suo aerario observat. Onerant autem privilegia praefata altaristam pro tempore ad tres ad minus missas, singulis septimanis circa altare praefatum per se, vel alium legendas, in certis et designatis diebus, videlicet: feria secunda pro defunctis, feria quarta pro peccatis, et feria sexta de Sancta Cruce, nisi forte festum sollenne sub eisdem diebus intervenerit; in quo casu aliis diebus tenebitur nihilominus praefatas missas adimplere. Item fundatrix praefata Hedvigis, Poloniae regina, ordinat et perpetuum sibi anniversarium per vicarios Cracovienses singulis annis agendum ex censibus altaris praefati instituit, ordinans, quod in die, obitum suum immediate praecedente, finitis vesperis, agantur novem lectionum voce sonora per vicarios Cracovienses vigiliae, in crastino vero et sui obitus die, eadem canora voce perficiatur missa defunctorum in remedium animae praefatae reginae, quibus vicariis praefatus altarista pro huiusmodi labore anniversarii, duas marcas ex censu capitali viginti marcarum tenebitur consignare, et administrationem huiusmodi anniversarii, ne quoquo modo intermittatur procurare; ordinans insuper, ut vacatione altaris occurente, nulli alteri, nisi actu presbytero conferatur per reges Poloniae et eorum successores, et quod singulis quatuor temporibus quinque marcae altaristae per theloneatorem debeant exsolvi.

Altare Sanctae Dorotheae primum.

Altare S. Dorotheae virginis in ecclesia Cracoviensi in parte meridionali situm, quod Bodzantha de Jankow, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Rozarum, a. D. 1345. ad petitionem Sweszlai de Swyąszkowycze, canonici et officialis Cracoviensis, nobilis de domo Sirokomlya, et ob eius probitatis et virtutum merita fundavit et erexit, et decimis manipularibus in villis videlicet Polomya, item in Lomna et in medietate villae Syraczska, de consensu capituli Cracoviensis dotavit; altaristam et ministrum pro tempore altaris praedicti ad duas missas defunctorum qualibet septimana, secunda et sexta feriis circa altare huiusmodi legendas obligans, dotatoris memoriam per specialem orationem faciendo; constituens etiam, ut altare praefatum nulli alteri, nisi vicario ecclesiae Cracoviensis, aut alteri personae idoneae, quae actu foret presbyter, conferatur, et quod provisio et collatio praefati altaris ad episcopum Cracoviensem pro tempore perpetuis temporibus debeat obtineri. Fuit autem hic Swyeslaus de Swyąszkowicze, nobilis genere, de domo et familia Syrokomlya, qui et ecclesiam parochialem in Chybycze prope Bodzanczin, villa patrimonii sui, pulchro erexit muro, et domum pro capitulo in civitate Cracoviensi in

postico ecclesiae S. Petri fabricavit. Item altare praefatum per Sbigneum felicis recordationis cardinalem et episcopum Cracoviensem, incorporatum est universitati vicariorum Cracoviensium propter confessorias, et onus eius annexum.

Polomya, villa sub parochia ecclesiae de Wysznicze sita, cuius haeres Dobeslaus Kmita de Wisznicze, nobilis de domo et familia Sreniawa, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item non est taberna; de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari praedicto et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad duas marcas.

Lomna, villa sub parochia ecclesiae de Wysznycze sita, cuius haeres idem Dobeslaus Kmita de Wysnicze, nobilis de domo et familia Sreniawa, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae, item una taberna, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari praedicto, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum et aestimatur valor eius ad duas marcas. Item in eadem villa est scoltetus, qui de agris suis et ad scoltetiam pertinentibus, decimat plebano et ecclesiae in Wysznicze, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Syradska, villa sub parochia ecclesiae de Sobolow sita, cuius haeredes Stanislaus et Byenyassius, nobiles de domo et familia ...., in qua sunt duo lanei cmethonales, item duo hortulani, item non est taberna; de medietate autem villae praefatae altare praedictum decimam manipularem percipit, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad duas marcas; alteram autem medietatem dictae villae percipit plebanus et ecclesia in Sobolow, cui etiam decimae duae praediales nobilium in eadem villa, et decima post agros unius tabernae vocatae Jakubowska cedit. Occupaverat etiam idem plebanus in Sobolow post aliquos agros decimam ad altare huiusmodi pertinentes, sed vicarii Cracovienses iure eam evicerunt et possident. Item in eadem villa sunt duae curiae nobilium et duo praedia.

Altare Sanctae Dorotheae secundum.

Altare secundum S. Dorotheae virginis, situm in Cracoviensi ecclesia ad partem meridionalem, quod Vladislaus Secundus, Poloniae rex, pro remedio salutis animae conthoralis suae Annae, filiae comitis Czilie, cuius corpus ante altare praefatum sepulturae mandatum est, a Domino fundavit, assignans ei duodecim marcarum annui census monetae polonicalis

ex theloneo Cracoviensi, in quibuslibet quatuor temporibus anni per tres marcas solvendas, ordinans et instituens, ut vacatione altaris huiusmodi occurrente, nonnisi actu presbyter possit et debeat per reges Poloniae praesentari, ius patronatus altaris praefati sibi et successoribus suis regibus Poloniae reservando. Ordinavit etiam et instituit praefatus Vladislaus Poloniae rex, in huiusmodi suo privilegio, ut altarista altaris praefati tres missas singulis septimanis circa altare praedictum per se, vel per alium legere sit ex debito adstrictus, videlicet feriis secundis et sextis pro defunctis, item feriis quartis pro peccatis, ad honorem Dei et suae Genitricis et Omnium Sanctorum, et pro animabus praefati Vladislai regis et Annae reginae, ac praedecessorum et successorum eorundem utriusque sexus, et omnium fidelium defunctorum. Item in singulis quatuor temporibus anni vigilias cum devotione explere teneatur.

Item idem Vladislaus rex ordinavit et instituit, ut universitas vicariorum ecclesiae Cracoviensis agat perpetuum anniversarium praefatae Annae reginae, in die obitus sui decantando vigilias, et in crastino missam defunctorum solenniter, cum pulsu campanarum pro anima Annae reginae praefata, donans vicariis praefatis pro eorum huiusmodi labore, donatione perpetua marcam unam in Cracoviensi theloneo, et in numero duodecim marcarum in dotem altaris collatarum, tredecimam aequali sorte inter universitatem vicariorum Cracoviensium dividendam, eo tamen salvo, ut ex huiusmodi marca vicarii Cracovienses praedicti, sanctuarios sive campanatores pro pulsu eo die solenniter faciendo, quatuor grossis solarient; super quibus omnibus praefati Vladislai Poloniae regis, habetur privilegium sigillo suo minori, in pensula pergameni subappenso, munitum, marca autem huiusmodi pro quatuor temporibus cinerum per theloneatorem Cracoviensem pro tempore altaristae altaris praesentis debet solvi et per ipsum vicariis Cracoviensibus assignari.

Altare Sancti Ladislai.

Altare Sancti Vladislai, regis et confessoris, in ecclesia Cracoviensi non habet capellam propriam, sed in latere chori contra sacristiam ad sepulchrum Vladislai Loktek, primi Poloniae regis situm est, quod Casimirus Secundus, Poloniae rex, praefati Vladislai Loktek filius unicus et successor immediatus, in remedium et memoriam salutarem animae parentis sui praefati a. D. 1367. fundavit, non proventus et introitus zupparum, quos integerrimos successori reliquit, et qui in publicas et communes necessitates et non alibi tanquam thesaurus communis et aerarium publicum debent converti, sed praediorum suorum regalium in quinque villis decimas

conferens eidem altari in dotem manipulares; super qua quidem fundatione Cracoviensis ecclesia habet praefati Casimiri regis privilegium speciale sigillo maiestatis communitum; praefatarum autem decimarum haec sunt nomina in privilegio regio expressa:

Ydzikowicze, sub parochia ecclesiae de villa capitulari Zyelyonky consistens, villa regia, quae veteri nomine Ydzikowicze ammisso, Zyelyonky regia hactenus appellatur, prope Cracoviam sita, supra fluvium Prandnik; in qua est curia regia habens agros praediales, de quibus omnibus, item de uno laneo cmethonali, item de una hortulania solvitur decima manipularis altari praefato, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas.

Zyelonky regis, villa sub parochia de Zyelonky capitulari sita, in qua non sunt lanei dimensurati, feruntur tamen esse ibi septem cum medio lanei, quatuor tabernae, novem hortulaniae, tria molendina, de quibus decima diversificatur; nam de tribus laneis cum medio, item de duabus tabernis' item de uno molendino, item de tribus hortulaniis et de tribus stadiis trium aliorum laneorum cmethonalium, item de tribus campis praedialibus seu curialibus, qui vocantur Jutrzyny, datur decima manipularis et canapalis ecclesiae et plebano S. Stephani in Cracovia, et valor eius ad quatuor marcas item de agris praedialibus et aliquibus cmethonalibus, qui vocantur *przymiarki* qui olim erant praediales, datur altari S. Vladislai in ecclesia Cracoviensi; item de quatuor laneis cmethonalibus, duabus tabernis, duobus molendinis seu hortulaniis pro praebenda Cracoviensi Zakrzowska.

Troyanowicze, villa regia sub parochia ecclesiae S. Aegidii de Gebolthow prope Cracoviam sita, in qua curia regalis habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis altari praefato, et valor eius aestimatur ad duas marcas; cmethones autem villae praefatae de decem laneis, item taberna Kuthlow de agris suis, decimam solvunt manipularem vicariae Cracoviensi, quae pertinet ad canonicatum et praebendam Cracoviensem vocatam Raciborowska.

Marszowicze, villa regia sub parochia ecclesiae nativitatis Sanctae Mariae de Zyelonky capitulari, prope Cracoviam consistens, in qua non sunt cmethones neque hortulani, sed tantummodo curia regia et agri praediales, de quorum medietate decima manipularis datur altari praesenti et valor eius aestimatur ad duas marcas; de altera vero medietate datur decima etiam manipularis plebano et ecclesiae in Zyelonky.

Studzenicza, alias Wolya Wierzbiczska, villa regia sub parochia ecclesiae de Zarnowyecz sita; in qua curia regia, habens agros praediales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato et valor eius aestimatur ad tres marcas, lanei autem cmethonales solvunt decimam

manipularem pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae ordinis S. Clarae in Cracovia.

Wirzbicza, alias Omyeszniky, villa regia sub parochia ecclesiae de Chlyna sita, quae etiam nomine veteri amisso, Wirzbicza vocatur, in qua curia regia habens agros praediales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et valor eius aestimatur ad tres marcas; lanei autem cmethonales solvunt decimam manipularem pro monasterio sanctimonialium Sancti Andreae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Onera altaris in fundationis privilegio non sunt expressa, sed magister Stanislaus de Sobnyow, praepositus Tridentinus, nobilis de domo Streparum, qui illud in mea aetate habuit, missis duabus, una videlicet pro peccatis, altera pro defunctis, singulis hebdomadis iuxta observantiam illud officiavit.

Altare exaltationis Sanctae Crucis.

Altare exaltationis S. Crucis non habet aliquam specialem capellam in ecclesia Cracoviensi, sed situm est in parte australi, contra faciem altaris maioris et ante sepulchrum marmoreum Casimiri Poloniae regis Secundi, et in pede eiusdem regii sepulchri, habet pro fundo et dote decimas manipulares videlicet in villis Krolyewicze et Chroslina.

Krolowycze, villa sub parochia ecclesiae de Beszczye sita, cuius proprietas et dominium pro duabus partibus pertinet ad Johannem Krolyewsky, nobilem de domo Streparum, in quibus sunt octo lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, item una taberna etiam habens agros, item curia militaris praefati Johannis Krolyowsky, habens agros speciales praediales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi de laneo per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Pro tertia autem parte, villa huiusmodi pertinet ad Johannem Probolowsky, nobilem de domo Habdank, in qua sunt tres lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, item una taberna etiam habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari purificationis in ecclesia Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad tres marcas, item praedium militare Johannis Probolowsky solvit decimam ecclesiae parochiali in Beszdzedza.

Chroslina, villa sub parochia ecclesiae de Gorzkow sita, cuius proprietas et dominium pro tribus partibus pertinet ad Stanislaum Trzyeczyeszky, nobilem de armis Streparum, in qua sunt lanei cmethonales; pro quarta autem parte ad Bochum iudicem Cracoviensem, nobilem de

armis Drusszyna, in cuius parte sunt .... mei ciathonales et de omnibus agris villae praefatae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro altari S. Crucis.

Notandum autem, quod villae suprascriptae, videlicet Krolyewicze et Chroszlina, erant olim una cum decimis manipularibus earum de iure et proprietate archiepiscopatus et ecclesiae Gneznensis, sed Casimirus Secundus, Poloniae rex, eas a Jaroslao de Skothniky, archiepiscopo tunc Gneznensi, una cum decimis manipularibus earundem, capitulari accedente consensu, datis villis Czyenya et Michalow prope Calisch, in terris Maioris Poloniae, archiepiscopo Gneznensi in recompensam a. D. 1359. permutavit, et fundato altari in titulum S. Crucis in ecclesia Cracoviensi, easdem dictas duas decimas manipulares in Krolowicze et Chroszlina in eius sortem et dotem contulit et inscripsit, proprietate villarum sibi reservata.

Altare Sanctae Catharinae primum.

Altare S. Catharinae primum habet in ecclesia Cracoviensi capellam propriam, in angulo versus orientem sacristiae contiguam sitam, quod Nankerus, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Oxa, ad instantiam et petitionem magistri Cristanni canonici Cracoviensis, et ad eius dotationem fundavit a. D. 1325., cui quidem altari praefatus magister Cristannus contulit in dotem duos hortos sitos in praeurbio civitatis Cracoviae, unum circa portam, quae Slawkoviensis appellatur, a dextris eundo a civitate praedicta, ex opposito loci illius, qui quondam dicebatur Byalyawyesza, in quo episcopales horti locati sunt, emptum ab Hankone Vinrici, cive Cracoviensi, pro quindecim marcis latorum grossorum; alterum iuxta Rupellam seu ecclesiam S. Michaelis, quem emit apud Petrum Gvys, advocatum, pro octo marcis denariorum; super qua fundatione et dotatione habetur privilegium speciale in aerario Cracoviensi, disponens, quod praefati altaris collatio et provisio ad capitulum Cracoviense debeat pertinere, et quod non debeat alteri conferri, nisi uni ex vicariis Cracoviensibus, obligans altaristam ad unam missam defunctorum singulis septimanis in remedium animarum et praefati Cristanni dotatoris legendam; tenet nunc Petrus Swyethlik de Mochocin, vicarius et vicecustos Cracoviensis.

Notandum autem, quod in loco primi horti in praeurbio civitatis Cracoviae, et iuxta portam, quae Slawkoviensis dicitur siti, locatae sunt processu temporis, et praesertim postquam oppidum Kleparz fundatum est, quatuor domus, quae sunt praefato altari censuales et tributariae, una autem

quaeque earum solvit mediam marcam ratione census terrestris, et proveniunt ex eis in summa duae marcae annis singulis, et varia cognomina sortiuntur iuxta vocabula inhabitatorum. Item habet altare praefatum S. Catharinae quatuor hortos in suburbio ante valvam sutorum, iuxta novum monasterium in Arena, S. Mariae ordinis Carmelitarum, et iuxta cerdones, de quibus etsi nulla fiat mentio in privilegio fundationis et dotationis, credo tamen hortos huiusmodi, pro horto altero iuxta Rupellam sito, cambitos esse, quoniam altare praefatum et eius altaristae a longis temporibus desierunt esse, nec hodie sunt praefati horti iuxta Rupellam siti possessores, solutio autem de praedictis quatuor hortis variatur, nam duo horti maiores situ, solvunt quilibet per mediam marcam pro annuo censu, duo autem minores situ, solvunt quilibet per unum fertonem, et facit summa census de praefatis quatuor hortis unam cum media marcam, summa vero omnium proventuum altaris facit tres cum media marcas.

Altare Sanctae Catharinae secundum.

Altare secundum sub titulo S. Catharinae Virginis et Martyris, quod nunc tenet magister Jacobus de Schadek, decretorum doctor, nobilis de domo Wyenyawa, in capella S. Catharinae in angulo sacristiae contigua, in qua proprius magister Cristannus, canonicus Cracoviensis sub tempore Nankeri episcopi Cracoviensis, primum altare fundaverat, situm.

Croczycze, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius proprietas et dominium pertinet ad palatinatum Cracoviensem et ad eius palatinum pro tempore, in qua sunt octo lanei cmethonales, item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altaristae altaris praefati et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista constituendum, et solvit quilibet de laneo pro decima canapi duas ierugas sive *kittas* et aestimatur valor decimae praefatae annis singulis ad quinque marcas. Item est ibi una taberna ad plebanum pertinens, sed non habet agros, item sunt ibi duae hortulaniae, sed non habent agros, item est ibi curia et praedium palatini Cracoviensis pro tempore, habens agros speciales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae parochiali ibidem in Croczycze.

Dobrogosczycze, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Lelow sita, cuius proprietas et dominium pertinet etiam ad palatinatum Cracoviensem, in qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per incolas ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvit quilibet pro decima canapi de laneo duas ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad decem marcas. Non

sunt ibi hortulani, [illegible] est molendinum; item [illegible] ibi praedium palatini Cracoviensis, habens agros speciales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Wlodowicze.

Barcracht in Wyelyczka, census perpetuus et terrestris in zuppa Wieliciensi, una videlicet sexagena latorum grossorum dari solitus cuilibet, qui novum montem salis suis sumptibus invenerit; de quo pro singulis quatuor temporibus habuit altarista unam sexagenam latorum grossorum, per heredes census capitalis dominos de Melsztyn, altari praesenti donatos et inscriptos.

Onera altaris praefati, ad quae altarista altaris praefati ex fundatione et privilegio obligatur, sunt tres missae, quarum unam, videlicet defunctorum pro benefactoribus et fundatoribus feria secunda; alteram videlicet pro peccatis feria tertia, tertiam de S. Cruce feria sexta singulis septimanis quilibet altarista pro tempore per se vel per alium tenetur legere et adimplere.

Altare Sancti Martini.

Altare S. Martini in ecclesia Cracoviensi non habet capellam propriam, sed situm est circa unum fornicem ecclesiae, versus aquilonem, in corpore capellae Sanctorum Innocentium confrontatum, quod Bodzantha de Jankow, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Rosae, a. D. 1349. ad petitionem et instantiam magistri Petri cantoris Cracoviensis, fundavit et dotavit, cuius fundationis et dotationis non exstat casu aliquo amissum privilegium, donans eidem altari sub ratihabitione capituli Cracoviensis duas medietates decimarum manipularium in duabus villis, videlicet Wyelmosza et Zadrosze consistentes, et ad mensam episcopalem pertinentes, onerans idem Bodzantha episcopus Cracoviensis altero privilegio super fundatione altaris Sanctorum Petri et Pauli apostolorum, cuius in ecclesia Cracoviensi habetur originale, eodem anno Domini 1349. confecto, altaristam altaris S. Martini, ad solvendum duas marcas vicariis Cracoviensibus missam annuntiationis Sanctae Mariae roratae, per omne tempus adventus Domini voce sonora cantantibus.

Notandum autem, quod in processu dierum praefatarum decimarum Zadrosze et Wyelmosza permutatio cum abbatissa et monasterio S. Andreae facta est, quae cum in ambobus villis praefatis alteram medietatem decimarum habuisset, villae vero Zadrosze proprietas et dominium ad illam et suum monasterium pertineret pleno iure, et de medietate decimae in villa Wyelmosza praefata altaristae et altari S. Martini ex causa, pro medietate decimae in Zadrosze cedens, solam integraliter decimam

in Zadrosze, altare vero S. Martini etiam integraliter decimam in Wyelmosza possidere coeperunt.

Wyelmosza, villa sub parochia ecclesiae de Zadrosze sita, cuius haeredes Petrus, Christoferus, Stanislaus et Petrus Saffraneones de Pyeskowa Skalya, nobiles de domo Antiquorum Equorum, sed violenti; proavus enim praedictorum Schaffraneonum, Petrus Schaffranyecz expost palatinus Cracoviensis existens sanctimonialium procurator, destitutus ab procuratia, et destitutionem suam moleste ferens, occupavit duas villas monasterii, videlicet Wyelmosza et Milunky asserens, se in necessitates monialium S. Andreae licet mendaciter, aliquot millia de suis expendisse, et sui nepotes et pronepotes occupant eas in hanc diem. In qua sunt secundum aliquos quadraginta, secundum alios viginti quatuor lanei cmethonales, item una taberna et hortulania habens agros; de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato et per cmethones et tabernatorem ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad sedecim marcas; item non est ibi curia militaris, neque praedium.

Collatio et iuspatronatus altaris praefati S. Martini pleno iure pertinet ad praelatos et canonicos et ad capitulum Cracoviense, qui consideratione longa habita, obtinuerunt et ordinarunt, quod Sbigneus episcopus Cracoviensis altaris praefati titulum extinxit, et altare manuale creavit eo fine et respectu, ut notarius capitularis per capitulum pro sufficientia et merito doctrinae eligendus, et totiens quotiens placuerit capitulo amovendus, altaris praefati proventus habeat; quatenus eo valentior pro officio huiusmodi quaeri et substitui possit, cum alias ob carentiam solarii scholae magister qualiscumque fuerit, officium notariatus capituli consveverat supplere.

Altare Sancti Christoferi.

Altare S. Christoferi in ecclesia Cracoviensi non habet capellam propriam, sed est situm in corpore ecclesiae versus austrem iuxta sepulchrum Vladislai III Poloniae regis; habet pro dote sua decimam manipularem in medietate villae Lapschycze, per quem autem altare praefatum, quove tempore aut anno fundatum et dotatum sit; quamvis diligenti scrutinio id quaesiverim, investigare non potui. Altaris enim privilegium in aerario Cracoviensi non habetur, dudum perditum, et a Cracoviensi ecclesia abstractum; fama tamen communis, usque ad mea tempora derivata obtinuit, quod altare praefatum ad collationem et ad iuspatronatus praelatorum et canonicorum debeat pertinere.

Lapschycze, villa habens in se parochialem ecclesiam quadrato lapide

et pulcherrimo op[illegible]r Casimirum Poloniae regem Secundum muratam, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem in Thynyecz; habet laneos cmethonales viginti quatuor. Item lanei, qui quondam erant scoltetiae, sed iam cmethonibus sunt locati, sex; item tabernae duae, item hortulani, de quorum omnium medietate solvitur decima manipularis pro altari praefato, et propriis curribus ducitur per incolas in horreum ab altarista constituendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas [illegible] aestimatur valor eius ad sedecim marcas; de altera autem medietate solvitur pro ecclesia et plebano in Lapschicze. In eadem villa est unus nobilis vicinus domati plebani, habens specialem agrum, de quo decimam manipularem solvit ecclesiae ibidem in Lapschicze, item praedium coenobiale ibi non est neque molendinum.

Item licet felicis recordationis Sbigneus, episcopus Cracoviensis et cardinalis super iure patronatus praefati altaris aliquandiu cum capitulo Cracoviensi contendisset, datis tamen ab utraque parte iuris arbitris, praefatus cardinalis succubuit, et iuspatronatus plenarium capitulo Cracoviensi per sententiam definitivam arbitralem fuit et est adiudicatum; de quo in ecclesia Cracoviensi habentur publica munimenta. Vexabat et expost Johannes Luthkonis, episcopus Cracoviensis, super dicti altaris iurepatronatus, capitulum Cracoviense; sed visis iuribus et munimentis, cessit et destitit.

Altare SS. Philippi et Jacobi.

Altare Sanctorum Philippi et Jacobi Apostolorum non habet capellam propriam, sed est situm in capella Sanctorum Petri et Pauli in introitu ostii praefatae capellae in ecclesia Cracoviensi, non est privilegiatum aliquo privilegio speciali; nam etsi quod privilegium erat, suppressum et perditum est; per scripturas tamen autenticas invenio, quod praedictum altare fundatum est per Sbigneum decanum Cracoviensem; quis autem praefatus Sbigneus decanus, et ex quo genere fuerit, dignoscere non potui, quo etiam tempore, aut quo anno praefatum altare fundatum fuerit et dotatum, non satis mihi liquere potuit; contulit autem praefatus Sbigneus decanus in dotem praefato altari Philippi et Jacobi tres marcas ex domo quarta decima capitulari partis sinistrae, in acie finali sita, per inhabitatorem eius solvendas, in area siquidem capitulari, praedictus Sbigneus decanus Cracoviensis propriis sumptibus et a primis fundamentis initians, muro pulchro coctili consumavit, censumque trium marcarum illi imponi, et altaristae altaris praefati singulis annis per inhabitatorem solvi, apud Cracoviense capitulum obtinuit; fuitque et est praedictum altare Sanctorum Philippi et Jacobi in

praefati census continua et pacifica possessione. Nullos etiam alios proventus praeterquam dictum censum trium marcarum habet altare memoratum, et si qui forsan fuerit, fundationis privilegio deperdito, et ipsi fuere suppressi.

Collatio altaris praefati et eius iuspatronatus ex antiqua et praescripta consvetudine pertinuit et spectavit, pertinereque et spectare debet ad capitulum Cracoviense pleno iure.

Altare quatuor Doctorum: Hieronimi, Augustini, Gregorii, Ambrosii.

Altare Sanctorum quatuor Doctorum: Hieronimi, Augustini, Gregorii, Ambrosii, Sancti Alexii et Sanctae Mariae Aegyptiacae in ecclesia Cracoviensi, non habet capellam propriam, sed situm est in angulo, contra capellam S. Thomae Cantuariensis, quod vir devotus Nowek, canonicus Sandomiriensis, a. D. 1406. ex patrimonio proprio fundavit, pro uno perpetuo collegiato in universitate studii Cracoviensis; in cuius dotem unam tantummodo domum acialem ecclesiae S. Mariae Magdalenae et monasterio S. Andreae in Cracovia confrontatam, dedit, contulit et assignavit, quae partim est lignea partim murata. Consvevit autem domus praefata conveniri et arendari annuatim, interdum pro septem marcis, interdum pro octo, interdum pro novem marcis, et universus census ex illa domo cedit altaristae et collegiato praefato; verum praedicta domus frequenti reparatione indigens, altaristae gravis est et onerosa, qui ad reficiendam eam intendens, plus saepe numero impendit, quam refert. Appellationem autem altare praefatum accepit a cognomine fundatoris, et vocatur communiter altare Nowkonis, cuius collatio et iuspatronatus pertinet ad doctores et magistros collegii artistarum in Cracovia pleno iure, et cuius altarista pro tempore iuxta privilegium fundationis Petri Wisch episcopi Cracoviensis, quod Cracoviensis universitas obtinet, tenetur duplici onere, videlicet ad legendam unam lectionem in collegio artistarum pro studentibus quibuscumque studii praefati in Grammatica aut Rhetorica, singulis diebus, item ad legendum duas missas singulis hebdomadis circa altare praedictum, unam videlicet pro defunctis, alteram vero pro peccatis.

Altare Praesentationis S. Mariae.

Sub pontificatu Alberti Jastrząmbyecz, episcopi Cracoviensis, a. D. videlicet 1420. et de praefati Alberti episcopi speciali licentia et consensu, altare sub honore et titulo Corporis Christi, Praesentationis Sanctae Mariae

in templum Stephani Protomartyris et Alexii Confessoris, per Johannem Schaffranyecz de Luczycze, tum quidem decanum Cracoviensem et regni Poloniae vicecancellarium, expost vero episcopum Vladislaviensem; et per Petrum Schaffranyecz germanum suum, succamerarium Cracoviensem et capitaneum Syradiensem, in ecclesia Cracoviensi in capella turris veteris, versus meridiem, qua olim praelati et canonici Cracovienses pro capitulari utebantur, fundatum est, et villa Boguczycze prope Wyeliczkam, cum taberna Rzanka, cum omni iure et proprietate, eidem pro dote est consignata perpetuo et inscripta, tres altaristae censum et proventus villae et tabernae praefatarum ex quo percepturi, et quartus clericus quatuor marcas ex censu villae habiturus, instituti; quilibet altarista ad legendum duas missas in septimana, unam videlicet de Beata Virgine, et alteram defunctorum, item ad legendum vigilias novem lectionum semel in septimana per privilegium obligantur; clericus ab altaristis tribus eligendus, tenetur res capellae servare, ministrare ad altare officiantibus altaristis, capellam purgare, cera et luminaria de introitibus villae Boguczycze procurare; domicilium unum omnes quatuor ministri, altaristae videlicet et clericus, habere et in eo residere iubentur; quod illis praefatus decanus Schaffranyecz partim ex latere, partim ex ligno, in area propria, et in castro Cracoviensi circa domum militum de Thanczyn, in fronte ecclesiae Sancti Michaelis fabricavit. Ius patronatus omnium trium altarium, seniori domus de Starykon per lineam directam descendentis, reservatur et inscribitur, sub ea tamen qualificatione, quod vacatione alicuius altaristae ex tribus occurrente, doctores et magistri universitatis studii Cracoviensis habita congregatione, duos ex magistris vel scholaribus teneantur eligere et seniori domus praefatae Schaffraczorum de Starykon praesentare, ex quibus unum tenentur eligere, et loci ordinario instituendum suis litteris praesentare. Ipse quoque senior domus tenetur esse ministrorum praefatorum capellae et villae Boguczycze tutor, protector et defensor, nullam exinde sperando temporalitatem, sed solum mercedem aeternam. Ordinatio autem suprascripta, quamvis satis salubris et provida duobus praefatis fundationibus e medio sublatis, per Petrum Schaffranyecz iuniorem, de Pyeszkowa Skala, qui et ipse fuit succamerarius Cracoviensis, filium Petri Schaffranyecz succamerarii principalis fundatoris, fuit violata et corrupta, qui licet patris morte sequuta, thesauros non contemnendos reperisset, omnes tamen in opera alchymiae et nigromanciae distrahens, fundum principale capellae et altarium, villam videlicet Bognczicze, quasi iuris sui et non ecclesiastici foret, in manus exteras et saeculares pro mille marcis latorum grossorum Pragensium Petro sartorio regio et consuli Cracoviensi, vendidit et alienavit, et tenuem recompensam, villam videlicet Szydina prope Wyeliczkam, et

domum lapideam, quae nunc est capitularis, tertia ab acie, descendendo ex castro in manu dextra contulit; sed et haec utraque filius suus Petrus Schaffranyecz etiam succamerarius Cracoviensis, a capella auferens, et ius praesentandi doctoribus et magistris irrequisitis, sibi in totum usurpans, censum villae Szuloszowa prope castrum Pyeskowa ei inscripsit, raro tamen illum persolvit; restat adhuc una taberna Rzanka, ex qua clericus sibi consignatum percipit solarium.

Altare Sanctorum Jacobi.

. . . .

Altare Sanctorum Cosmae et Damiani.

Altare Sanctorum Cosmae et Damiani in ecclesia Cracoviensi, habet propriam capellam in parte dextra versus aquilonem per magistrum Martinum, cantorem et canonicum Cracoviensem, muris aedificatam, quod quidem altare Johannes Grothkonis, episcopus Cracoviensis, a. D. 1335. ad humilem supplicationem praefati magistri Martini, cantoris et canonici Cracoviensis, et ipsius devotione attenta, qua ductus sexaginta marcas latorum grossorum Pragensium ex suis iustis laboribus quaesitas, in opus fabricae Cracoviensis ecclesiae contulerat, de novo erexit, et duabus manipularibus decimis mensae episcopalis, capitulari accedente consensu, in villis Mniskowa Wolya, sive Mniszkowicze et in Dobronyowska Wolya fundavit et dotavit. Huius magistri Martini cantoris, cuius generis, nationis, vel familiae fuerit, stirpem non invenio; credo tamen, illum physicum fuisse, et ob id Sanctis Cosmae et Damiano, qui et ipsi medici fuerant, aram dedicasse, fundationis autem altaris praefati habetur originale privilegium in aerario ecclesiae Cracoviensis.

Mnyszkowicze, alias Mniskowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Pogwiszdow sita, cuius haereditas, proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem Thyniciensem; in qua non sunt lanei cmethonales distincti, sed sunt decem cmethones habentes agros indistinctos; item una taberna, item unum molendinum, quae habent agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas; non sunt ibi hortulaniae, sed est praedium coenobiale ex agris cmethonalibus institutum, quod decimat pro altari praefato in *gonithwam*, et valor decimae totius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad quinque.

Wolya Dobronyowska, alias Wolycza, sub parochia ecclesiae in Biskupicze prope Wieliczkam sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad altare S. Thomae Cantuariensis, in capella ecclesiae Cracoviensis situm; in qua sunt tres lanei cmethonales, item taberna habens agros, item molendinum habens agros; de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam manipularem per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas; non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, item altare praedictum vigore privilegii fundationis, non debet conferri per episcopum Cracoviensem, qui illius unicus est collator et patronus, nisi actu sacerdoti et vicario circa ecclesiam Cracoviensem residenti, qui per singulos annos in qualibet hebdomada, ad altare memoratae capellae secunda et sexta feriis, missas defunctorum ex debito, caeteris vero diebus ex devotione missas legere teneatur.

Item altare praefatum incorporatum est universitati vicariorum Cracoviensium propter confessorias, quarum onus in se susceperunt, per Sbigneum sanctae memoriae cardinalem et episcopum Cracoviensem.

Altare Sancti Vincentii.

Altare S. Vincentii Martyris in ecclesia Cracoviensi capellae mansionariorum confrontatum, versus partem orientalem situm, per Petrum dictum Miles, scholasticum et canonicum Cracoviensem, aedificatum est; quod quidem altare [illegible] Grothkonis, episcopus Cracoviensis, a. D. 1338. ad humilem supplicationem praefati Petri Miles, scholastici et canonici Cracoviensis, et ipsius devotione attenta, qua ductus sexaginta marcas latorum grossorum Pragensium ex suis iustis laboribus quaesitas, in opus fabricae Cracoviensis ecclesiae contulerat, de novo erexit, et tribus manipularibus decimis mensae episcopalis, capitulari accedente consensu, in villis Stroyszowa, Quappina Wolya et Kandzerzyna Wolya, fundavit et dotavit, huius Petri Miles neque stirpem invenio, neque genus; de fundatione autem altaris praefati habetur privilegium originale in aerario ecclesiae Cracoviensis.

Stroyszowa, villa sub parochia ecclesiae in Gdow, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem in Mogila, in qua sunt quinque lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari S. Vincentii praefato, et per incolas ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor ad quinque marcas; non est ibi curia neque praedium, neque hortulani.

Quappina Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Gdow, cuius haeres ratione uxoris Nicolaus Rey de Naglowicze, nobilis de domo Oxa, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis pro altari S. Vincentii praefato, et per incolas ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad quatuor marcas; non est ibi praedium militare, neque taberna, non sunt hortulani.

Kandzerzyna Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Gdow sita, cuius haeres Sbigneus Stadniczsky, nobilis de domo Druszyna; in qua tres cmethones, una taberna, septem hortulani habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per incolas ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad tres marcas; item est ibi praedium militare, quod decimat pro plebano et ecclesia in Gdow.

Item altaris praefati episcopus Cracoviensis pro tempore unicus est collator et patronus, quod vigore fundationis privilegii non debet conferre, nisi actu sacerdoti vicario Cracoviensi, circa ecclesiam Cracoviensem personaliter residenti, qui per singulos annos in qualibet hebdomada, ad altare memoratum tribus diebus tres missas defunctorum ex debito, caeteras vero ex devotione, sub debito obedientiae et poena excommunicationis celebrare, ac de praedictis decimis in memoriam solennitatis et cantus S. Vincentii die, vicariis residentibus et cantantibus in ecclesia Cracoviensi unam marcam grossorum, et alteram marcam in anniversario fundatoris altaris praedicti procurare et dare est obligatus.

Item altare praefatum incorporatum est per Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem, universitati vicariorum Cracoviensium, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Conceptionis S. Mariae.

Altare Conceptionis S. Mariae in ecclesia Cracoviensi situm, habet capellam propriam versus meridiem aedificatam, quod Bodzantha de Jankow, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Rosarum, de mensa episcopali dotavit, conferens illi in dotem decimam manipularem mensae episcopalis, in Male Czyaplye, cuius ut minus invidiosa foret donatio et alienatio, centum marcas latorum grossorum de thesauro largitus est suo in opus fabricae ecclesiae Cracoviensis, et collationem altaris praefati sibi et suis successoribus reservavit, capitulari consensu ad omnia accedente, constituens in eadem capella et circa altare praefatum duos altaristas, seu ministros ex numero vicariorum, et qui actu essent sacerdotes, et personalem

residentiam et continuam circa Cracoviensem ecclesiam facerent, altare praefatum officiaturos; fundatio autem et dotatio praefatae capellae facta est a. D. 1351.

Czyaplye Male, villa sub parochia ecclesiae de Czyaplye Magna sita, cuius haereditas et dominium pertinet ad ecclesiam S. Floriani in Cleparz, duntaxat quantum ad cmethones, in qua sunt triginta quatuor lanei cmethonales, item non sunt hortulaniae, item non sunt tabernae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis capellae et altari praefato, et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad triginta marcas. Item in eadem villa est nunc una curia S. Floriani canonicorum, qui habent dominium cmethonum, sed olim praebendae unius S. Floriani fuit, praedium habens, et universum ius perceptionis decimae praedii ad praebendam praefatam pertinet S. Floriani, quam praebendam magister Stanislaus de Sobnyow, praepositus Tridentinus, nobilis de domo Streparum obtinebat, et conducit eam canonicus S. Floriani pro tempore in horreum suum; praefata autem Czyaplye sanctuariorum ecclesiae S. Floriani erat villa; nunc autem reducta est in cmethones.

Item altare praefatum oneratum est ad quatuor missas, ita, quod quilibet altarista dicti altaris sive minister, tenetur unam missam de Beata Virgine Maria, et unam pro defunctis, sub poena excommunicationis singulis hebdomadis ad aram huiusmodi celebrare: tenentur etiam rectores capellae praefatae unam marcam grossorum Pragensium monetae usualis, in die Conceptionis Beatae Mariae Virginis, ut historia ipsius Virginis per canonicos et vicarios ipsius cantetur solenniter; aliam vero marcam in anniversario ipsius Bodzanthae episcopi fundatoris, in manus divisoris vicariorum, annis singulis sub poena excommunicationis latae sententiae solvere.

Item altare praefatum Conceptionis S. Mariae per Sbigneum sanctae memoriae cardinalem et episcopum Cracoviensem, incorporatum est universitati vicariorum Cracoviensium, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare SS. Petri et Pauli.

Altare Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in ecclesia Cracoviensi situm, habens capellam propriam versus meridiem positam, in qua optimi Cracoviensis pontificis Prandothae corpus requiescit, et sanctissimi quondam Cracoviensis praesulis Stanislai ossa ex Rumpella translata in sarcophago saxeo, quod etiam in diem hodiernum cernitur, quiescebant. Hanc capellam et altare Sanctis Apostolis praedictis dicatam, Bodzantha de Jankowo, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Rossae, ad supplicationem

et humilem petitionem ac instantiam Magistri Petri, cantoris et canonici ecclesiae Cracoviensis, et ob eius devotionem, qua ductus centum marcas latorum grossorum Pragensium de suis iustis laboribus quaesitas, in opus fabricae ecclesiae Cracoviensis contulerat, a. D. 1349. fundavit, et duabus decimis manipularibus mensae episcopalis, capituli Cracoviensis accedente consensu, in villis Olchawa et Pogwiszdow dotavit, ex quo autem genere praefatus magister Petrus, cantor et canonicus Cracoviensis, et cuius conditionis fuerit, non invenio, fundationis autem altaris praefati habetur privilegium originale in aerario ecclesiae Cracoviensis, disponens, quod altare praefatum non debet conferri per episcopum Cracoviensem, qui illius unicus est collator et patronus, nisi actu sacerdoti et vicario ecclesiae Cracoviensis personaliter et assidue residenti, qui per singulos annos in qualibet hebdomada, secundis et sextis feriis duas missas defunctorum, et alias pro devotione celebrare, et dotatoris in eis memoriam et in adventu pro offertorio missae Annuntiationis Sanctae Mariae solenniter singulis diebus cantandae, duas marcas, et in tricesimis diebus obitus praefati magistri Petri cantoris, mediam marcam latorum grossorum, aut eorum valorem universitati vicariorum solvere annis singulis sit adstrictus.

Olchawa, villa, in qua est ecclesia parochialis, prope oppidum Bochnya sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem Wanchociensem; in qua viginti cmethones, agros indistinctos habentes; non sunt ibi hortulaniae, non est praedium ibi; est taberna, sed non habet agros, de omnibus itaque agris absque diminutione datur decima manipularis pro altari praedicto, et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad octo marcas. Est etiam ibi scoltetus habens agros et duas tabernas et unum molendinum, quae omnia habent agros ex scoltetia, de quibus omnibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Olchawa.

Pogwiszdow, villa habens parochialem ecclesiam ibidem, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium et abbatem Thiniciensem, in qua decem cmethones agros indistinctos habentes, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari praedicto, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item est praedium coenobiale in eadem, quod plebano et ecclesiae in Pogwisdow decimat, non est ibi taberna, non sunt hortulaniae, plebanus habet agros proprios, de quibus nulli decimat.

Item altare praefatum Sanctorum Petri et Pauli per sanctae memoriae Sbigneum, cardinalem et episcopum Cracoviensem, incorporatum est universitati vicariorum Cracoviensium, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Sancti Johannis ante portam Latinam.

Altare Sancti Joannis Evangelistae sub titulo ante portam Latinam in Cracoviensi ecclesia situm, non habet capellam propriam, sed applicatum est muro fornicis, qui inter chorum et corpus ecclesiae mediat, contra Beati Stanislai sepulchrum, quod Florianus de Mokrzsko, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Hastarum, quae se Koszlarogi appellat, ad humilem supplicationem et instantiam Johannis vicarii et altaristae S. Leonardi in ecclesia Cracoviensi, receptis ab eo centum marcis latorum grossorum Pragensium, et in coemptionem duarum sortium militarium villae episcopalis Marszowicze, cuius cmethones multas gravedines ab eisdem militaribus patiebantur et taedia conversis, fundat, et decima manipulari in Pyelgrzymowycze de mensa sua episcopali, capituli Cracoviensis accedente speciali consensu, dotat, cuius fundationis et dotationis habetur speciale privilegium repositum in aerario Cracoviensi.

Pyelgrzymowicze, villa sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze sita, cuius haeredes Johannes Pyelgrzymowsky, nobilis de domo Prussorum subiudex Cracoviensis, et Stanislaus Mlodzieiowsky de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt novem lanei cmethonales, item tabernae duae, item sex hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari praedicto, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor eius ad decem marcas. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, quorum unum, scilicet Johannis Pielgrzymowsky, solvit decimam manipularem ecclesiae et plebano in Wyanczslawicze; aliud, videlicet Stanislai Mlodzieiowsky solvit decimam clericaturae altaris S. Floriani sub organo in ecclesia Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Item altaris praefati collatio et praesentatio vigore privilegii fundationis, ad solam universitatem vicariorum canonicalium pertinet, quod non potest conferri, nisi vicario Cracoviensi et actu sacerdoti, qui singulis hebdomadis duas missas circa illud, unam videlicet feria secunda pro fratribus defunctis, alteram vero pro peccatis, caeteras vero pro devotione explere, item pro anniversario praefati Johannis vicarii et altaristae S. Leonardi, vicariis Cracoviensibus anniversarium eiusdem Johannis, in die sui obitus, per vigilias novem lectionum et missam defunctorum cantantibus, solvere est astrictus. Item praedictum altare incorporatum est universitati vicariorum Cracoviensium per sanctae memoriae Sbigneum, cardinalem et episcopum Cracoviensem, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Sancti Laurentii.

Altare S. Laurentii in ecclesia Cracoviensi situm, habet capellam propriam in titulum et honorem S. Laurentii dicatam, quod quidem altare Jaroslaus, archidiaconus Cracoviensis, nobilis de domo Janina a. D. 1339. sub pontificatu Johannis episcopi Cracoviensis, per privilegium capituli Cracoviensis, quod in aerario eiusdem habetur ecclesiae, fundavit, et censu sex marcarum latorum grossorum Pragensium ex domo capitulari, quam idem Jaroslaus archidiaconus circa hortum fratrum minorum in platea legatorum, a primis fundamentis initians, in area capitulari muris erexit, reddendarum dotavit; volens et statuens, ut altare praefatum eius vacatione occurrente, uni ex universitate vicariorum Cracoviensium debeat conferri. Cum autem procedente tempore, domus praefata canonicalis propter frequentia incendia, quae in civitate Cracovia accidebant, staret tempore longo deserta, et nemo ex praelatis et canonicis Cracoviensibus reperiretur, qui sub tam gravi pensione ad eius refectionem, reparationemque vellet intendere, pensio praefata sex marcarum latorum grossorum ad pensionem aequam et tolerabilem, ad duas videlicet marcas communis pecuniae restricta. Habet etiam praefatum altare S. Laurentii ultra censum domus praefatae decimam manipularem in Biskupicze, prope Czchow, quam credo unam fuisse ex illis decimis, quas Vincentius, episcopus Cracoviensis, vocatus Kadlubkonis de Karwow, nobilis de domo Rossae, ecclesiae Cracoviensi et eius capitulo per administrationem vini, cerae, olei, et refectionum quotidianarum usu donavit, et quae propter desertationem domus praefatae, de qua supra scripsimus, altari praefato ne omnino desertaretur, fuit ad beneplacitum capituli, et quousque domus praefata reficeretur, fuit adiuncta, quoniam et privilegium originale altaris, nullam de ea facit mentionem; per incuriam tamen et negligentiam capitularem, qui desuper nullum ediderunt scriptum aut memoriale, decima praefata in altaris praesentis venit proprietatem, et altare huiusmodi utrumque sibi vendicavit et decimam huiusmodi, et ex domo refecta censum.

Biskupicze, villa sub parochia ecclesiae de Czchow, oppido sita, cuius haeres Paulus Zlodziey, castellanus Malogostensis, nobilis de domo Nieszobya fuit, et eo mortuo filiae in haereditatem successerunt; in qua sunt viginti duo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item hortulaniae octo non habentes agros; de quibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa praedium militare et curia, de quo decima manipularis solvitur praebendae Sanctorum Felicis et Aucti in castro

Cracoviensi, et etiam de quibus agris, qui nivy apellantur, quos colunt cmethones, qui quondam erant curiae, et valor decimae aestimatur praedialis ad sex marcas cum eisdem agris.

Onera altaris sunt, ut singulis hebdomadis legantur et impleantur circa illud missae.

Altare Sancti Leonardi.

Altare S. Leonardi habens propriam ecclesiam sive criptam subter ecclesiam Cracoviensem, et simul cum ea sub corpore ecclesiae muratam et testudinatam, per Bodzantham de Jankowo episcopum Cracoviensem, nobilem de domo Roszae, ad supplicationem et devotam instantiam Petri vicecustodis Cracoviensis et canonici S. Aegidii, qui speciali devotione ductus, scoltetiam in villa episcopali Krzeszowicze in clave Cracoviensi, a Martino et Joanne scoltetis de Krzeszowicze, pro octuaginta septem marcis emptam, praefato Bodzanthae episcopo restituerat a. D. 1364., fundatum est, et decima manipulari mensae episcopalis in villa Rzeplin, retro oppidum Skala sita, in vicissitudinem scoltetiae praefatae in Krzeszowicze de consensu Cracoviensi dotatum; super qua dotatione in Cracoviensis ecclesiae aerario habetur speciale privilegium praefati Bodzanthae episcopi et capituli Cracoviensis sigillis communitum, disponens, quod praefatum altare episcopus Cracoviensis pro tempore, ad cuius provisionem perpetuo pertinebit, non alii conferret, nisi vicario Cracoviensi actu presbytero, qui illud duabus missis defunctorum, una pro anima Bodzanthae episcopi, altera pro anima Petri vicecustodis et dotatoris, caeteris vero pro sua devotione singulis hebdomadis tenebitur officiare.

Rzeplin, villa sub parochia ecclesiae de Minoga sita, cuius haeres Zegotha Nekanda, alias Trepka, nobilis de domo Bippennium; in qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae praefatae aestimatur ad viginti marcas. Item in eadem villa est curia militaris, item est una taberna, item sunt duae hortulaniae habentes agros, ex praedio militari eis attributos; item est scoltetus habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Minoga.

Item altare praefatum S. Leonardi universitati vicariorum Cracoviensium incorporatum est per Sbigneum, sanctae memoriae cardinalem et episcopum Cracoviensem, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Sancti Matthaei.

Altare S. Matthaei Evangelistae in ecclesia Cracoviensi situm, habet propriam capellam versus septentrionem, muratam per Bodzantham de Jankow, episcopum Cracoviensem, nobilem de domo Roszae, ad supplicationem et instantiam Jacobi Schirzik de Falkow, custodis Gneznensis et canonici Cracoviensis, et in remedium salutis animae praefati Bodzanthae episcopi, ac Petri Schirzik de Falkow, episcopi Cracoviensis, nobilis de domo Dolywa, ipsius Bodzanthae immediati antecessoris, qui in Avinione suae electionis confirmatione et consecratione in episcopum obtenta, paulo tempore supervivens, illic mortuus et sepultus est; et praefatus Bodzantha de Jankowo, tunc decanus Cracoviensis, comes itineris sui, per papam ibidem in Avinione provisus, fundatum est, et duabus decimis manipularibus mensae episcopalis, capituli Cracoviensis consensu accedente, in villis Opathkowicze, Vislai et Zegarthowicze prope Grodzinam in districtu Andrzeoviensi a. D. 1355. dotatum est; cuius fundationis et dotationis in ecclesia Cracoviensi speciale habetur privilegium ordinans, quod praefati altaris collatio et provisio ad episcopum Cracoviensem pro tempore debeat perpetuo pertinere.

Opathkowicze Vislai, villa sub parochia ecclesiae de Grodzina, cuius haeredes Petrus ot Johannes fratres germani, nobiles de domo Accipitrum et Kuropatwae, de genere Srzeniawa; in qua sunt lanei cmethonales, item taberna tantummodo una, item hortulani ...... de omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista constituendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas; item duae tantummodo sunt ibi curiae nobilium et duo praedia.

Zigarthowicze, villa sub parochia ecclesiae de Grodzina sita, cuius haeres Paulus Goluchowsky, nobilis de domo et genere Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas; item non est ibi curia militaris neque praedium.

Item domus decima ab acie, in parte sinistra capitularis per Joannem Suchiwilk de Strzelcze, decretorum doctorem, tunc decanum Cracoviensem, nobilem de domo Grzymalitarum, et praefatum Jacobum Schirzik de Falkow, in area capitulari murata, solvere tenebatur ex privilegio eiusdem Bodzanthae episcopi, altari praefato pro die S. Michaelis unam marcam latorum grossorum; sed pensio ipsa propter incendia et ruinas domus ad tres fertones restricta est.

Item altare praefatum iuxta privilegium nulli debet conferri, nisi vicario Cracoviensi actu sacerdoti, qui illud duabus missis singulis hebdoma[illegible] defunctis, unam pro Petro Schirzik, episcopo Cracoviensi, altera[illegible]o Jacobo Schirzik praefato, agendo in eis Bodzanthae episcopi do[illegible] mentionem specialem, officiare tenetur.

Item praedictum altare universitati vicariorum Cracoviensium incorporatum est per sanctae memorie Sbigneum, cardinalem et episcopum Cracoviensem, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Sanctae Agnetis.

Altare Sanctae Agnetis in ecclesia Cracoviensi situm, non habet capellam propriam, sed in parte aquilonari circa et prope ingressum capellae mansionariorum locatum est, quod Florianus, Cracoviensis episcopus de Mokrzsko, natione nobilis de domo Hastarum, ad petitionem, dotationem et instantiam canonicorum et vicariorum Cracoviensium fundavit; in cuius dotem praefati canonici et vicarii Cracovienses, quodam spiritualis fraternitatis vinculo se praevenire cupientes, domum ligneam et aream ei annexam, inter domos S. Christopheri et S. Mariae Magdalenae, in platea castrensi, quae hactenus canonicalis appellatur, sitam, a certis eius possessoribus et haeredibus coemptam, item hortum penes S. Nicolaum in suburbio civitatis Cracoviae iacentem, cum censibus et proventibus ex eadem domo, area et horto provenientibus assignarunt; de quo habctur praefati Floriani episcopi speciale privilegium, repositum in aerario [illegible]oviensi a. D. 1378. confectum. Procedente vero tempore; dum praelati et canoni[illegible] Cracovienses frequentius circa Cracoviensem ecclesiam residere coepissent, et de penuria domorum pro sua inhabitatione quaererentur, Albertus Jastrząbyecz, episcopus Cracoviensis, nobilis de domo Accipitrum, residentiae canonicali et conditioni altaris praefati, quod ex eadem domo et area tenuem habuit fructum, provisurus, in altare S. Agnetis praefa[illegible] decimam manipularem mensae episcopalis consensu capitulari accedente, [illegible] villa Gyrzmanowicze contulit, et domum praefatam cum area [illegible]capitularibus donavit, de quo etiam ipsius habetur speciale privilegium in ecclesia Cracoviensi repositum a. D. 1400.

Gyrzmanowicze, villa, in qua est ecclesia parochialis sub titulo S. Bartholomaei, cuius dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet; in qua sunt viginti sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi pe[illegible] quatuor ierugas

et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Item est in eadem villa praedium regium, item una taberna habens agros, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Gyrzmanowicze, est etiam ibi molendinum, sed non habet agros; est etiam ibi scoltetus, qui cum suis hortulanis plebano decimat. Unus etiam laneus cmethonalis abstractus est in praedium regium, et non sine iniuria altaris plebanus de illo decimam tollit; habet etiam plebanus medietatem lanei cmethonalis sibi testamento donatam, sed de illa pro altari in *gonithwam* decimat.

Hortus penes S. Nicolaum in suburbio Cracoviensi situs, solvit altari S. Agnetis singulis annis mediam marcam latorum grossorum Pragensium.

Collatio praefati altaris iuxta tenorem privilegii, pertinet ad canonicos et vicarios Cracovienses in solidum, et non debet nisi vicario Cracoviensi conferri. Altarista ad duas missas circa illud singulis hebdomadis legendas tenetur, ad unam pro fratribus defunctis, feria secunda, ad alteram pro peccatis feria quinta.

Altare praefatum universitati vicariorum Cracoviensium per sanctae memoriae Sbigneum, cardinalem et episcopum Cracoviensem, perpetuo incorporatum est, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Nativitatis Sanctae Mariae in capella mansionariorum.

Altare sub titulo Nativitatis S. Mariae in ecclesia Cracoviensi et in capella mansionariorum situm, quod per Radzslaum canonicum Cracoviensem a. D. 1302. fundatum est, et villa Kurdwanow, quam idem Radzslaus canonicus pro quadraginta marcis puri argenti a Markone et Raprachtone filiis Marci, quondam monetarii Cracoviensis, emerat, perpetua dotatione dotat; de qua quidem dotatione habet universitas vicariorum Cracoviensium speciale privilegium, sigillis Joannis episcopi Cracoviensis dicti .... et capituli Cracoviensis, ac ipsius Radzslai canonici et fundatoris munitum, in quo cavetur, quod altaris praefati collatio ad capitulum Cracoviense debeat perpetuo pertinere, et nonnisi vicario residenti et actu sacerdoti conferri.

Kurdwanow, villa sub parochia ecclesiae de S. Jacobo in Casimiria sita, quae est unicus fundus altaris Nativitatis S. Mariae in capella mansionariorum; in qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum tres quilibet pro annuo censu solvit altaristae pro festo S. Martini unam marcam, quartus autem solvit unam sexagenam; item quilibet quatuor gallos, triginta ova; non arant, non laborant dies in septimana, ducturas tamen faciunt ordinarie, et tria prata altaris, quorum duo sunt magna, tertium minus, tenentur falcastrare, rastrare, colligere et acervis dispositis conducere; non sunt

hortulaniae ibi neque tabernae, avenam non solvunt. Item est ibi piscina bona altaristae et in ea molendinum, quod solvit unam marcam cum dimidia; habet molendinum, agrum et pratum, molendinator tenetur rastrare, colligere et conducere foenum, et solvit quatuor gallos, et triginta ova; item cmethones de villa praefata solvunt decimam manipularem, et molendinator de agris suis, ecclesiae et plebano in Droginya, et conducunt eam propriis curribus in horreum a plebano locandum, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas. Item villa praefata Kurdwanow confinat cum villa eiusdem nominis Kurdwanow, cuius haereditas et dominium pertinet ad monasterium et praepositum hospitalis Sancti Spiritus in Cracovia; item cum villis Swoszowicze, Jugowicze.

Item altare praefatum habuit et habere consvevit, prout et hodie habet unum hortum extra muros Casimirienses ex opposito ecclesiae S. Stanislai de Rumpella, quem hactenus obtinet Jacobus Scholthisz, civis Casimiriensis, ex contractu facto cum universitate vicariorum Cracoviensium sub annuo censu, soluturus ex eo ipse et sui posteri in perpetuum altari praefato unam cum media marcas; item in altari praefato iuxta vim et tenorem privilegii, singulis annis hebdomadisque, celebritas missarum debet agi, et una collecta per ministrum pro peccatis vivorum, altera pro salute et liberatione mortuorum, praefati Radzslai fundatores suorumque progenitorum et posterorum.

Item altare praefatum universitati vicariorum Cracoviensium incorporatum est per Sbigneum, sanctae memoriae cardinalem et episcopum Cracoviensem, propter confessorias et onus eis annexum.

Altare Sanctae Mariae Nivis.

Altare Sanctae Mariae Nivis in ecclesia Cracoviensi et in capella S. Thomae Apostoli versus aquilonem situm, est per Sbigneum, felicis memoriae cardinalem et episcopum Cracoviensem, consensu capituli Cracoviensis accedente, a. D. 1428. dotatum, per Dzywissium vero de Paczanow et de Mokrzsko, praepositum Scarbimiriensem et canonicum Cracoviensem, nobilem de domo Hastarum aliter Koslarogy, dotatum est, et in dotem eius duae domus in Cracovia et unus cmetho in villa regia Skothnyky inscriptae sunt, de quo praefati Sbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis, speciale habet privilegium universitas vicariorum Cracoviensium, praefati Sbignei cardinalis et capituli Cracoviensis sigillis munitum.

In villa Skothniky regia, sub parochia ecclesiae S. Andreae de Thynyecz sita, habet praedictum altare unum laneum cmethonalem liberum, inter laneos Koschuth et Petrum, intrando villam de Cracovia in

dextra parte villae eiusdem iacentem, cum pratis et aliis ex antiquo pertinentiis, cuius colonus pro annuo censu et pro labore solvit praefato altari pro festo S. Martini duas marcas, quatuor capones et unam sexagenam ovorum.

Domus lapidea in platea castrensi, versus ecclesiam S. Andreae eundo, domui medicorum contigua, quae ratione census terreni solvere consvevit altari praefato annis singulis pro festo S. Martini sex marcas.

Domus altera lapidea, in platea canonicali, penes domum canonicalem octavam partis dextrae sita, quae ratione census terrestris altari praefato solvit annis singulis pro festo S. Martini quatuor marcas. Item collatio altaris praefati iuxta privilegium memorati cardinalis ad universitatem vicariorum Cracoviensium, sub ea conditione debet pertinere, quod dicti altaris vacatione occurrente, vicarii Cracovienses, unum inter se vicarium virum idoneum, actu presbyterum eligent, nominabunt, et loci ordinario ad instituendum praesentabunt. Nepotum tamen et successorum praefati Dzywissii fundatoris, haeredum de superiori castro Mokrzsko in sylva situato, speciali consensu accedente, qui provisus quatuor marcis tantummodo annui census perceptis debet esse annis singulis contentus, explendo tres missas circa praefatum altare, in qualibet septimana anni, unam de Beata Virgine Maria, alteram pro peccatis, et tertiam pro defunctis. Residuos vero omnes proventus altaris praefati universitas vicariorum pro se tollet, et inter se ex aequo distribuet, in remedium animae praedicti Dzywyssy, eiusque antecessorum atque omnium fidelium defunctorum, quatuor anniversaria in ecclesia Cracoviensi singulis annis peragendo, cantando videlicet singulis quatuor temporibus, de vespere, novem lectionum vigilia, et in crastino missam defunctorum.

Altare Sanctae Helenae.

Altare S. Helenae in ecclesia Cracoviensi, in capella Sanctorum Cosmae et Damiani situm, per sanctae memoriae Sbigneum, cardinalem et episcopum Cracoviensem, a. D. 1453 ad instantiam Thomae de Strzampino, decretorum doctoris canonici Cracoviensis, executoris testamenti Adae de Bandkow, decretorum doctoris canonici Cracoviensis, fundatum est.

Habet autem altare praefatum pro dote sibi per praefatum Thomam de Strzampino assignata, duodecim marcas annui et perpetui census, in villa monasterii Zwierzynensis ordinis praemonstratensium, vocata Modlniczya, in praedio, molendino, cmethonibus, tabernis, hortulanis et universis proventibus eiusdem villae, per Venceslaum praepositum, Piechnam abbatissam, Hedvigim subpriorissam, Helenam cantatricem,

Barbaram custodem totumque conventum sanctimonialium coenobii Zwierzynensis pro centum octuaginta marcis pecuniae communis, sub specie et foro reemptionis venditas, et pro festo S. Martini annis singulis sub poena excommunicationis per loci ordinarium ferenda, solvendas, ita tamen, quod iuxta naturam reemptionis altarista teneatur casus quoslibet fortuitos ferre, et licebit praeposito et sanctimonialibus censum praefatum datis centum octuaginta marcis liberare et redimere domino census, sex mensibus ante avisato, et tenebitur altarista altaris praedicti, pro eadem pecunia capitali centum octuaginta marcarum, et patroni altaris praedicti, vicarii videlicet Cracoviensis et eorum communitas, alium censum in eadem vel maiori quantitate temporalem aut perpetuum fideliter comparare, et interim quo censum non comparuerit, pecuniam capitalem sub duabus clavibus in ecclesia Cracoviensi tenebuntur conservare, ad nullos alios usus, nisi pro emptione census sub poena excommunicationis committendam; altaris autem officiatio etiam tempore vacationis censum impleri debet per altaristam pro tempore, ut altarista diligentior sit ad quaerendos et comparandos alios census. Officia autem et onera praefati altaris sunt, ut quilibet altarista legat tres missas circa altare praedictum, duas videlicet defunctorum pro anima praefati Adae doctoris et principalis dotatoris, et tertiam de Beata Maria Virgine singulis septimanis.

Item, quod vicarii Cracovienses sint perpetui collatores et patroni altaris praefati, et teneantur eius vacatione qualibet occurrente, hebdomadarium chori ecclesiae Cracoviensis unum ex suo gremio, et eo nolente, sequentem iuxta senium ex ordine, sed immediate sequentis hebdomadae hebdomadarium, ad illud per loci ordinarium instituendum praesentare, de quibus omnibus habetur praedicti cardinalis privilegium in ecclesia Cracoviensi reconditum.

Item una marca specialiter census perpetui, et sub eodem foro reemptionis coempta est in domo Zakrzowsky in Kleparz, et dicto altari atque universitati vicariorum Cracoviensium per Thomam de Strzampino, praefatum eius emptorem cum eo onere applicata et inscripta, quod vicarii Cracovienses in festo Transfigurationis, quod agitur sexta die Augusti, tenebuntur historiam specialem de Transfiguratione sub nota in ecclesia Cracoviensi decantare.

Altare militum Ascensionis Domini, Sanctorumque Jacob et Clementis.

Altare Ascensionis Domini Sanctorumque Jacobi et Clementis in ecclesia Cracoviensi, non habet capellam propriam, sed in parte sinistra ad aquilonem

situm est, iuxta capellam S. Apostoli Thomae, quod Clemens de Moskorzow, castellanus Wislicensis, nobilis de domo Pilawa a. D. 1407. sub pontificatu Petri Wysch, episcopi Cracoviensis fundavit, dans in eius dotem decem marcas annui census ex oppido Dobschicze, ex tributo sive datia *schossz*, singulis annis pro festo Sancti Martini provenientes, eam adiungens conditionem, ut si decimam manipularem valoris decem marcarum vel alios certiores proventus pro altari praefato expediverit, census praefatus decem marcarum ad ipsum et posteritatem suam debeat redire. Item totalem sortem haereditatis seu villae Staroniwa, cum omnibus eiusdem sortis, proventibus et censibus, ac singulis proventibus, solis pratis exceptis; item duas marcas annui census, in et super domo sua lapidea aciali in platea canonicorum Cracoviae, prope fluvium Rudawa, in parte dextra eundo ex castro sita, per inhabitatorem eius solvenda; collationem altaris praefati sibi et seniori ex filiis suis ex successoribus suis reservans, quod si filii sui, vel nepotes prole masculina non habita decesserint, ut collatio altaris eiusdem ad proximiores suae stirpis ac clenodii devolveretur; stirpem sexus feminei et filiarum suarum ab huiusmodi altaris iurepatronatu excludens, ordinans, quod altarista pro tempore sit actu presbyter, singulis diebus circa altare praefatum ex devotione celebrans tres missas singulis septimanis, unam videlicet de Beata Virgine, alteram de patronis et Sanctis omnibus, et tertiam defunctorum pro salute defunctorum fundatorum, vivorum et mortuorum ex obligatione legere, et implere per se, vel alium teneatur, et quod personalem semper faciat circa altare residentiam, nullum aliud habens beneficium, privandus eo si vel beneficium pingvius adeptus fuerit, vel a residentia altaris se per unum mensem sine licentia ordinarii absentaverit; de quibus omnibus praefati Petri episcopi et dicti Clementis de Moskorzow habentur privilegia in aerario reposita ecclesiae Cracoviensis.

Notandum autem; quod morte praefati Clementis Moskorzowsky, castellani Wisliciensis sequuta, filius suus Martinus sibi succedens, propter enormes insolentias et excessus, fuit oppido Dobschicze et aliis bonis haereditariis privatus, qui etiam domum praefatam acialem in platea canonicali, quamvis altari praesenti de duabus marcis censualem, Nicolao de Michalow, palatino tunc Sandomiriensi vendidit, ab eoque tempore omnes proventus altaris praefati altaristis id patientibus, fuere abstracti, neque in tempus hoc restituti.

Anno tandem 1470. sub pontificatu Johannis Luthkonis, episcopi Cracoviensis, Johannes de Schebnya, rector ecclesiae parochialis in Rupella, et Jacobus de Schebnya germanus suus miles, nobiles de armis Bibersten, alterum altaristam et ministrum altari praefato addiderunt, in

cuius dotem contulerunt censum annualem sedecim marcarum, quarum duodecim marcas apud Casimirum tertium, Poloniae regem, in proventibus thelonei Cracoviensis ipsis et altaristae inscriptum pro trecentis florenis foro et specie reemptionis, quatuor vero marcas annui census, etiam foro reemptionis, apud certos oppidanos in Casimiria videlicet Clementem Lanificem, Stanislaum Wasznik, et consortem suam Hedvigim, item apud Catharinam Hannushnikowa et Nicolaum Signator, in cuiuslibet domo et area unam marcam pro sedecim marcis comparaverunt, obligando altaristam pro tempore ad duas missas, feria secunda pro defunctis, et sabbatho pro peccatis, singulis hebdomadis, et in die obitus Joannis de Schebnya principalis dotatoris, unam missam pro anima sua defunctorum, cum vigiliis novem lectionum; septem vero diebus obitum suum sequentibus, septem missas defunctorum legere teneatur. Iuspatronatus circa seniorem ex filiis, et eo mortuo apud maiorem natu, quibus sine prole obeuntibus, ad seniorem domus Bibersten debet devolvi, de his omnibus habetur privilegium praefati episcopi Joannis Luthkonis.

Altare Sancti Erasmi et S. Brigidae.

Altare sub titulo S. Erasmi Martyris et S. Brigittae de Svecia Electae non habet capellam propriam, sed in fronte chori ecclesiae Cracoviensis confrontatum altari maiori situm est. Quod etsi Hedvigis, Poloniae regina fundaverit et erexerit, morte tamen praeventa indotatum illud reliquit. Sed tandem Vladislaus Secundus, Poloniae rex, maritus suus, piam et devotam intentionem suam impleturus, per Joannem de Thanczyn, castellanum tunc et capitaneum Cracoviensem, censum in zuppis Wieliciensibus duodecim videlicet grossos, seu unum fertonem grossorum apud Stanislaum Gyelithko militem, sibi per Casimirum Secundum, Poloniae regem, datum et inscriptum, pro centum quinquaginta marcis pecuniarum regiarum eidem Joanni de Thanczyn ad persolvendum censum huiusmodi datarum, coemit, censumque praedictum contulit in dotem altaris praefati, quod insuper altare una cum censu memorato, praefatus Vladislaus rex dedit, contulit et incorporavit universitati mansionariorum ecclesiae Cracoviensis, obligans illos ad legendas et implendas duas missas circa illud singulis hebdomadis, unam videlicet pro salute animae suae et successorum suorum pro peccatis, alteram pro salutis remedio animae Hedvigis, reginae Poloniae praefatae, pro defunctis; obligans zupparios Wielicienses pro tempore ad solvendum singulis hebdomadis in die sabbathi pro praefatis mansionariis altare huiusmodi administrantibus, censum praefatum; super quibus omnibus praefati Vladislai, regis Poloniae, habentur in aerario Cracoviensi litterae speciales, sigillo

regio munitae et a. D. 1406. Cracoviae in dominica secunda quadragesimae Reminiscere, sub pontificatu Petri Wysch episcopi confectae.

Altare Sancti Bartholomaei.

Altare S. Bartholomaei in ecclesia Cracoviensi non habet capellam propriam, sed est situm sub fornice uno in corpore ecclesiae, sub organo, quod per Joannem Schaffranyecz, primum custodem, deinde scholasticum et canonicum Cracoviensem, et germanos suos Petrum Schaffranyecz primum subdapiferum, post vero succamerarium Cracoviensem, Stanislaum de Mlodzieiowycze et Thomasium de Luczycze et Petrum, praefati Petri Schaffranyecz succamerarii Cracoviensis filium, nobiles de domo et armis Starykon vulgo nuncupatis, sub pontificatu Petri Wysch episcopi Cracoviensis, sub temporibus tamen diversis, videlicet a. D. 1406. et a. D. 1412. fundatum et dotatum est, et duo altaristae et tertius clericus ad illud instituti.

Pro unius autem et primi altaristae proprietate et dote data est villa, seu pars haereditatis villae Thranthnowycze, et oneratus est altarista praefatus, ut clericum ad suum libitum eligendum, et seniori de domo fundatorum praesentandum, actu tamen presbyterum, vel in proximo presbyterandum, circa altare praefatum pro ministro, qui superpelliciatus incedat circa altare praefatum, teneat, et ipsum ex proventibus villae Thranthnowycze quatuor marcis solariet.

Pro alterius vero et secundi altaristae proprietate et dote, data est villa Podstolycze cum omni iure; et iuspatronatus utriusque altaristae in doctores et magistros universitatis Cracoviensis translatum est, qui duobus magistris valentioribus electis, unum vel ambos ex his seniori de domo et armis fundatorum praesentabit per ordinarium loci instituendos.

Item, quod primus altarista duabus missis, una videlicet pro peccatis, et altera pro defunctis, singulis septimanis in remedium animarum praedictorum fundatorum et eorum praedecessorum et successorum officiet.

Alter vero altarista habens villam Podstolycze pro dote, tres missas, unam de Beata Virgine, alteram pro defunctis et tertiam pro peccatis, ac vigilias novem lectionum singulis septimanis legere, in remedium fundatorum et eorum praedecessorum, ac personalem residentiam facere teneatur; et si absque licentia rectoris universitatis Cracoviensis, per duos menses absentaverit, rector et universitas Cracoviensis tenebuntur alium praesentare; de quo habentur specialia privilegia in aerario Cracoviensi.

Tranthnowycze, villa sub parochia ecclesiae de Miedzwyedz sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, quorum sex pro annuo censu solvunt

per duas marcas, alii vero sex per tres marcas; qui nihil laborant, neque solvunt ova, neque capones, aut caseos. Item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, quarum una solvit duas sexagenas, altera unam sexagenam; item villa praefata divisa est in duos altaristas seu lectores, et una pars habet praedium et sex cmethones, solventes per duas marcas, et unam tabernam, solventem duas sexagenas, et tres hortulanias, quarum una solvit sedecim grossos, et duae per octo grossos, laborantes unum diem pedestres in septimana, cmethones laborant duos dies in septimana, aequaliter ducturas ad rationem dierum faciunt, solvunta triginta ova, et duos capones et duas *powabas* extraordinarie cum tabernatore laborant. Item perceptio decimae manipularis de praefata villa diversificatur; nam de septem laneis et duabus tabernis tollit eam praebenda Cracoviensis, quae vocatur Raczyborowska, de aliis vero laneis tollit eam plebanus et ecclesia in Myedzwyedz.

Item in eadem villa est praedium et curia altaristae satis fructuosum, de quo decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Myedzwyedz.

Item villa Thranthnowicze confinat cum villis Sczepanowicze, Polyanowicze, Myedzwyecz, Czechy, Lossoskowicze et Krzyschowicze.

Item alter altarista sive lector habet alteram partem villae, in qua sunt sex lanei solventes per tres marcas, qui non solvunt capones, neque ova, neque laborant, nisi *powabam;* non est ibi praedium, neque hortulanus, solum una taberna solvens unam sexagenam.

Podstolycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, in qua septem lanei, quorum quilibet solvit pro censu annuo unam marcam, triginta ova, quatuor gallos, et unum diem proprio curru aut aratro in septimana laborat, faciens ducturas ad rationem dierum in septimana debitorum. Item est ibi molendinum, quod pro annuo censu solvit duas marcas, in flumine Wylga, et plebano unam mensuram avenae; item est una taberna plebani habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicario praebendae Cracoviensis, quae appellatur Schythniczska; item est curia in eadem villa, cuius agri solvunt decimam plebano ibidem in Podstolycze, et confinat cum villis Janowycze, Ochonin et Rzeschotari.

Item primus altarista seu lector tenetur duos actus in artibus laborare et duas missas ad altare explere, et quatuor marcas clerico altaris solvere; alter altarista sive lector tenetur unum actum in theologia vel philosophia legere, unam missam explere, et sex marcas ad bursam pauperum dare. Item clericus altaris praedicti habet decimam manipularem post praedium in villa Pyelgrzymowicze, nobilis Mlodzieiowsky, et quatuor marcas a primo

lectore; non tenetur ad aliquas missas, solum ad ministrandum, habet etiam domum propriam in castro.

Altare Sancti Andreae Apostoli.

Altare S. Andreae in Cracoviensi ecclesia, non habet capellam propriam, sed situm in choro ecclesiae, et sub fornice uno versus partem meridionalem applicatum. Quod per Navogium de Thanczyn, canonicum Cracoviensem, nobilem de armis Bippennium, sub ratihabitione et consensu capituli Cracoviensis a. D. 1369. privilegio capitulari, quod in Cracoviensi servatur ecclesia, desuper edito, fundatum est, et per praefatum Navogium de Thanczyn, canonicum Cracoviensem tribus decimis manipularibus praedialibus in villis Gnathowicze, Schadek et Lanthkowicze, item duabus areis in civitate Cracoviensi iuxta monasterium sanctimonialium S. Andreae, in quibus successu temporis, anno videlicet Domini 1460. Johannes de Thanczyn, castellanus Cracoviensis, duas domos ex muro coctili superaedificavit, dotatum.

Ordinat autem privilegium praefatum, quod collatio et iuspatronatus altaris praefati, pro medietate pertinet ad capitulum Cracoviense, et pro medietate ad nobiles et haeredes de Thanczyn, et quod altarista altaris praefati ad duas missas singulis septimanis ad huiusmodi altare, unam pro defunctis, feriis secundis, alteram pro peccatis, feriis sextis officiandas, et ad solvendum viginti tres scottos universitati Cracoviensi, et sanctuariis unum scottum, annis singulis teneatur; qui quidem vicarii, ratione huiusmodi pecuniae tenentur agere anniversarium Andreae de Thanczyn, palatini Cracoviensis, per vigilias novem lectionum et missam defunctorum, sonore cantandam, omnibus ecclesiae campanis per sanctuarios pulsatis; altare praefatum habet duos altaristas.

Primus Altarista.

Domus prima iuxta monasterium S. Andreae in platea castrensi pro media parte murata, pro media vero lignea, solvit altari praefato ratione census annui duas sexagenas.

Domus secunda iuxta monasterium S. Andreae in platea castrensi, pro media parte murata, pro media vero lignea, solvit ratione census annui altari S. Andreae et eius altaristae duas sexagenas.

Gnathowicze; decima manipularis prima praedialis in villa Gnathowicze, sub parochia ecclesiae de Konyuscha sita, in qua curia militaris, post cuius agros praediales, et nonnullos alios agros cmethonales, in una

parte in montibus versus Konyuscha sitos, decima datur pro altari praefato, et aestimatur valor eius ad unam marcam, et huius villae haeres, Johannes de Thanczyn, castellanus Cracoviensis, de domo Bippennium; caetera omnis decima spectat ad praebendam Cracoviensem, quae Doyaszdowszka intitulatur.

SCHADEK, villa sub parochia ecclesiae de Mlodzowy, cuius haeres Johannes de Thanczyn, castellanus Cracoviensis, de domo Bippennium, in qua omnes cmethones decimant pro episcopo Cracoviensi; unus tantummodo laneus, qui fertur fuisse praedialis, decimat pro altari praesenti, et aestimatur valor eius ad mediam marcam.

LANTHOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de . . . cuius haeres Otho Plechowsky de domo Bippennium, in qua post agros unius curiae praediales, qui aestimantur ad duos laneos, solvitur decima manipularis altari praesenti et aestimatur ad unam marcam; omnis reliqua decima ad episcopum Cracoviensem de laneis cmethonum pertinet.

Item altare praefatum habet unam marcam annui census de domo canonicali undecima ab acie, in parte sinistra, quam muro a fundamentis erexit huius altaris fundator Navogius de Thanczyn, canonicus Cracoviensis, item altari praefato S. Andreae, processu dierum alter altarista adiunctus est, et in dotem eius villa Kostrzecz collata per . . . .

Secundus Altarista.

KOSTRZYECZ, villa sub parochia ecclesiae de Thynyecz consistens, cuius etsi census annui de laneis ad altaristam secundum altaris S. Andreae pertineant, haeres tamen villae praedictae Johannes Rabstinsky, Andreae de Thanczyn, de domo Bippennium, habet totum residuum, videlicet duos gallos, triginta ova de laneo, quindecim de hortulaniis, et unum gallum et ducturam lignorum, quando moratur Cracoviae. Habet autem praefata villa quinque laneos seu areas cmethonales, et quilibet laneus solvit per quatuordecim scottos pro festo S. Martini. Item taberna habens agros, quae solvit sedecim scottos, item duae hortulaniae habentes agros, quarum una solvit viginti grossos, altera sedecim grossos, item de lacu et piscatura fluminis, ad cuius fluenta villa consistit, arendator anno quolibet solvit septem marcas, dando pro quibuslibet quatuor temporibus anni per septem fertones; item non est ibi praedium, item tam cmethones quam tabernator et hortulaniae solvunt decimam manipularem episcopo Cracoviensi et decimam canapi, et valor aestimatur ad quatuor marcas. Summa census, qui altaristae provenit, facit undecim marcas et sedecim grossos.

Altare Sancti Antonii.

Altare S. Antonii in ecclesia Cracoviensi non habet propriam capellam, sed in parte meridionali corporis ecclesiae uni fornici applicatum est, quod Johannes Kmitha, haeres de Wysznicze, capitaneus Cracoviensis, nobilis de domo Srzeniawitarum, sub pontificatu Floriani episcopi Cracoviensis, a. D. 1376. fundavit, dotans illud domo lignis aedificata, et area in platea canonicali seu castrensi in parte sinistra eundo ex castro in circum sita, et per eundem Johannem Kmitha, apud Derslaum dictum Carwaczyan, haeredem de Janowicze, coempta; de quo praefati Floriani episcopi et capituli Cracoviensis habetur privilegium speciale, ordinans, quod altare praefatum nulli debeat conferri per praefatum Johannem Kmitham, et suos posteros et successores, nisi actu sacerdoti, qui altare praefatum bis in septimana, duabus videlicet missis, una pro defunctis, altera pro peccatis, et caeteris pro devotione, agendo in ipsis praefati Joannis Kmithae et suae conthoralis memoriam specialem, teneatur officiare. Item cum processu dierum domus dotati altaris praefati fuisset incendio in totum conflagrata, nec aliquis ad reparandam eam animum vellet intendere, staretque annis multis desolata, et officia altaris ex defectu proventuum altaris forent intermissa, Thomas primus, episcopus Cracoviensis, huiusmodi defectui misericorditer compassus, duas decimas mensae episcopalis capitulari consensu accedente, altari praefato in vim et recompensam domus et areae praefatorum, in villis Rdzawa et Kamyona donavit; aream vero huiusmodi capitulo Cracoviensi inscripsit, in qua, et altera area sibi contigua, quam clerici canonistae ex donatione capitulari obtinebant, et quae magno aere et sumptu, sed maiori difficultate ab universitate Cracoviensi liberata est, domus pulcherrima muro coctili a. D. 1470. in anniversarium perpetuum Sbignei, sanctae memoriae cardinalis et episcopi Cracoviensis, superaedificata est per Johannem seniorem Dlugosch, sui testamenti executorem.

Rdzawa, villa sub parochia ecclesiae de Trzczyana sita, cuius haeres Johannes Rzdzawsky, nobilis de domo ......, in qua sunt septem lanei cmethonales, item taberna, item hortulaniae ...., de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum ab altarista eligendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad duas marcas, aliquando ad tres; in eadem villa est una curia militaris, cuius agri praediales solvunt decimam manipularem plebano et ecclesiae in Trzciana, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Kamyona alias Osszykowa, villa sub parochia ecclesiae de Trzsciana, cuius haeres Urbanus Lapka, nobilis de domo Druszina, in qua sunt

sedecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. Non est ibi taberna, non sunt hortulaniae, neque molendinum; curia est noviter facta, quae ex agris cmethonum praedium sibi constituit, sed decimam manipularem dat in *gonithwam* pro altari praefato.

Altare Omnium Sanctorum.

Altare Omnium Sanctorum in ecclesia Cracoviensi situm, non habet capellam propriam, sed in angulo iuxta sacristiam, ad partem orientalem locatum est, sub passione Dominica constructum. Quod Nyemyerza de Chrzelow, custos S. Floriani et canonicus Cracoviensis, nobilis de domo et armis Vulpium sub pontificatu Petri Wisch, episcopi Cracoviensis, a. D. 1404. fundavit et dotavit, dans eidem altari in dotem villam Wangercze, a Johanne de Lawszow pro quadringentis marcis latorum grossorum comparatam, cum omni iure et dominio saeculari, onerans quemlibet altaristam pro tempore ad legendum singulis septimanis tres missas defunctorum, et ad servandum circa altare praefatum clericum perpetuum, duabus marcis per annos singulos solariandum, qui omnibus quibuscumque sacerdotibus intraneis et extraneis notis tamen et receptis circa altare praefatum celebrare volentibus, singulis diebus, et sub omni tempore, quo res agitur divina, servire et singula ad rem divinam administrare superpelliciatus teneatur; item ad dandum vicariis Cracoviensibus annis singulis tres marcas, pro laboribus quatuor anniversariorum, quibuslibet quatuor temporibus per vigilias novem lectionum et missam ad altare huiusmodi decantandorum, item ad dandum universitati mansionariorum Cracoviensium quotannis unam marcam, unam missam defunctorum singulis septimanis ex ordine, pro remedio animae praefati Nyemyerze celebraturis; iuspatronatus dicti altaris sibi et nepoti suo germano Johanni Pelcze de Chrzelow, primo et principali suae domus per lineam masculinam de suis armis proximius descendente, reservans, prout haec omnia latius in privilegio originali, quod in aerario servatur Cracoviensi, continentur.

Wangiercze, villa sub parochia ecclesiae de Wyeliczka sita, in strata publica eundo ex Cracovia in Bochnyam, cuius proprietas et plenum dominium ad altare praefatum pertinet; in qua sunt octo lanei cmethonales, quorum quilibet pro censu annuo solvit altaristae unam cum dimidia marcam; item sunt duae tabernae habentes agros, quae pro censu annuo solvunt altaristae sex cum media marcas, item quilibet cmetho de laneo solvit altaristae triginta ova, duos capones, avenam seu *osszep* per unam mensuram avenae,

solvunt caseos; item tres hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit per decem scottos; item non est praedium in eadem villa, sed est pratum bonum ad altaristam pertinens, quod cmethones per se falcastrare et cum tabernatoribus et hortulanis foenum rastrare, disponere, et in horreum altaristae conducere tenentur. Item cmethones non faciunt aliquos labores, sed ducturas faciunt ordinarie proprio curru, item in eadem villa sunt duo lanei speciales ad Petrum Kowalyecz, nobilem de armis ...., item de foeno proveniunt omni anno quinque acervi, item taberna solvit duas mensuras avenae, item hortulanus quilibet solvit duos gallos, quindecim ova, item decima manipularis eiusdem villae etiam post laneos Petri Kowalyecz pertinet absque diminutione, etiam post tabernatores et hortulanos, pertinet ad vicariam praebendae Cracoviensis, quae vocatur Krzeslawska.

Item villa eadem confinat cum Slyedzeyowicze, et altera Wangiercze sanctimonialium de Staniątki.

MARCZINOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Mstyczow sita, in qua curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur altari praefato, et valor eius aestimatur ad novem marcas. Haeres villae ....

KOBIERZYNO, villa sub parochia ecclesiae de Rumpella sita, cuius haeres Johannes Glowacz, de armis Dambno, in qua unus laneus ad altare huiusmodi pertinens, cum omni iure, de quo altaristae solvuntur duae marcae, cum uno fertone; item duos gallos, triginta ova et unam mensuram avenae et duos caseos; item in eadem villa est curia militaris habens praediales agros, de quibus decima manipularis solvitur altari praefato et valor eius aestimatur ad unam sexagenam.

Altare praefatum taxatum est ad ....

Altare Sanctae Elisabeth.

Altare S. Elizabeth in Cracoviensi ecclesia non habet capellam propriam, sed in mansionariorum capella, in angulo ad cornu sinistrum altaris majoris, ad sepulchrum Granowska, nobilis matronae de domo Bippennium, reginae quondam Poloniae, situm est, sepulchrum Johannis Radlicza, episcopi Cracoviensis adumbrans, quod Joannes Granowsky de Pilcza, nobilis de domo Leliwa, filius praefatae Elizabeth Granowska, post mortem eius fundavit, et dotem illi duodecim marcarum in villa sua Branicze sub parochia ecclesiae de Ruscza sita, singulis annis tollendam perpetuo constituit, ea tamen interposita conditione, quod si alium aequalis quantitatis censum ordinaverit, ex tunc villa Branicze a censu huiusmodi libera erit et soluta; constituens, ut altare huiusmodi universitas vicariorum in sua potestate et

collatione habeat, et vacatione eius occurrente, duos viros ex se eligendos, praefato Johanni Granowsky et successoribus suis praesentet, quorum unum eligere tenebitur, locique ordinario praesentare ad instituendum; qui institutus si aliquo pacto vicarius ecclesiae Cracoviensis esse desierit, altare praefatum eo ipso facto censebitur vacare, vicariique Cracovienses modo praescripto ad illud duas personas ex se eligent, patrono praefato praesentandas, quorum unus acceptatus debebit investiri. Ordinavit insuper, ut censum praefatum duodecim marcarum altarista ex vicariis eligendus, praesentandus et investiendus et universitas vicariorum iuste per medium, et ex aequo inter se annis singulis dividant, ita quod altaristae cedant sex marcae, universitati vero vicariorum aliae sex marcae, et quod altarista quilibet circa altare praefatum singulis hebdomadis tres missas, unam videlicet pro peccatis feria quarta, duas vero pro defunctis feriis secunda et sexta, nisi festum solenne aut octava solennis impediret; in quibus diebus missas alias pro devotione sua legere poterit, faciendo in eis fundatorum memoriam specialem. Universitas autem vicariorum et praefatus altarista tenebuntur agere anniversarium praefatae Elizabeth Granowska et suorum praedecessorum et successorum, in die obitus sui, et in quibuslibet quatuor temporibus, per vigilias novem lectionum die praecedenti, et missam defunctorum voce sonora die subsequenti; divisuri inter praesentes in die anniversario duas marcas et in singulis quatuor temporibus per unam marcam; et de hac dotatione et ordinatione habetur privilegium speciale praefati Joannis Granowsky in ecclesia Cracoviensi et sub vicariorum potestate a. D. 1426. confectum.

Altare Trium Regum unum, item Purificationis Sanctae Mariae Virginis altare alliud.

Altaria duo in ecclesia Cracoviensi, videlicet Purificationis S. Mariae et Trium Regum habent specialem capellam in angulo ad partem meridionalem sitam, per Zawissium episcopum muratam; fundator autem praedictorum altarium erat Nicolaus de Michalow, castellanus et capitaneus Cracoviensis, nobilis de domo Rossae et eiusdem Zawiszii episcopi, germanus nepos. Fundatio autem altarium praefatorum privilegiata et facta est per Sbigneum episcopum Cracoviensem a. D. 1436.; ex privilegio autem huiusmodi satis constare potest, quod altare Purificationis praefatum dudum fuit, et est fundatum, sed quo tempore et per quem, parum constat; habuit autem pro antiqua dote unicam decimam manipularem in Krolowycze.

Krolowycze, villa sub parochia ecclesiae de Bessczе sita, in qua duo milites videlicet Johannes Krolyowsky de armis Streparum, habens octo laneos, et praedium curiae, duas hortulanias et unam tabernam,

de quibus decima datur altari exaltationis Sanctae Crucis in ecclesia Craconviensi; alter autem miles Johannes Probolowsky, habet ibi tres laneos cmethonales, duas hortulanias et unam tabernam, habentes agros, de quibus decima solvitur altari Purificationis et aestimatur ad tres marcas; item praedium militare Probolowsky solvit decimam ecclesiae parochiali in Beszdzedza.

Item augendo dotem altaris praefati praedictus Nicolaus, castellanus Cracoviensis, de scoltetia sua haereditaria in Lubocza, villa, unum laneum et censum sex marcarum ex eo provenientem, libertando dictum laneum ab omnibus laboribus, daciis et tributis; item decimam manipularem praedialem in villa sua Skorczow, sub parochia ecclesiae de Magna Casimirza sitam, cuius valor aestimatur ad tres marcas; obligando altaristam ad personalem residentiam, et ad tres missas, feria secunda pro defunctis, quarta pro peccatis, et die sabbatho de Beata Virgine hebdomadatim legendas, diebus solennibus et festis duplicibus duntaxat exceptis. Altare praefatum taxatum est ad . . . . .

Item altare Trium Regum pro dote sua habet proventus infrascriptos, et primo, habet decimas praediales in villis infrascriptis:

Colossi, villa sub parochia ecclesiae de Sokolina sita, cuius nunc haeres Dobeslaus Kmitha, castellanus Lublinensis, habens praedium militare, de quo decima solvitur manipularis altari praedicto, cuius valor aestimatur ad tres marcas.

Lubocza, villa monasterii sanctimonialium de Zwierzynyecz, sub parochia ecclesiae de Pleszow sita, in qua post agros scoltetiales, item araturas duarum tabernarum et omnium hortulanorum, ad scoltetiam pertinentium et agros speciales colentium, decima manipularis solvitur et in horreum ducitur altari praefato; item post omnes laneos cmethonales solvitur et conducitur decima granalis alias maldratae, per quatuor mensuras aequales, siliginis, tritici, et avenae pro monasterio Zwierzynecensi.

Carnyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Bolechowycze sita, cuius proprietas pertinet ad Johannem de Thanczyn, castellanum Cracoviensem et filios suos, in qua praedium militare unum, de cuius agris solvitur decima manipularis altari praefato, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item Nicolaus, castellanus Cracoviensis praedictus, dedit in dotem unam tabernam in villa praefata Lubocza, cum censu annuo, libertando eam ab omnibus censibus et tributis.

Item altaria praefata duo et eorum altaristae pro tempore, habent domum muratam in platea canonicali Cracoviensi sitam, et sumptibus domini Nicolai castellani Cracoviensis muratam, altarista etiam altaris praedicti tenetur ad residentiam personalem et ad tres missas, feria secunda pro

defunctis, quarta pro peccatis et die sabbathi de Beata Virgine, hebdomadatim legendas, diebus solennibus et festis duplicibus duntaxat exceptis.

Item altare praefatum taxatum est . . . . .

Altare Sanctae Hedvigis.

Altare S. Hedvigis non habet capellam propriam, sed situm est in ecclesia Cracoviensi iuxta ostium australe, in parte sinistra, ecclesiam maiorem Cracoviensem intrando; fundatum est et dotatum per Christinum de Ostrow, castellanum Cracoviensem, nobilem de domo et genere Rawitarum a. D. 1418.; in cuius quidem altaris dotem duae decimae manipulares in villis Slawkowycze et Kamyk per ecclesiam et capitulum Cracoviense praefato altari S. Hedvigis et eius fundatori Cristino de Ostrow, castellano Cracoviensi donatae et inscriptae sunt, ex causa permutationis, pro domo lapidea circa valvam, qua itur ad pistrinam regalem, et ad Vislam sub castro, quae olim balneum regale alias castrense, ut erat, dicebatur, et quam praefatus Cristinus de Ostrow donatione perpetua et irrevocabili per Vladislaum Secundum, Poloniae regem, dari sibi et inscribi obtinuerat; de quibus omnibus in ecclesia Cracoviensi habentur legitima privilegia scripta et munimenta.

Slawkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Biskupicze sita, cuius haeres Petrus Blandowsky, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt septem lanei cmethonales, item taberna una, item hortulania una, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas ducitur propriis curribus in horreum ab altarista constituendum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et valor decimae aestimatur ad septem marcas, item in eadem villa est curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis datur plebano et ecclesiae in Lyanszyany.

Kamik, villa sub parochia ecclesiae de Nyegowyedz sita, cuius haeres Petrus Kostrzeczsky, nobilis de domo Szarzya, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro altari praefato, et propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et aestimatur valor decimae ad quatuor marcas; non est ibi taberna, neque hortulaniae, neque molendinum, curia est una noviter facta, quae ex agris cmethonum praedium sibi constituit, sed decimam manipularem dat in *gonithwam* pro altari praefato.

Altare Sanctorum Dionisii, Viti, Fabiani et Sebastiani Martyrum.

Altare Sanctorum Dionisii, Viti, Fabiani et Sebastiani, non habet capellam propriam, sed situm est in ecclesia Cracoviensi contra sepulchrum Casimiri Secundi, Poloniae regis, secus stalla canonicalia, confrontatum capellae S. Joannis Baptistae; cuius primarius fundator et dotator est et fuit Johannes de Czyszow, castellanus et capitaneus Cracoviensis, nobilis de armis et familia Polukoza, dictique altaris iuspatronatus et collatio ad ipsum et filios, atque proximiores suos debet perpetuo pertinere; iuxta quod etiam altare corpus eiusdem Johannis de Czyszow, castellani Cracoviensis, sub tumba, seu tabula aerea requiescit; fundatum est autem altare praefatum per praelatum Johannem de Czyszow, castellanum Cracoviensem anno D. 14 . . sub tempore et regimine episcopi Cracoviensis, et de eius speciali annuentia et consensu, circa quod duo altaristae perpetui et titulares instituti sunt, illud officiaturi et administraturi. Dotem autem congruam praefato altari pro utroque altarista, dictus Johannes de Czyszow assignaturus, censum perpetuum unius sexagenae latorum grossorum, qui barchrath vulgariter appellatur, in zuppis Bochnensibus comparavit; Nicolaus si quidem Szeraphim de Dambrowka, gladifer Cracoviensis, existens zupparius Wieliciensis et Bochnensis pro tempore, specialem montem foveam seu *schybam* in zuppis Bochnensibus propriis sumptibus aperuerat; ratione cuius *schyby* sibi census unius sexagenae latorum grossorum, qui communiter barchrath dicitur, perpetuo debebatur, quem cum Conrado dicto Kuncza Raich, consuli Cracoviensi, pro mille ducentis marcis latorum grossorum vendidisset, praefatus Joannes de Czyszow, castellanus Cracoviensis, ipsam apud praefatum Reych Kunczam pro mille sexingentis florenis iure haereditario coemit et comparavit, et partem quandam huiusmodi census, videlicet quindecim marcas latorum grossorum, in dotem praefati altaris consignavit, donavit, et perpetuo inscripsit; totum vero residuum eiusdem census, mansionariis per eum apud ecclesiam parochialem in Czyszow inscripsit, donavit et dedit, quem quidem censum unius sexagenae, pro ipsius ampliori subsistentia et duramento, praefatus Joannes de Czyszow, de zuppis Bochnensibus in Vielicienses per Casimirum Tertium, Poloniae regem obtinuit transferri.

Primus altarista altaris praefati, Jacobus de Yskrzyna, presbyter Praemysliensis dioecesis, habet pro dote sua in zuppa Wieliciensi et in censu baechrath septem marcas latorum grossorum. Secundus altarista altaris praefati, Nicolaus de Thluczany, Cracoviensis dioecesis, habet pro sua dote

et fundo in zuppa Wieliciensi et in censu barchracht, septem marcas latorum grossorum; item ambo altaristae ex privilegio et fundatione, tenentur dictum altare singulis diebus, etiam solennibus, dominicis et festivis, missam defunctorum per vices alteratas officiare. Item utrumque altare habet de praefato censu Wieliciensi barchrath praefato, unam marcam latorum grossorum pro luminaribus et cera.

Item utrumque altare taxatum est ad . . . .

Altare Sanctorum Innocentum.

Altare Sanctorum Innocentum habet capellam propriam versus aquilonem, in modum arcus seu fornicis, dudum sub loco, in quo caput S. Stanislai martyris et pontificis gloriosi ostendi solitum est, sitam et muratam; verum tamen Hincza de Rogow miles, castellanus Sandomiriensis, nobilis de domo et familia Dzialoszya, ampliavit illam et arcum eius dilatavit, picturisque et imaginibus fecit decoram, et ante illam sepulchrum insigne sub tabula aerea, ut illic sua et genitoris sui Hinczae de Rogow, castellani Rospergensis et regni Poloniae vicethesaurarii, ossa possint recondi, fabricavit; qui etiam a. D. 1465. prima die Iulii de voluntate et consensu Joannis Luthkonis, episcopi Cracoviensis, et sui successoris Joannis Rzeszowsky, fundavit successive quatuor altaristas in capella praefata, et quintam clericaturam.

Et primo altaristae Alberto de Gayanczicze, duodecim marcas pro suo quaestu et solario, item pro cera eidem duas marcas communis pecuniae, annis singulis in censu zupparum Wieliciensium, qui se singulis septimanis extendit ad unam cum media marcas latorum grossorum Pragensium, et ad tres fertones monetae usualis, quem censum idem Hincza de Rogow primo emit apud Conradum dictum Reich Kuncza, consulem Cracoviensem, et deinde apud serenissimum Casimirum, Poloniae regem Tertium, pro mille tricentis quinquaginta marcis latorum grossorum Pragensium, et pro septingentis marcis monetae polonicalis, et pro quingentis florenis hungaricalibus. Et is primus altarista ad legendum quatuor missas singulis septimanis astrictus est, unam de Sancta Trinitate, secundam pro defunctis, tertiam de Corpore Christi, quartam de Beata Virgine Maria; cuius altaris praesentatio ad capitulum Cracoviense perpetuo debebit pertinere, alia pars dicti census, una videlicet marca latorum grossorum pro personis miserabilibus, in hospitali Sancti Spiritus in Cracovia degentibus, debet converti; item media marca latorum grossorum eiusdem census, pro aliis miserabilibus personis in hospitali Sanctae Hedvigis in Stradomia degentibus, singulis septimanis debet converti, item de huiusmodi censu hospitale leprosorum

Sancti Leonardi septem cum media marcas, item aliud hospitale leprosorum S. Valentini, alias septem cum media marcas, item monasterium feminarum Sanctae Agnetis in littore, decem marcas communis pecuniae annis singulis tollent perpetuo in usus suos. Si vero census ipse, quoniam titulo reemptionis venditus est, per Poloniae regem redemptus fuerit, capitulum Cracoviense inprimis de summa capitali tollet quadragintas marcas latorum grossorum Pragensium et pro altarista et cera iustum censum comparabit.

Item hospitale S. Spiritus tollet de summa capitali . . . .

Item hospitale S. Hedvigis tollet de summa capitali . . .

Item hospitale leprosorum S. Leonardi tollet . . .

Item hospitale S. Valentini tollet . . .

Item monasterium S. Agnetis tollet . . .

Et pro huiusmodi summis iustos census comparabunt.

Secundus altarista Albertus de Bogumilowicze, qui in praetorio Cracoviensi et in pensa maiori habet pro censu perpetuo duodecim marcas communes, et duas marcas pro cera, qui per praefatum Hinczam pro trecentis marcis communis apud consulatum Cracoviensem titulo reemptionis coemptus est, et consulatus Cracoviensis habebit iuspatronatus perpetuo; altarista leget singulis septimanis quatuor missas, unam de S. Trinitate, secundam pro peccatis, tertiam de Corpore Christi, quartam de Beata Virgine.

Tertius altarista magister Venceslaus de Brodnia, qui in praetorio Cracoviensi habet censum pro se duodecim marcarum, et pro cera duarum, quem emit praefatus Hincza titulo reemptionis pro trecentis quinquaginta marcis, et consulatus Cracoviensis habebit iuspatronatus perpetuo. Altarista leget quatuor missas, unam de S. Cruce, secundam de S. Joanne Baptista, tertiam de Apostolis, quartam pro defunctis.

Quartus altarista Clemens de Oppathowyecz, qui in praetorio Cracoviensi habet censum pro se duodecim marcarum, et pro cera duarum, quem emit praefatus Hincza titulo reemptionis pro trecentis quinquaginta marcis, et consulatus Cracoviensis habebit iuspatronatus perpetuo. Altarista leget quatuor missas, unam de Assumptione, secundam de S. Joanne Evangelista, tertiam de Angelis, quartam pro defunctis. Consulatus Cracoviensis si census redimi contingat, providebit iurepatroni de aliis censibus.

Clericus Nicolaus de Orlow, de censu quatuordecim marcarum, quem emit praefatus Hincza titulo reemptionis pro ducentis marcis, apud Jacobum abbatem et conventum de Brzeszko, in universo censu villae Gonow, habebit pro se sex marcas, unam missam singulis septimanis de Assumptione leget, et quatuor altaristis ad altare deserviet. Ad clericaturam vacantem, senior domus, quem altaristae absque clerico eligent, personam idoneam substituet, qui senior ex censu Gonow, duas marcas habebit. Item duas pro

reparatione necessariorum capellae, duas pro refectione domus, et residuas duas pro lignis.

Domum habebunt perpetuam contiguam ecclesiae S. Georgii, quae quondam mansionariorum erat, praefati Hinczae sumptibus muro et ligno constructam.

Altare praefatum vicarii Cracovienses tribus missis, et impedimento interveniente altare proximum Sancti Martini officiare tenentur, ratione trecentarum quinquaginta marcarum, eis per praefatum Hinczam datarum, pro quibus censum viginti quinque marcarum emerunt titulo reemptionis apud Joannem Amor Tarnowsky in censibus oppidi sui Tarnow.

Item sciendum, quod praefatus Hincza de Rogow, castellanus Sandomiriensis, propitiationem divinam obtenturus, in fundo areae suae haereditariae in castro Cracoviensi, inter domum Johannis Glowacz, palatini olim Sandomiriensis ab una, et domum granarii, quae nunc est praebendariorum Sanctae Trinitatis, partibus ab altera contigua, muro castrensi sita, aedificavit ex muro coctili domum pulchram, conferens eam perpetuo mansionariis Cracoviensibus, et aream, quae erat mansionariorum, pro suis altaristis recipiens. Ratione cuius beneficii collegium mansionariorum Cracoviensium officiabunt altare Sanctorum Innocentum singulis septimanis, una missa defunctorum, et in singulis quatuor temporibus, quilibet mansionarius unam missam defunctorum pro anima praefati Hincze leget et novem lectionum vigilias, in die etiam obitus praefati Hinczae, videlicet quarta Februarii, simile anniversarium collegium mansionariorum eidem Hinczae, velut suo benefactori singulari, peraget.

Altare Sanctae Mariae Magdalenae.

Altare Sanctae Mariae Magdalenae in ecclesia Cracoviensi, non habet capellam propriam, sed situm est in capella mansionariorum, versus meridionalem partem, quod duobus decimis manipularibus in villis Godkowicze et Czalowicze, sive Czayowicze dotatum est; per quem autem, aut quo tempore, quove anno fundatum et dotatum sit, diligenter perquirens, investigare non potui, propter privilegii suppressionem.

Gotkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Girzmanowicze sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad serenissimum dominum Poloniae regem, in qua sunt sex et una virga lanei cmethonales, item una taberna habens agros; de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per incolas villae propriis curribus ducitur in horreum ab altarista locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas. Hortulaniae illic non sunt; item est ibi

septimus laneus, qui olim erat scoltetialis, et redactus est in cmethonalem, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Gyrżmanowicze.

Czyalyowicze alias Czyayowicze, villa sub parochia ecclesiae de Alba Ecclesia sita, cuius haeres Nicolaus Czayowsky, nobilis de domo Lelywa, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato, et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum ab altarista eligendum. Item in eadem villa sunt duo lanei, quondam eiusdem villae scoltetorum, quos hactenus haeres eiusdem villae, depositis scoltetis pro sua curia arat, decimam vero manipularem de eisdem in *gonithwam* dat altari, decima canapi excepta; cmethones autem eiusdem villae solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae praefatae aestimatur ad decem marcas, item in eadem villa curia militaris habens agros praediales, sed paucos, vocatos iutrzyny, de quibus dabat decimam manipularem plebano et ecclesiae de Alba Ecclesia; sed Matthias de Grodzecz modernus altarista illam iure acquisivit, praefatus etiam haeres colendo agros cmethonales desertos, abstraxit decimam ab altari, et applicavit eam plebano de Alba Ecclesia. Item plebanus de Alba Ecclesia habet in dicta villa Czyayowicze unum laneum pro suo praedio, de quo etiam solvitur decima manipularis pro altari in *gonithwam*.

Collatio et iuspatronatus praedicti altaris pertinet ad episcopum Cracoviensem pleno iure.

Altare Sancti Adalberti.

Altare S. Adalberti martyris et pontificis, in ecclesia Cracoviensi non habet capellam propriam, sed situm est in parte aquilonari sub fornice medio chori, inter altare Visitationis Sanctae Mariae et altare Transfigurationis Domini, cuius Cracoviensis episcopus pro tempore, unicus est collator et patronus; sed per quem, aut quo tempore, aut anno fundatum sit, fundationis et dotationis privilegio suppresso et abolito, non invenio. Habet pro dotis suae fundo decimam manipularem in villa Stradnlicze.

Stranlicze, villa sub parochia ecclesiae de Magna Casimiria sita, cuius haeredes Jura dictus Lapka Lapanowsky de domo Druszyna, et Kelczyus Budzischewsky, de domo Habdank, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari praefato et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum ab altarista locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae praefatae aestimatur ad duodecim marcas. Item in eadem villa sunt duae curiae militarium, habentes duo praedia specialia, et utrumque praedium solvit decimam manipularem plebano et ecclesiae in Magna Casimiria iure

parochiali, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas; item sunt ibi duo hortulani, sed non habent agros.

Item altare praefatum de antiqua et diuturna consvetudine oneratum est ad duas missas hebdomadis singulis, per altaristam pro tempore circa altare praefatum legendas, videlicet ad unam pro defunctis et ad alteram de Beata Virgine.

Fundatio praedicatoris in ecclesia Cracoviensi.

Rara et plurimum infrequens apud universam Polonici regni ecclesiam declamandi in vulgari Polonico ad plebes fiebat praedicatio; rarus eruditionis et pronuntiationis legis divinae sermo; quoniam, qui sunt scite et competenter proferrent, ob defectum et penuriam tam doctrinae, quam librorum pauci extabant; omnibus Polonis, propter paucos aut studiosos, aut monasticos et religiosos, et hos pro maxima parte forenses, peregrinam lingvam sonantes, ad vitam mundanam et saecularem conversis, et ab horrentibus a studio litterarum, fastidientibusque laborem evangelicae praedicationis. Universitatis deinde studii generalis in civitate Cracoviensi per Vladislaum Secundum, genere Lithwanum Poloniae regem, et consortem suam Hedvigim, filiam Ludovici Hungariae regis, Poloniae reginam, a. D. 1400. factam, plantatio, neglectum illum atque deformitatem tam diuturno tempore vigentem, sustulit. Coeperunt enim extunc non in civitatibus tantummodo oppidis, atque castellis, sed in vicis, atque villagiis regni Poloniae doctorum atque discretorum hominum linguis, crescente studio et librorum numero, fieri praedicationes, et simplicium agrestium et rudium hominum pectora, ex auditu frequenti legis et praedicationis divinae, ingenia potiora limata, atque cultiora, et ex pravis operibus atque moribus ad rectas operationes et studia sortiri; hunc quoque defectum, ecclesiam Cracoviensem maiorem longaevo spatio etiam studio generali in Cracovia florente, pervagantem, Sbigneus sanctae memoriae cardinalis et episcopus Cracoviensis, summovit, et ecclesiae Cracoviensi, in qua ordinarie nonnisi per fratres praedicatores et minores in certis duntaxat festivitatibus, quas stationes appellabant, extraordinarie vero nonnisi precario et sub multiplici, qui interveniebat frequentius, defectu, praedicabatur, singularem praedicatorem perpetuum et assiduum, theologiae aut canonum, aut saltem artium doctorem ad praedicandum in quadragesima singulis diebus, sub alio vero tempore in singulis celebritatibus et diebus dominicis verbi Dei ad populum, instituit, et praedicatoriam perpetuam a. D. 1454.; in cuius fundationem illustris et devota femina Elizabeth, genere Hungara, proprius Spithkonis de Melsthyn palatini Cracoviensis, expost vero Joannis Sambiensis seu Monsterbergensis ducis

relicta, centum octuaginta marcas donaverat, fundavit; altare quoque S. Joannis Baptistae in ecclesia Cracoviensi collationis ordinariae, cuius proventus inter altaria ecclesiae Cracoviensis singulariter descripsimus, extincto eius titulo, annexit; duas quoque decimas manipulares, videlicet in Obraszowicze et in Wyanczslawska Wolya de mensa episcopali, consensu capituli Cracoviensis accedente, pro firmiori subsistentia praedicatoris donavit, contulit et incorporavit, specialique privilegiavit litteris suo et capituli sui sigillis, quae in armario Cracoviensis habetur ecclesiae, communita, obligans praedicatorem pro tempore, ad dandum vicariis Cracoviensibus ex decimis praefatis unam marcam annis singulis, pro cantu sequentiae inter natos mulierum, quem explere in die S. Joannis Baptistae, aut eius octava obligantur.

Obrzazowycze, villa sub parochia ecclesiae de Prandoczyn sita, cuius haeres Zegotha Necanda de armis et familia Bippennium, nobilis, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro praedicatoria praefata et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a praedicatore locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et aestimatur valor decimae praefatae ad sedecim marcas communis pecuniae. Item in eadem villa est praedium unum militare, item quatuor hortulaniae habentes agros, ex praedio eis largitos, de quibus aliquibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Korzegwya, et valor aestimatur eius ad duas marcas; de aliquibus vero ecclesia in Prandoczyn, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wyanczslawska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Goschczya sita, cuius haeredes Stanislaus et Jacobus de armis et familia Lelywa, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item taberna habens unum laneum integrum, item hortulani quatuor habentes agros curiales, qui vocantur *iutrzyny*; item decima manipularis in villa eadem diversificatur; nam de omnibus agris et laneis tam cmethonalibus quam tabernatoris in parte occidentali et aquilonari ex illa parte villae versus Miechow oppidum, et Wilczkowicze villam iacentibus, solvitur decima manipularis pro praedicatoria praedicta, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a praedicatore locandum, et solvunt decimam canapi per duas ierugas et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; de laneis vero et agris cmethonalibus, et de agris omnium hortulanorum versus orientem et meridiem et versus Cracoviam et Wianczslawicze sitis, percipit decimam manipularem ecclesia parochialis et plebanus in Wyanczslawicze. Est etiam in eadem villa una curia militaris, habens agros praediales speciales, de quibus decimam manipularem percipit ecclesia et plebanus in Wyanczslawicze, et valor decimae praedialis, et post cmethones et hortulanos, quam

percipit plebanus in Wyanczslawicze, aestimatur ad quinque marcas. Item curia militaris, et omnes hortulani iure parochiali, pertinent ad ecclesiam in Wyanczslawicze; cmethones vero omnes et tabernator pertinent ad ecclesiam in Gostczya villae praefatae Wyanczslawska Wolya.

Collegium mansionariorum. Carebat annis plurimis Cracoviensis ecclesia mansionariorum collegio et solo praelatorum et canonicorum contenta numero,

qui per vicarios suos perpetua dote institutos, officia psallebant nocte et interdiu in ipsa ecclesia divina, ea tantummodo, quae ab ecclesia universali pro commemoratione quotidiana sunt instituta. Officium dominae nostrae Virginis Mariae negligebant, quod in cantu saltem neque in Cracoviensi ecclesia, neque in metropolitana Gneznensi, neque in aliqua cathedralium Polonicalium ecclesiarum aut audiebatur, aut noscebatur, oraque Dominae nostrae Virginis benedictae horas iubilantium et canentium clausa erant, praeterquam, quod vicarii Cracovienses horas ipsas non in cantu et voce sonora, sed sub lectionis more torrenter, iuxta ac hactenus faciunt, pronunciabant, duravitque huiusmodi nostrae Dominae et tam coelestis, quam terrenae Imperatricis in Cracoviensi cathedra negligentia, ab eius fundatione et primordio, usque ad pontificatum Zawischii de Kuroswanky, nobilis de domo Rossae, qui in numero pontificum Cracoviensium trigesimus secundus, Floriano de Mokrzsko a. D. 1378. succedens, hunc ruborem neglectum atque ignominiam ab ecclesia Cracoviensi primus detersit, collegioque mansionariorum et speciali capella ipsam ecclesiam Cracoviensem primus insigniendo extulit et nobilitavit, fundans de consensu capituli collegium mansionariorum de octo personis, videlicet uno praecentore, sex mansionariis et uno clerico, atque illud decimis manipularibus mensae episcopalis a. D. 1379. sufficienter dotans et instituens, nulli alteri principaliter rei, quam officio Dominae nostrae in cantu et voce sonora in Cracoviensi ecclesia integraliter in horis et missis explendo diligenter et cum sollicitudine vacaturos, volens atque decernens, ut mansionarii huiusmodi sint sacerdotes, et continue residentes, manuales et temporales, nullum beneficium habente[illegible] non perpetui ad nutum suorum superiorum, praevia tamen causa ration[illegible] removibiles ab administratione; conferens eis decimas manipulares mensae episcopalis in villis: Grodthkowicze, Gethczyna Wolya, Lanczowicze, Gruszow, Blandowka, Sanspow, Porambka Jaszkonis, Sczekarzowicze, Nyewyatrowycze, Zyelenycze, Smarzszowicze; item unum hortum in Czarna Wyesz, ex opposito molendini Byenyaszy in suburbio Cracoviensi. Onerans praefatos mansionarios ad

omnes horas canonicas et missam de Beata Virgine Maria, singulis septimanis in cantu, et ad tres missas voce submissa, per quemlibet mansionarium qualibet hebdomada explendas; quas in privilegio singillatim designat, obligans etiam eos ad suum anniversarium singulis septimanis, feria quinta, vigilias novem lectionum, et in crastino feria sexta, missam defunctorum agendam. Ordinans insuper, ut de praeceptoria et tribus primis mansionariis principalioribus in ordine, episcopus Cracoviensis pro tempore, de reliquis vero tribus mansionariis et clerico, capitulum Cracoviense provideant, committens clerico praefato curam, claves et procurationem in oleo, luminibus, et purgatione, et candelarum accensione capellae. Super quibus omnibus et aliis singillatius ordinatis, habetur in ecclesia Cracoviensi, praefati Zawischii episcopi privilegium speciale, ipsius et capituli Cracoviensis sigillis munitum; quod licet disponebat, ut in capella angulari, circa antiquam turrim contra ecclesiam S. Michaelis sita, et per ipsum Zawischium episcopum a primis fundamentis coepta, huiusmodi mansionariorum collegium horas Virginis benedictae debebat cecinisse; voluntas tamen sua vel propter inperfectionem capellae, vel propter loci incommoditatem sequuta non est, et cantus ipse in capellam choro confrontatam, et in orientem versam, quam Vladislaus Secundus Poloniae rex, graeco opere depingi procuravit, et quae nunc mansionariorum appellatur, translatus est.

Praecentoria habet tres decimas.

Grothkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Chelm, et prope fluvium Raba sita, cuius haeres Jacobus Rosperzsky, nobilis de domo Flammarum alias Plomien. In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis mansionariis et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iuncturas et valor decimae aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad sex. Item non est ibi taberna, sed est una curia militaris, habens agros praediales, sunt etiam duae hortulaniae, habentes agros ex praedio eis adiunctos, de quibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Gora.

Gethczyna Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Pogwisdow sita, cuius haeres Stanislaus Myeszkowsky, nobilis de domo ...... In qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus fere omnibus praeter unum, de quo decimatur plebano et ecclesiae in Pogwiszdow, solvitur decima mansionariis et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas; non est ibi taberna neque hortulania,

neque molendinum. Item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Pogwiszdow.

Lanczowicze, villa sub parochia ecclesiae de Chelm prope fluvium Raba sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatissam et monasterium sanctimonialium de Sthanyantky, in qua sunt quatuor lanei cum medio cmethonales, item una taberna, item hortulania una habens agros; de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis et propriis curribus per incolas ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad quinque marcas. Est etiam ibi molendinum, sed non habet agros; item est curia coenobialis habens agros praediales, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed illam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Prima mansionaria habet unam decimam.

Gruschow, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeredes Stanislaus Kawaczsky de domo . . . . Johannes Czyarnek de domo . . . . Nicolaus Krzyesz de domo . . . . et Stanislaus Goszwiczsky de domo . . . ., in qua sunt decem lanei cmethonales, item tres tabernae, item hortulaniae, item unum molendinum, quae omnia habent agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et propriis curribus per incolas ducitur pro mansionariis in horreum per mansionarios locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor decimae praefatae ad octo marcas; item curiae militares eiusdem villae decimant de agris militaribus plebano et ecclesiae ibidem in Grusszow.

Secunda mansionaria habet duas decimas.

Blandowka alio nomine Pyeskowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Szanspow sita, cuius haeres Petrus Schaffranyecz de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt octo lanei cmethonales; item taberna ibi nulla est, item hortulani non sunt, de quibus omnibus solvitur decima manipularis mansionariis et per incolas villae propriis curribus ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas; item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Szanspow.

Sanspow, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeredes Johannes et Jacobus Spitek, in qua sunt viginti lanei cmethonales, item taberna una, item hortulani, item molendinum, de quibus omnibus absque

diminutione solvitur decima manipularis mansionariis et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iciugas, et aestimatur valor eius ad quindecim marcas, item in eadem villa sunt duo nobiles habentes praedia, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae ibidem in Szanspow; item in haereditate praefata est taberna vocata Chrostna, cuius haeres Joannes Saspowsky, et est sita extra villam, habens agros, de quibus solvit decimam manipularem pro mansionariis.

Tertia mansionaria habet duas decimas.

Porambka Jaszkonis, villa, quae hactenus vocatur Minor Porambka prope oppidum Skala, sub parochia ecclesiae de Magna Poramba sita, cuius haeredes Johannes Kraszowsky, nobilis de domo Srzeniawa et Johannes Blandowsky de domo . . . . et Nicolaus Jaroslaw de . . ., in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus omnibus datur decima manipularis pro mansionariis absque diminutione et per cmethones ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor iciugas et valor eius aestimatur ad decem marcas; non est ibi taberna, non sunt hortulaniae, non est molendinum, item sunt ibi duae curiae militares, habentes praedia, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Magna Poramba.

Garlycza Thomkonis, villa sub parochia ecclesiae de Gebolthow sita, cuius haeres magister Petrus Gaszkowyecz, medicinae doctor consul Cracoviensis, nobilis de domo . . . ., in qua sunt quatuor lanei cmethonales et tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis et propriis curribus per incolas ducitur in horreum a mansionariis locandum; et decimam canapi ex consvetudine praescripta non solvunt. Est etiam in villa eadem praedium militare et una taberna habens agros, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Gebolthow, valor decimae pro mansionariis aestimatur ad quinque marcas.

Quarta mansionaria habet unam decimam.

Sczekarzow, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Scarbimiriensis sita, cuius haeres Johannes Rzeszowsky, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt sex lanei cmethonales, item taberna, item hortulani, de quibus solvitur decima manipularis mansionariis Cracoviensibus et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a mansionariis locandum, et decimam canapi solvunt

per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad octo marcas; item in eadem villa est curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Naglowicze.

Quinta mansionaria habet unam decimam.

Nyewyatrowycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzyalyoszicze, cuius haeres Joannes de Czyszow, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et de octo quidem laneis cmethonalibus datur decima mansionariis manipularis, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a mansionariis locandum, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad octo marcas; de quatuor vero laneis, qui quondam erant militares et praediales, solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Dzyaloszicze, non est ibi praedium, sed taberna est, habens agros, quae solvit decimam manipularem pro mansionariis.

Sexta mansionaria habet unam decimam.

Zelenycze, villa, in qua est ecclesia parochialis, cuius haeres Nanayko Wyeloglowsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae, habentes agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis mansionariis praefatis, et incolae tenentur illam propriis curribus ducere in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad sedecim marcas; item est in eadem villa curia una duntaxat militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae ibidem in Zyelyenicze.

Clericatura mansionariorum habet unam decimam et unum hortum.

Smarszowycze, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item taberna una, item hortulani aliqui, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis et per incolas ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et aestimatur valor eius ad duodecim marcas; item est praedium regale, quod factum est ex agris scolteti, de quo decima manipularis solvitur plebano et ecclesiae in Szmarszowicze.

Hortus in Czarna Wyesz, in sorte, quae vocatur Biskupye, et sub iurisdictione; quem nunc incolit Swanthek, et solvit de illo pro festo S. Martini singulis annis pro clerico mansionariorum mediam marcam, de qua administratur lampas.

Manipularibus decimis in dotem mansionariorum, et in singulas mansionarias ut praemisimus, per Zawischium episcopum Cracoviensem co[illegible]tas, propter villarum desertationem et agrorum sterilitatem, qualificationemque temporum, caeterisque aliis ex causis, magna ex parte plerisque diminutis et exterminatis, nonnullis vero ampliatis, sors quoque mansionariorum, eas pro sorte sua, iuxta ordinationem privilegii originalis possidentium, differentio esse coepit, aliis abundantibus, aliis per egestatem gravatis; ex quo et quaerelarum frequens ingeminatio et murmur, livor, odium, atque invidia, inter mansionarios praefatos consurgens, longo tempore duravit; donec Johannes Schaffranyecz, custos Cracoviensis et vicarius in spiritualibus et temporalibus, nobilis de domo Antiquorum Equorum, Petri Wisch, episcopi Cracoviensis, in absentia eiusdem Petri episcopi et eo tunc in Italiae partibus in concilio Senensi agente, et expost in viagio versus terram sanctam navigante, discidia huiusmodi et simultates, de consilio et assensu capituli Cracoviensis extincturus, mansionarias ipsas et earum singulos introitus passim aequavit, ordinans speciali privilegio et decernens, quod aerarium Cracoviense observat, ut omnes decimae per procuratores et divisores mansionariorum decimandae, disponendae, ordinandae et vendendae, et pecuniae earum ex aequo inter mansionarios dividantur, ita videlicet, quod praecentor decem marcis, quilibet vero mansionarius octo et clericus novem, ratione incensionis lampadis solarietur marcis. Omnes vero pecuniae ultra summam huiusmodi excrescentes, debeant in expensas communes, et in usum coquinae communis converti, adiungens in communem usum decimam manipularem in Chroberska Wolya, quae alias per clericum mansionariorum, per solam consvetudinem tenebatur, salva tamen lampadis debita et necessaria exinde procuratione; item hortum ex opposito Byenyassy; ordinans insuper, quod clericus iuxta ac alius mansionarius, suam hebdomadam suaque officia implere teneatur, iuxta quam ordinationem et ritum capella et collegium mansionariorum hactenus regitur, procuratur et administratur.

Chroberska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Chroberz sita, cuius haeres Johannes de Thanczyn, castellanus Cracoviensis, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item taberna una, item hortulani quatuor, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro mansionariis et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a mansionariis locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor

decimae aestimatur ad octo marcas: item est ibi praedium militare, de quo decima manipularis solvitur sacristiano et ecclesiae in Chroberz.

Domus murata in castro Cracoviensi ad mansionarios Cracovienses pertinens, iuxta murum castrensem, versus occidentem, inter domum Johannis Glowacz de Oleschnicza, palatini Sandomiriensis, et domum praebendariorum de capella Zophiae reginae sita, in qua mansionarii habent perpetuum domicilium, et cameras et mensam communem, quam illis Hincza de Rogow miles, castellanus Sandomiriensis, nobilis de domo Dzialoscha, coctili, propriis sumptibus aedificavit lapide, in propria area haereditaria et libera, ab omni tributo et onere exempta, in cuius beneficii vicissitudinem et recompensam tenebuntur et tenentur praefati mansionarii singulis septimanis, pro anima praefati Hinczae de Rogow, et in singulis quatuor temporibus item in die obitus sui, videlicet quarta Februarii, tenebitur quilibet legere vigilias novem lectionum, et unam missam pro defunctis. Accepit et idem Hincza de Rogow ab eisdem mansionariis veterem eorum aream et habitationem, iuxta ecclesiam S. Georgii in castro Cracoviensi sitam, in qua partim ex lateribus, partim ex ligno domum pro altaristis suis in capella Innocentum fundandis, fabricavit.

Altera domus murata in civitate Cracoviensi et in platea castrensi, iuxta aediculam S. Petri sita, ad proprietatem mansionariorum pertinens, quam nunc Johannes Pictor de Bodzanczin, alias Lyesczna inhabitat, sub annua quinque marcarum census annui, solutione.

Area in platea S. Petri versus domum Pileczsky, in postico domus muratae, quam nunc Stanislaus Lorifex inhabitat, ab una, et inter aream vicariorum Cracoviensium partibus ab altera sita, ad proprietatem mansionariorum pertinens, de qua illis solvuntur pro annuo censu duae marcae.

STRADOMIA, oppidum iuxta Cracoviam situm, in quo est area larga, eundo ex Cracovia de porta Cracoviensi, in Stradomia supra fluvium Rudawa sita, ad proprietatem mansionariorum pertinens, cui super aedificatae sunt quatuor domus ligneae speciales, et quaelibet solvit pro annuo censu decem et octo grossos, et pecuniae huiusmodi nonnisi in ceram pro administratione divinorum convertuntur.

Area sub castro Cracoviensi, iuxta portam civitatis, qua itur versus Vislam in parte sinistra, versus castrum sita, quae aliquando erat habitabilis, et ad proprietatem mansionariorum pertinens, quam inhabitabat regius luminarius, et solvebat mansionariis de illa pro annuo censu quatuor marcas. Processu autem dierum mansionarii alienaverunt eam, et Johanni Dlugosch seniori canonico Cracoviensi pro viginti marcis latorum grossorum vendiderunt, et coram iudicio terrestri resignaverunt, perpetua et irrevocabili venditione,

et resignatione, et praefatus Johannes Dlugosch ex tempore, quo sibi resignata est, habet illius pacificam possessionem.

Psalteristarum.

Varia et frequentia dona Dei gratuita, Wladislaus Secundus Poloniae rex, multifarie et assidue per favorem divinum videns in se profluxisse, et pro illorum multiplicitate, aliqualem gratitudinis notam in divinitatem monstraturus, instigante illum ad id per sancta et familiaria consilia, celebris memoriae femina Hedvigis Poloniae regina consorte sua, quin imo ipsamet rem hanc auctorisante, promovente, dirigente et efficiente, collegium sedecim presbyterorum in ecclesia Cracoviensi manualium, et qui nullum aliud beneficium ecclesiasticum habentes, facerent circa ecclesiam praefatam residentiam personalem, quorum decimus septimus clericatus fungeretur officio, ad psallendum iugiter die ac nocte absque cessatione psalterium et psalmos Davidicos, caeterasque laudes divinas voce sonora et concinna, et sub tempore praesertim, quo res divinae et officia horarum canonicarum non aguntur, a. D. 1393. in vigilia S. Laurentii, sub pontificatu Petri Wysch, episcopi Cracoviensis, fundavit et instituit, dans illis pro dote in zuppis salis Wieliciensibus et Bochnensibus de censu puro et annuo ducentas marcas per quoslibet zupparios arendatores et tenutarios zupparum solvendas; et subiiciens illos censuris ecclesiasticis per loci ordinarium et eius vicarium et officialem, ac capitulum Cracoviense, quoties negligentes forent, in solutione ferendas, ita videlicet, quod in quibuslibet quatuor temporibus solvantur cuilibet ex eis tres marcae, clerico vero duae marcae pecuniae communis; ordinans, ut praedicti sedecim psalteristae sub uno tecto et in una domo, per ipsam Hedvigim eis aedificata et libertata maneant, et [illegible] nocte atque interdiu in voce, explendo etiam missas diebus singulis [illegible], unam pro defunctis, aliam pro peccatis et sanitate reginae praefatae et regis, et eorum antecessorum et successorum regum Poloniae, diebus dominicis et festivis duntaxat exceptis; dicto vero rege et regina ab hac luce sublatis, missae defunctorum singulis diebus et septimanis a binis et binis psalteristis, per praeceptorem iuxta ordinem ordinandis, dominicis et solennibus diebus exceptis; item in anniversariis utriusque, vigiliae et missa in voce et cantu expleantur et agantur. Ordinans etiam, ut provisio et quaelibet dispositio dictorum psalteristarum, quoties illarum vacatio civiliter vel naturaliter contigerit, apud episcopum et capitulum Cracoviense pro tempore consistat, et quod dicti psalteristae in Cracoviensi ecclesia superpeliciati infra divina incedant, et processionibus quibuslibet et thurificationibus, caeterisque publicis et ordinariis et extraordinariis ecclesiae Cracoviensi intersint actibus, pro

demeritis suis per episcopum aut capitulum Cracoviense corrigendi, et de suis psalteriis et locis amovendi; quemadmodum haec omnia, et nonnulla alia, in privilegiis praefatorum regis et reginae, quae sinus ecclesiae Cracoviensis servat latius, continentur; fundationem autem praedictam bulla Bonifacii papae Noni, cui fundationis privilegia inserta sunt, confirmat; Petrus etiam Wisch Cracoviensis tunc episcopus capitulari consensu accedente, ius perceptionis totalis decimae manipularis in villa Luczycze, quod habuit ad preces regis et reginae praedictorum, praefatis psalteristis pro comparandis ceris et luminaribus a. D. 1397. perpetuo donavit, cuius pertinentias et valorem infra describere pergemus; decima autem praefata per negligentiam psalteristarum in magna parte mutilata est; Thomas enim Schaffranyecz de Luczycze duobus laneis cmethonalibus depositis, decimam a psalteristis abstraxit, et decimam ecclesiae in Luborzycza iniuriose dare coepit.

Dotem autem ducentarum marcarum annui census praefati, Vladislaus praedictus Poloniae rex, ad dictorum psalteristarum sustentationem parum sufficientem ratus, altera adiectione processu temporis illam amplificat, et villam Dalowicze, ad fluvium Sczklecz in terra Cracoviensi, in districtu Proschoviensi sitam, apud Gniewoschium militem emptam, altari Sancti Christopheri pro secundo ministro, et dictis psalteristis donat; sed cum perpenderet conditionem villae praefatae sacerdotibus collegii psalteristarum onerosam et molestam fore, et ex parum solerti regimine communitatem psalteristarum perituram, regali fisco et sorti villa applicata, centum marcas annui census in zuppis Wieliciensibus et Bochnensibus a. D. 1421. in conventione generali in conductu paschae Cracoviae habita, praefatis psalteristis perpetuo donat, et zupparios ac officiales et tenutarios zupparum ad [illegible] huiusmodi censum, pro quibuslibet quatuor temporibus viginti qu[illegible] marcas, censuris ecclesiasticis, si remissi vel negligentes in solutione forent, subiiciens; sanciens deinde atque instituens, ut praefati psalteristae ratione donationis huiusmodi, singulis diebus per anni circulum missas infrascriptas, videlicet diebus dominicis de Sancta Trinitate, feriis secundis pro defunctis, feriis tertiis de Sancto Spiritu, quartis pro peccatis, feriis quintis de Corpore Christi, feriis sextis de Sancta Cruce, et sabbatho de Beata Virgine, dicto Vladislao rege superstite, debebant celebrare. Verum rege praefato ab hac luce subtracto, singulis diebus etiam celebribus anni, quinque duntaxat festis, videlicet Paschae, Ascensionis, Pentecostes, Assumptionis Sanctae Mariae et Nativitatis Christi exceptis, quatuor missas pro defunctis voce submissa, quintam voce sonora, cum regii nominis expressione, ad altare S. Christopheri; item in qualibet septimana semel duntaxat vigilias novem lectionum, alta voce in ecclesia Cracoviensi pro salute regis praefati, et

suorum successorum Poloniae regum expleant et peragant, per executores testamenti et ordinationis praesentis praefati regis, episcopos videlicet Cracovienses pro tempore, et ad eorum arbitrium per poenam subtractionis fructuum praedictorum, in toto, vel in parte, si desides vel negligentes fuerint, in praemissis coercendi prout haec omnia et plura alia in privilegio regio, cui maledictio et futurorum regum defensio inseritur et committitur, continentur.

Luczycze, villa sub parochia ecclesiae in Luborzycza sita, cuius duo haeredes, videlicet Jacobus et Przedborius de Konyeczpolye, de armis Pobogowye, qui habent sub se sex laneos cmethonales et quatuor hortulanias et unam tabernam, et haec omnia habent agros; et Stanislaus Mlodzeyowsky de armis Antiquorum Equorum, qui habet sub se quatuor laneos cmethonales, item unam tabernam, habentem agros, et quatuor hortulanias habentes etiam agros.

Notandum autem, quod quamvis decimam manipularem in villa praedicta Luczycze, Petrus Wisch, episcopus Cracoviensis, totalem et integram post omnes et singulos agros in Luczycze ad mensam episcopalem pertinentem, praedictis psalteristis, prout ex privilegio donationis liquet, contulerit, impraesentiarum tamen dicti psalteristae nonnisi ex tribus laneis cmethonalibus, qui sunt sub ditione Jacobi et Przedborii de Konyeczpolye, item ex duobus laneis cmethonalibus sub ditione Stanislai Mlodzeyowsky consistentibus, item ex aliquibus agris praedialibus eiusdem Stanislai Mlodzeyowsky, decimam manipularem percipiunt, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum per psalteristas locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae pro psalteristis praefatae aestimatur ad octo marcas.

Notandum etiam, quod Thomas Schaffranyecz, tunc haeres [illegible] czycze, duobus laneis cmethonalibus depositis, praedium novum [illegible] constituit, et decimam a psalteristis abstrahens, eam ecclesiae [illegible] rzycza parochiali dare coepit, psalteristis iniuriando; de quo apud psalteristas habetur confessionis praedicti Thomae instrumentum. Item in eadem villa sunt duae curiae militares, habentes agros praediales, quarum una videlicet Jacobi et Przedborii de Konyeczpole, de praedialibus tabernae et hortulaniarum suarum agris dat decimam manipularem plebano et ecclesiae in Luborzicza, altera vero curia, quae est Stanislai Mlodzeyowsky, ex una taberna et quatuor suis hortulaniis, item ex aliquibus agris praedialibus, dat decimam plebano et ecclesiae in Luborzicza, ex aliquibus vero psalteristis, ex aliquibus vero, sed paucis, dat ecclesiae et plebano in Myedzwyedz.

Haec autem decima donata est collegio psalteristarum per Petrum Wisch,

episcopum Cracoviensem, de consensu capitularium, ad petitionem et instantiam Vladislai Secundi Poloniae regis, et Hedvigis reginae Poloniae, consortis suae. Donatio autem praefata facta est Cracoviae, tertia Februarii 1367. anno.

Bona tenutae Pabyanyczensis.

Residentiam praelatorum et canonicorum Cracoviensium, femina nobilis et illustris Juditha, Vladislai ducis Poloniae et monarchae conjunx, et Wratislai Bohemiae ducis filia ex prima uxore Adleida, Andreae Hungariae regis filia suscepta, satagens efficere, et residentibus quotidianas distributiones ad residentiam illos facilius invitatura, procurare, ecclesiae Cracoviensi castellaniam Chroppy, sic vetusto nomine appellatam, quae hodie Pabyanicziensis vocatur, in terra Syradiensi sitam, per consortem suum Vladislaum ducem, donari donatione perpetua obtinuit; et quoniam ea auctore, donatio ipsa ecclesiae Cracoviensi cesserat, a Judith ducissa praefata, quae ob honorem mariti et patris regina vocitabatur, donationem ipsam provenisse, etiam usque in hodiernum diem vulgatum est. Et quamvis castellania praefata cum suo districtu, pro illa tempestate paucas habebat colonias, magisque abundabat nemoribus et sylvis, quam habitatoribus et agris cultis, frequentiusque illic ponebant ferae sua cubilia, quam agrestres aratra, processu tamen dierum et temporum habere coepit duo oppida et viginti octo villas, quae a cultoribus inhabitata, faciunt fructus suos, de quibus seriatim scribere pergemus.

Pabyanycze, oppidum infrequens et parum populosom, iure Theutonico Srzedensi locatum est, ad flumen Nyrzyecz situm, in quo est curia principalis et sedes capituli Cracoviensis, quam cum singulis villis et bonis ad illam pertinentibus, unus ex praelatis et canonicis Cracoviensibus, qui melior politicus et iustitiarius esse creditur, ex conventione triennali, datis ducentis aut tricentis marcis ratione arendae, administrare consvevit; qui et bonorum praefatorum tenetur facere conditionem meliorem. Item curia habet ibi agros largos praediales, ad sex mansos aestimatos, qui a cmethonibus villarum ad Pabyanicze pertinentium, coluntur et arantur, de quibus manipularis decima ecclesiae parochiali et plebano in Pabyanycze solvitur, item est ibi ecclesia parochialis sub titulo SS. Matthaei Evangelistae et Stanislai Martyris, lignea et exilis, fundata per Jaroslaum Gneznensem archiepiscopum, qui pro illius dote unam decimam manipularem in villa Kosczeszow vel Choczyeszow, de mensa sua archiepiscopali de consensu capituli Gneznensis perpetuo donavit et inscripsit; de qua donatione habetur suum privilegium in aerario ecclesiae Cracoviensis. Item plebanus habet duos

laneos cum pratis, in quatuor campos distinctos et liberos, et curiam bene aedificatam; et iuspatronatus illius ecclesiae ad capitulum Cracoviense tantummodo pertinet. Item sunt in eodem oppido viginti duo et tres partes lanei civiles exculti, et tredecim lanei etiam noviter exculti, et quilibet pro annuo censu solvit capitulo sex grossos latorum grossorum Pragensium. Item fuit quondam advocatia in eodem oppido, cum certis agris, pratis, piscinis, et introitibus; sed capitulum minorem medietatem emit, et tenet, videlicet unum cum dimidio laneum; alia autem medietas, videlicet unus cum medio laneus, tenetur per antiquos haeredes; percipit autem advocatus de medietate censuum pro sua parte sextum et septimum denarium, et proveniunt capitulo de censu annuo quinque marcae et sex grossi cum medio. Item quilibet braxans, aut propinans cerevisiam, tenetur annuatim solvere capitulo unum grossum, braxans vero, aut propinans medonem, duos grossos usuales; quilibet pistans, aut vendens panem, unum grossum, de quibus advocatia habet medietatem, item oppidani Pabyaniczienses de omnibus agris solvunt decimam manipularem praeposito Lanciciensi et propriis curribus ducunt eam in horreum ab ipso constituendum, et aestimatur valor decimae ad duodecim marcas, aliquando ad sedecim. Item in eodem oppido est molendinum in flumine Nyrzyecz prope curiam, et una piscina, item tenentur oppidani prohibere violentam destructionem aggeris, et omnes mensuras ex brascis provenientes tollit capitulum, ab octo autem choris braseorum ratione mollitionis medius chorus tollitur pro capitulo; ratione autem aliorum frumentorum, quae in eodem molendino moluntur, molendinator pro tempore solvit quatuor choros farinae, mensurae Schadkoviensis confertae. Item a concussione milii, duae partes capitulo et tertia molendinatori; item a concussione quercus, duo denarii. Item non solvunt oppidani neque avenam, neque gallos, neque ova neque caseos, neque humulum; item oppidani ratione *[illegible]*, solvunt capitulo mediam marcam; et advocatus unum fertonem, item ratione arearum et hortorum, quilibet oppidanus solvit unum grossum, item plebano pro columbatione unum grossum, et pro [illegible] medium grossum. Sunt autem ad minus quinquaginta areae domorum civilium, aliqui aestimant, quod sunt septuaginta. Item est unus hortus, de quo pro annuo censu solvuntur sedecim grossi; item macella carnificum; solvunt de sepo, de quolibet macello quinque quartas, et proveniunt aliquando quinque, aliquando sex, septem, vel octo lapides sepi; sed de sepo recipit advocatus medietatem, sepum autem debet esse purum. Item quilibet artifex ratione artificii solvit unum grossum, praeter fabros, item macella sutorum, quilibet sutor unum grossum; item macella sartorum, quilibet sartor unum grossum; item macella pistorum, quilibet pistor unum grossum; item macella salicidarum, quilibet salicida unum grossum; item macella panum, et quilibet vendens panem, unum grossum. Item est in eodem oppido balneum, iuxta

molendinum situm, quod ad capitulum cum omni iure pertinet, et quod pro annuo censu solvit capitulo unam marcam.

Rzgow, oppidum capitulare noviter de licentia et authoritate Casimiri tertii Poloniae regis, locari coeptum, ex villa capitulari eodem nomine Rzgow nuncupata, in qua erant novem lanei culti, solventes per quatuordecim scottos capitulo, et notario medium grossum pro nota. Item erant tres horti, primus solvit mediam marcam, secundus etiam mediam marcam, et tertius fertonem, item duos capones de laneo, triginta ova et duodecim currus lignorum, non solvunt triticum, neque avenam, neque censum foeni alias *szyenne*, item capitulum Cracoviense attenta commoditate loci, quoniam et in strata publica situs est, et fluvius Nir circa illum decurrit, civitatem locare constituit, quae ut facilius pervenire posset, scoltetiam villae eiusdem tres habentem laneos et molendinum in flumine Nir, apud nobilem Andream de Pabianicze, plebanum in Targowiska, pro centum triginta marcis sub tenuta Joannis Rzeszowsky coemit, tunc canonici expost episcopi Cracoviensis. Item ecclesiam parochialem sub titulo S. Stanislai Martyris et pontificis gloriosi fundavit, cui in dotem Johannes Grusczinsky, archiepiscopus Gneznensis, de consensu sui capituli, in Rakowska Wolya, donatione perpetua, de quo suum et capituli sui habetur privilegium, donavit, capitulum autem Cracoviense dedit eidem a se erectae pro dote duos laneos cum pratis cmethonales; item locum pro piscina in loco et torrente Kamyen, liberam ab omni pensione; item decimam manipularem post agros praediales praedii capitularis in Rzgow, qui quondam erant scoltetiae, cultos et incultos et extirpandos; de iure autem decimae manipularis, quod habuit praepositus Lanciciensis in duobus laneis cmethonalibus, datis plebano, et tribus laneis, qui erant scolteti in praedium capitulare conversis, cessit magister Andreas Rosza de Borzyschow, praepositus Lanciciensis, et super hoc dedit privilegium, archiepiscopi et suo et capituli Lanciciensis sigillis munitum. Item archiepiscopus Gneznensis, Johannes Grusczinsky praedictus, adiunxit eidem ecclesiae in Rzgow, villas Rakowska Wolya et Kalno Minorem et Kalno Maiorem, quae sub parochia ecclesiae de Tusszyn consistebant; item Dalkow et Kurowicze, quae sub parochia ecclesiae de Czarnoczin, item Wiskitno, item Choyny utrunque, quae sub parochia ecclesiae de Mileszky consistebant, iure parochiali perpetuo adiunxit.

Item decima manipularis dictae villae in residuis omnibus laneis pertinet ad praepositaram Lanciciensem et valor aestimatur eius ad quatuor marcas, item molendinum in fluvio Nir solvit unam sexagenam, in quo cmethones molere tenentur, item cmethones ratione *obyedne* solvunt mediam marcam; item in haereditate praefata sunt mellificia pro curia Pabianicensi

spectantia, quae habent in *borris* prope Redzen et Tusszin arbores et alvearia apum, quae mellicida curiae curat, ex quibus aliquando duo vasa aliquando plus vel minus mellis proveniunt; item cmethones tenentur retia ducere in campum in venationes et necessaria in Pyotrkow pro statione canonicali. Item ducturas tenentur a villa in villam, et in fora et circa curiam, hortos et locum pasturae in suis locis deputatos, sepire, et in piscinis aggerum sua loca reformare, stabula curiae tegere.

Jutrkowycze, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, in qua sunt octo lanei cmethonales et quilibet cmetho de laneo solvit pro annuo censu mediam sexagenam capitulo et pro nota notario medium grossum, item duos capones, item quatuor choros tritici, et quatuor choros avenae, mensurae Szadkoviensis planae et aequalis, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szenne*; item quilibet tenetur ducere duodecim currus lignorum de laneo ad curiam in Pabianicze. Item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones, simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzini*, arare, arpicare, frumento curiae seminare, metere, acervos pro eis disponere et in horreum propriis curribus inducere; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et in horreum ducere; item non est ibi molendinum, et cmethones in molendinis capitularibus molere tenentur. Item villa praefata solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et decimam canapi solvunt de laneo per duas ierugas et valor decimae aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quatuor, aliquando ad quinque; item hortulani non sunt, neque taberna in villa eadem, item cmethones villae tenentur retia ducere in venationes in campum, et necessaria pro statione et adventu canonicali in Pyotrkow; item ducturas tenentur facere a villa in villam, et in fora et circa curiam, hortos et locum pasturae in locis consignatis sepire et in aggeribus piscinarum sua loca reformare, stabula curiae tegere.

Bichlow, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo pro annuo censu, solvit capitulo mediam sexagenam et quatuor grossos, et pro nota notario medium grossum, item duos capones, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis planae et aequalis, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szenne;* item quilibet tenetur ducere duodecim currus lignorum de laneo ad curiam in Pabianice. Item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones simul agros eos contingentes, et ipsis designatos et emensuratos, arare, arpicare, frumento curiae seminare, metere, acervos pro eis disponere et in horreum propriis curribus conducere, retia in

venationes, necessaria in Pyotrkow ducere, sepire curiam, hortos aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et in horreum ducere; item hortulani ibi non sunt, item taberna non est, item non solvunt *obyedne*, item non est ibi molendinum, et villae cmethones in molendinis capitularibus molere tenentur; item villa praefata solvit decimam manipularem praeposituraе Lanciciensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et decimam canapi solvunt de laneo per duas ierugas et aestimatur valor decimae ad sex marcas, aliquando ad octo, aliquando ad decem, nonnunquam ad duodecim.

Czyszemyno, villa capitularis in iure Theutonico locata et sub parochia ecclesiae de Tusszin sita, in qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit capitulo pro annuo censu, in festo S. Martini unam urnam, quae in Polonico *pokow* vocatur, mellis; item redimendo labores, solvit quilibet de laneo novem grossos, et pro nota notario medium grossum, item non tenentur ducere duodecim currus lignorum de laneo pro curia in Pabianicze, tenentur tamen retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere; item tenentur omnes unum diem falcastrare, proprium et designatum pratum disponere et in horreum conducere. Item sunt in eadem villa tres hortulani, et quilibet solvit pro annuo censu unum fertonem, item scoltetus est ibi, qui habet duos laneos liberos et unam tabernam, de qua habet unum fertonem, de censu nihil habet villae; item molendinum est in eadem villa in flumine Nirzecz, quod pro annuo censu solvit capitulo duas cum media marcas, in quo cmethones villae eorum frumenta molere tenentur, item villa praefata solvit decimam manipularem praeposituraе Lanciciensi, et ducunt eam incolae propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et decimam canapi solvunt de laneo per duas ierugas et valor decimae aestimatur ad decem marcas, nonnunquam duodecim; item solvunt cmethones ratione *obyedne* mediam marcam, scoltetus vero unum fertonem.

Dlothowo, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Thusszyn sita, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit capitulo Cracoviensi pro annuo censu in festo S. Martini unam marcam cum duobus grossis, et pro nota notario medium grossum; item duos capones, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis planae et aequalis, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne;* item non tenentur duodecim currus lignorum de laneo ad curiam in Pabianice ducere. Item in praedio Pabianicensi etiam non tenentur omnes cmethones

simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyny* arare, arpicare, frumento curiae seminare, neque metere, neque acervos pro eis disponere, nec in horreum inducere propriis curribus, eo, quod maiorem censum solvunt; item tenentur unum pratum falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere, item taberna est in eadem villa, habens agros, quae solvit pro censu viginti grossos, item est unum molendinum, habens agros, quod solvit capitulo pro censu quinque marcas et unum fertonem; item sunt duae piscinae capitulares, in molendino ipso cmethones villae frumenta eorum molere tenentur; item hortulanus unus solvit viginti grossos, pro censu habens agros, item scoltetus ibi non est, item cmethones non solvunt *obyedne*; item villa praefata solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et decimam canapi solvunt de laneo per duas ierugas et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas, nonnunquam ad quotuordecim; item tenentur retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow pro canonicis ducere, curiam et hortos sepire, aggeres in locis contingentibus eos reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam, et in fora facere.

Szulanthkowycze, villa capitularis sub parochia ecclesiae de Pabianice sita, et in iure Polonico locata, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit capitulo pro annuo censu, pro festo S Martini, mediam sexagenam cum tribus grossis, et notario medium grossum pro nota; item duos capones, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis planae et aequalis, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szienne*, item tenentur ducere pinaticorum currus lignorum ad curiam in Pabianicze, quantumcunque est necesse; item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyny*, arare, arpicare, frumento curiae seminare, metere, acervos pro eis disponere, et in horreum propriis curribus inducere; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere. Item molendinum non est ibi, et cmethones in molendinis capituli frumenta eorum tenentur molere; item tenentur retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item decimam manipularem solvit villa praefata praepositurae Lanciciensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi de laneo per duas ierugas et valor decimae aestimatur ad sex marcas, aliquando octo vel decem, nonnunquam duodecim; item est ibidem molendinum, duas marcas.

Lszen, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Lyaszko sita, in qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet

cmetho solvit capitulo pro annuo censu viginti scottos, et notario non solvunt medium grossum pro nota, item duos capones, item quatuor choros tritici non solvunt. Item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis planae et aequalis solvunt, item triginta ova solvunt. Item non solvunt duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne*, item quilibet tenetur ducere octo currus lignorum de laneo ad curiam in Pabianicze; item in praedio Pabianicensi non tenentur cmethones simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyni* arare, neque arpicare, neque frumento curiae seminare, metere, neque acervos pro eis disponere, et in horreum propriis curribus inducere non tenentur; item duos gallos communes solvunt, item non tenentur pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere, neque in horreum inducere; item scoltetus non est in villa praefata, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem pro archiepiscopo et eius mensa Gneznensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a factoribus archiepiscopi locandum, et solvunt decimam canapi per duas ierugas et valor decimae aestimatur ad quinque marcas; aliquando ad septem, aliquando ad octo.

Dobron, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Lyaszko sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro censu annuo in festo S. Martini mediam sexagenam, et notario medium grossum pro nota; item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis, planae et aequalis, item duos capones, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne*; item quilibet tenetur ducere de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianice. Item in eadem villa est praedium capitulare habens agros speciales, quos tenentur cmethones villae praefatae arare, arpicare, serere, acervos disponere et in horreum inducere; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere; item in eadem villa est piscina et molendinum, quod solvit pro censu mediam sexagenam, habet pratum, non habet agros; item tres hortulani, quilibet solvit octo grossos, item taberna una, solvit mediam marcam minus duobus grossis, habet agros, item scoltetus ibi non est.

Item villa praefata decimam manipularem solvit praepositurae Lanciciensi et conducunt eam in horreum a praeposito locandum et pro decima canapi solvunt duas ierugas et aestimatur valor eius ad decem marcas, aliquando ad duodecim, aliquando ad sedecim. Item decimam praedialem et post agros tabernae, sive hortulani, percipit plebanus et ecclesia in Pabianice, et aestimatur valor eius ad duas marcas; item tenentur retia in

venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Zythowycze, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Mikolyayowicze sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro censu annuo in festo S. Martini mediam sexagenam, et notario medium grossum pro nota; item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae, mensurae Szadkoviensis planae et aequalis, item duos capones, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne,* item quilibet tenetur ducere de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze; item in eadem villa est praedium capitulare, habens agros speciales de quatuor laneis, quos tenentur cmethones villae praefatae arare, arpicare, serere, acervos disponere, et in horreum inducere, item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare et in horreum inducere; item in eadem villa est taberna, quae solvit pro censu annuo viginti grossos, item sunt hortulani quatuor, quilibet solvit pro censu annuo unum fertonem, item scoltetus ibi non est, item non est ibi molendinum, et cmethones in molendinis capituli eorum frumenta molere tenentur; item tenentur retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem praeposituræ Lanciciensi, et conducunt illam cmethones in horreum a praeposito locandum, et pro decima canapi solvunt duas ierugas et valor decimae aestimatur ad decem marcas, aliquando duodecim, aliquando sedecim, item decimam praedialem ecclesia et plebanus in Dalikow percipit, et valor aestimatur eius ad duas marcas. Variatur autem decima praedialis; nam de duobus laneis percipit illam ecclesia in Dalikow, qui erant antiqui praedii; de duobus autem laneis, ex quibus depositi sunt cmethones; percipit illam praepositura Lanciciensis.

Chudrowycze, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Gorka sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit capitulo pro annuo censu mediam sexagenam, pro festo S. Martini, et notario medium grossum pro nota, item duos capones, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae, mensurae Szadkoviensis, planae et aequalis, item triginta ova, item duos grossos pro censu foeni, qui *szenne* vocatur; item quilibet tenetur de laneo duodecim currus lignorum ducere pro curia in Pabianicze. Item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyni*, arare, arpicare, serere, metere, et in horreum propriis curribus conducere, acervos disponere;

item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere. Item in eadem villa sunt duo hortulani, quorum unus solvit viginti grossos, alius sedecim grossos; item scoltetus non est ibi, item molendinum non est ibi, et cmethones in molendinis capituli eorum frumenta molere tenentur; item tenentur retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae reformare, alias tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem praeposituræ Lanciciensi, et conducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per duas ierugas et valor aestimatur eius ad decem marcas, aliquando ad duodecim.

POTRUKOZY, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Gorka sita, quam capitulum Cracoviense a reverendissimo patre domino Gruszczinsky, archiepiscopo Gnesnensi, capitulo suo Gneznensi consentiente, pro tricentis marcis mediorum grossorum bonorum a. D. 146... sub foro reemptionis comparavit, in qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit capitulo pro annuo censu sedecim scottos, tres fertones pro festo S. Martini, et notario medium grossum pro nota; item cmethones tenentur agros praediales ibi consistentes arare, arpicare, serere, metere, acervos disponere et in horreum propriis curribus inducere. Item ibi duo hortulani, quilibet solvit unum fertonem, et laborant, habent agros et prata, de quibus decimam dant pro curia, item una taberna habens agros, solvit viginti grossos, nihil laborat; item scoltetia non est in villa praefata, neque molendinum, item est ibi praedium speciale, habens agros bonos et fertiles de tribus laneis, de quo capitulum nulli decimam dat manipularem, sed eam per se percipit et in horreum suum inducit.

Item villa praefata solvit decimam manipularem praeposituræ Lanciciensi et conducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per duas ierugas, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

PYANTHKOWYSCZYE, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Gorka sita, in qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit capitulo pro censu annuo, pro festo S. Martini mediam sexagenam, et notario medium grossum pro nota, item duos capones, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis, planae et aequalis; item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne*, item triginta ova; item tenetur quilibet de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianice adducere. Item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyni* arare, arpicare, serere, metere, et acervis dispositis in horreum propriis curribus conducere; item tenentur unum pratum falcastrare, rastrare,

colligere et in horreum inducere, item est in eadem villa unus hortulanus, qui solvit pro annuo censu viginti grossos, item scoltetus non est ibi, neque molendinum, et cmethones in molendinis capituli eorum frumenta molere tenentur; item tenentur retia in venationes, et necessaria in Piotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi, et cmethones conducunt illam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et solvunt decimam canapi per duas ierugas, et valor decimae praefatae aestimatur ad septem marcas, aliquando ad octo.

Carnyschewycze, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Pabianice sita, in qua sunt decem cum medio lanei cmethonales, et quilibet cmetho de laneo solvit capitulo pro annuo censu, pro festo S. Martini mediam sexagenam, et notario medium grossum pro nota, item duos capones, item triginta ova, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis, planae et aequalis, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne.* Item tenetur quilibet de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere, item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones simul agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyni* arare, arpicare, serere, metere, et acervos disponere atque in horreum conducere; item tenentur unum pratum falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere, item tenetur quilibet de laneo duos choros humuli dare, pro curia confertos, item scoltetus non est ibi, neque molendinum, et cmethones in molendinis capitularibus eorum frumenta molere tenentur; item tenentur retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere pro statione canonicali, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere; item unus hortulanus octo solvit grossos.

Item villa praefata solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi, et cmethones conducunt illam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et solvunt decimam canapi per duas ierugas, et valor decimae aestimatur ad septem marcas, aliquando ad octo, nonnunquam ad decem.

Gorka Maior, villa capitularis semiplena in iure Polonico locata, in qua est ecclesia parochialis sub titulo Sanctorum Martini Confessoris et Mariae Magdalenae fundata; in qua tantummodo sunt quatuor lanei cmethonales pro capitulo, et quilibet solvit capitulo pro annuo censu mediam sexagenam pro festo S. Martini, et notario medium grossum pro nota, item duos capones, item triginta ova, item quatuor choros avenae de mensura Szadkoviensi plana et aequali, triticum autem non solvunt; item duos grossos pro censu foeni non solvunt. Item quilibet de laneo tenetur duodecim currus lignorum pro

curia in Pabianice adducere, item hortulanus ibidem fertonem unum solvit; item in praedio Pabianicensi tenentur agros eos contingentes arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere, item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et in horreum conducere. Item est in eadem villa faber, habens agrum et hortum, et solvit pro censu unum fertonem; item cmethones et faber solvunt decimam manipularem praeposito Lanciciensi et canapalem, et valor aestimatur ad tres marcas; item sunt in eadem villa quinque nobiles liberi, habentes cmethones, praedia et hortulanos, et de omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano ibidem in Gorka, et valor aestimatur eius ad octo marcas. Item capitulum Cracoviense habet vocem et partem iuris patronatus in ecclesia villae praefatae, ratione dominii assecuti in Minori Gorka. Item molendinum est ibi, et cmethones in villis capitularibus molere tenentur, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam, et in fora facere.

Gorka Minor, villa capitularis in jure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Maiori Gorka sita, in qua sunt tres lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo de laneo pro annuo censu, pro festo Sancti Martini mediam sexagenam, quatuor choros avenae, duos capones; triticum non solvunt, neque ova, neque caseos, ligna etiam non ducunt; tenetur quilibet de laneo quatuor pro hyeme, et quatuor pro vere choros serere, arare et disponere in praedio Pabianicensi, item est unus hortulanus, qui solvit pro censu decem et octo grossos, et nihil laborat, item scoltetus non est ibi, neque molendinum, et cmethones in villis capitularibus molere tenentur. Item villa praefata solvit decimam manipularem plebano in Maiori Gorka, et ducunt illam in horreum a plebano constituendum propriis curribus; solvunt et decimam canapi per duas ierugas et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Item nota, quod villam praefatam capitulum Cracoviense apud nobilem Stanislaum Sznyoszek, eius verum haeredem pro ducentis marcis mediorum grossorum de consensu Casimiri tertii, Poloniae regis, a. D. 146 . . coemit et in suam sortem transtulit, de quo habetur speciale privilegium regium, quoniam bonis Pabianicensibus circumquaque septa erat, et licet nobiles Choyensczensky laborassent varie rescindere huiusmodi emptionem, iure tamen victi succubuerant; ratione autem villae praefatae, capitulum Cracoviense habuit vocem in iurepatronatus ecclesiae parochialis in Maiori Gorka.

Rypolthowycze, villa capitularis in iure Theutonico locata, et sub parochia ecclesiae de Pabianice sita, in qua sunt viginti lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro censu annuo pro festo S. Martini viginti unum grossos, et notario medium grossum pro nota, item duos capones, item triginta ova; non solvunt triticum, neque avenam, ligna ducunt pro curia per

quatuor currus, non arant, non serunt, non metunt, item cmethones tenentur unum pratum falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere. Item in eadem villa sunt duo hortulani, quorum primus solvit viginti grossos, secundus decem et octo grossos; item in eadem villa est molendinum, quod septimanis singulis solvit pro capitulo quatuor choros farinae; item molendinator unum chorum tritici pro festo Nativitatis Christi, alium pro festo Paschae, alium pro festo Pentecostes; in eadem villa est scoltetus, habens unum tantummodo laneum, item cmethones solvunt ratione *obyedne* mediam marcam et scoltetus quatuor grossos, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata de agris cmethonum solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi et ducunt eam in horreum a praeposito locandum et decimam canapi solvunt per duas ierugas, et valor decimae aestimatur ad decem marcas, aliqando ad quindecim, aliquando ad sedecim, item agri scoltetiales solvunt decimam manipularem plebano in Pabianicze, qui aestimantur ad quatuor laneos; tempore enim tenutae Andreae Miszka capitulum tres partes scoltetiae coemit cum tribus laneis, quos locavit cmethonibus, quarta tantummodo remansit et unus laneus.

Laskowycze, villa capitularis in iure Polonico locata et sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro censu annuo mediam sexagenam et unum grossum, et notario medium grossum pro nota, item duos capones, item triginta ova, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Sadkoviensis planae et aequalis, item duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne;* item quilibet de laneo tenetur duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere, item in praedio Pabianicensi tenentur omnes cmethones simul agros eos contingentes, qui *iutrzyni* vocantur, arare, arpicare, serere, acervos disponere et in horreum inducere. Item tenentur pratum unum falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere; item in eadem villa sunt quatuor horti; quorum primus solvit mediam sexagenam, secundus fertonem, tertius etiam fertonem, quartus etiam fertonem, item cmetho quilibet villae praefatae solvit pro humulo pro curia duos choros; item in eadem villa est molendinum capitulare, quod solvit pro censu annuo quinque cum media marcas, item est piscina bona, item scoltetus non est ibi, item tenentur retia in venationes, et necessaria in Piotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem et canapalem praeposituræ

Lanciciensi, et conducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas.

Rethkynya, villa capitularis in iure Polonico locata et sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet de laneo pro censu annuo solvit capitulo pro festo S. Martini viginti scottos et tres grossos, item duos capones, item triginta ova; non solvunt triticum, neque avenam, neque censum foeni; item non tenentur de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere, item tenentur in praedio Pabianicensi agros eos contingentes arare, arpicare, serere, metere, et acervis dispositis in horreum conducere, item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere; item in eadem villa non est hortus, item non est in eadem villa scoltetus, neque molendinum, et cmethones in molendinis capituli molunt, item non solvunt *obyedne*, item tenentur in venationes retia et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem archiepiscopo et mensae suae Gneznensi, et conducunt illam propriis curribus in horreum a factoribus archiepiscopi locandum, et solvunt decimam canapi per duas ierugas, et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas; item est ibi unus cmetho Gregorius, habens mellificia, ratione quorum solvit fertonem.

Rokyczye, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Lyodza sita, in qua sunt quinque lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo de laneo pro censu annuo in festo S. Martini mediam marcam, et notario medium grossum pro nota non solvunt, item duos capones solvunt, item triginta ova solvunt; item non solvunt quatuor choros tritici, item neque quatuor choros avenae, item nec duos grossos pro censu foeni, qui vocatur *szyenne;* item quilibet de laneo non tenetur duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere, item non tenentur in praedio Pabianicensi agros eos contingentes, qui *iutrzyni* appellantur, arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis conducere, non tenentur solvere, item non tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere. Item non est in eadem villa scoltetus, neque molendinum, et cmethones in molendinis capituli molunt, item non solvunt *obyedne*, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem archiepiscopo et mensae suae Gneznensi, et conducunt illam cmethones in horreum a factoribus archiepiscopi locandum, et solvunt decimam canapi per duas ierugas, et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas, item hortulanus dat octodecim grossos.

Choczyanowycze, villa capitularis in iure Theutonico locata, in qua sunt decem et novem lanei cmethonales, sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, et quilibet cmetho de novem laneis solvit capitulo pro censu annuo pro festo S. Martini mediam sexagenam, et notario medium grossum pro nota, item quatuor choros tritici, item quatuor choros avenae mensurae Szadkoviensis planae et aequalis, et duos grossos pro *szyenne*, item de residuis decem laneis quilibet solvit novem scottos pro censu, et medium grossum pro nota, item non solvunt triticum et avenam, ut caeteri, item singuli solvunt de laneo triginta ova, item duos capones, item duos caseos, item pro censu foeni duos grossos, qui vocatur *szyenne* non solvunt, item tenentur quilibet de laneo currus tres lignorum pro curia in Pabianicze adducere. Item in eadem villa sunt tres horti, primus solvit sedecim grossos, secundus fertonem, tertius etiam fertonem, item est molendinum, quod pro censu annuo solvit quinque cum media marcas, item in eadem villa fuit scoltetia, quam capitulum Cracoviense sub tenuta Jacobi de Senno, praepositi Cracoviensis coemit, et in duobus laneis scolteti cmethones locavit.

Item villa praefata solvit decimam manipularem et canapalem praeposituræ Lanciciensi, et cmethones conducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum; et valor eius aestimatur ad decem marcas, aliquando ad quindecim; item agri, qui erant scolteti, solvunt decimam manipularem plebano in Pabianicze et valor aestimatur ad tres marcas, item cmethones ratione *obyedne* solvunt mediam marcam et tres grossos, item est ibi optima piscina cum molendino, quam fecit Joannes Rzeschowsky, quae quia inundavit prata cmethonum, data sunt eis prata in recompensam in Lyaszkowicze, et ductura novem curruum lignorum remissa, et trium reservata; item sunt ibi aliae duae piscinae capitulares, item tenentur retia in venationes, et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Gadka, villa capitularis in iure Theutonico locata et sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, in qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit pro censu annuo pro festo S. Martini capitulo undecim scottos, et notario medium grossum pro nota non solvunt; item duos capones, item duos caseos, item triginta ova solvunt, item pro censu foeni duos grossos, qui vocatur *szyenne* non solvunt, item tenetur quilibet de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianice adducere, item tenentur in praedio Pabianicensi agros eos contingentes, qui vocantur *iutrzyni*, arare, arpicare, serere, acervis dispositis in horreum conducere, item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere, item non tenentur solvere triticum neque avenam, item scoltetus est in eadem

villa, qui habet unum laneum liberum, item cmethones ratione *obyedne* solvunt unum fertonem, scoltetus autem sex grossos, item molendinum non est ibi, et cmethones in molendinis capitularibus molere tenentur.

Item praefata villa de agris scolteti et cmethonalibus solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi, similiter et canapalem et valor eius aestimatur ad decem marcas; item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Wyskythno, villa capitularis in iure Theutonico locata, sub parochia ecclesiae de Mileszky sita, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet de laneo pro capitulo solvit pro annuo censu in festo S. Martini tredecim scottos, minus medio grosso, item duos capones, item triginta ova, item tenetur quilibet de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianice adducere, item tenentur in praedio Pabianicensi agros eos contingentes arare, arpicare, serere, metere, et acervis dispositis in horreum conducere, et ratione laborum solvunt tres marcas, et non laborant; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere, item non tenentur solvere triticum, neque avenam, neque censum foeni, alias *szienne*; item quilibet de laneo tenetur castellano Conariensi in Lanciciensi terra, solvere annuatim quatuor grossos cum medio. Item sunt in eadem villa tres hortulani, primus solvit mediam marcam, secundus fertonem et tertius similiter fertonem, item est in eadem villa scoltetus, qui habebat duos laneos liberos, item in eadem villa pro curia solvitur una urna alias *pokow* mellis, per scoltetum, item scoltetus habet molendinum in fluvio Plothy, in quo cmethones villae praefatae molere tenentur eorum frumenta, solvit scolteto unam cum media marcas.

Item villa praefata solvit decimam manipularem et canapalem tantummodo de agris cmethonalibus praepositurae Lanciciensi, et conducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor decimae aestimatur ad tredecim marcas; agri autem scolteti solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Mirzino, cuius valor aestimatur duae marcae, item *obyedne* cmethones solvunt mediam marcam, scolteti unum fertonem, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere et ducturas a villa in villam et in fora facere, item duo scolteti per mediam sexagenam servitii solvunt.

Kurowycze, villa capitularis in iure Polonico locata et sub parochia ecclesiae de Czyarnoczin sita, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet de laneo pro capitulo solvit pro annuo censu in festo S. Martini mediam sexagenam cum quatuor grossis, et notario medium grossum

pro nota, item capones duos, item triginta ova, item tenetur quilibet de laneo decem currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere; item tenentur in agris praedialibus curiae in Warsin eos contingentibus, qui vocantur *iutrzyni*, arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere, item tenentur quilibet dare tres asperiolos; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere, item non tenentur solvere triticum, neque avenam, neque censum *szyenne.* Item sunt ibi quatuor horti; primus solvit viginti unum grossum, secundus sedecim grossos, tertius fertonem, quartus sedecim grossos; item unum molendinum, quod pro annuo censu quatuor marcas solvit, item scoltetus non est ibi, item cmethones non solvunt *obyedne;* item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire et aggeres reformare, stabula curiae reformare et tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano de Nyesulkow, quae donata est ei in fundatione per Jaroslaum archiepiscopum, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a plebano locandum et valor decimae aestimatur ad quindecim marcas; item quilibet cmetho ultra censum capituli annuum, videlicet mediam sexagenam, solvit pro castellano in Konary quatuor cum medio grossos.

Dalkow, villa capitularis in iure Polonico locata et sub parochia ecclesiae de Czarnocin sita, in qua sunt septem lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro censu annuo pro festo S. Martini mediam sexagenam et septem grossos, item duos capones, item triginta ova, item tenetur quilibet de laneo decem currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere, item tenentur in agris praedialibus curiae eos contingentibus, qui *iutrzyni* vocantur, arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere, item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere; item non tenentur solvere triticum, neque avenam, neque censum foeni, qui *szyenne* vocatur, item quilibet de laneo solvere pro castellano Konariensi quatuor cum dimidio grossos, item non est scoltetus, non sunt hortulani, non est molendinum in villa praefata, et cmethones in molendinis capitularibus molere tenentur, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata solvit decimam manipularem et canapalem ecclesiae et plebano in Nyesulkow, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum et valor decimae aestimatur ad septem marcas, quae decima donata est eidem ecclesiae in Nyeszulkow, in eius fundatione per Jaroslaum de Bogoria, Gneznensem archiepiscopum.

Rakowska Wolya, villa capitularis sub iure Polonico locata et in

parochia ecclesiae de Thusszyn sita, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit capitulo pro censu annuo in festo S. Martini mediam sexagenam et quatuor grossos; item duos capones, item triginta ova; item non tenentur in agris praedialibus curiae, eos contingentibus, qui *iutrzyni* vocantur, arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere; item non tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere, item non tenentur solvere triticum, neque avenam, neque censum foeni, qui vocatur *szyenne;* item unum molendinum in flumine Nir, quod pro annuo censu solvit capitulo tres marcas. Item in eadem villa fuit scoltetia, quam capitulum Cracoviense sub tenuta Derslai de Borzynow, archidiaconi Cracoviensis, coemit, et duos eius laneos cmethonibus locavit, item sunt in eadem villa quinque tabernae, sive horti, quarum quaelibet solvit pro censu unum fertonem et habent hortos, item cmethones non solvunt *obyedne.*

Item villa praefata solvit decimam manipularem de agris cmethonalibus et scolteti, et canapalem ecclesiae et plebano Sancti Stanislai in Rzgow, per capitulum Cracoviense noviter fundatae, quam eidem ecclesiae in Rzgow, Johannes Grusczynski, archiepiscopus Gneznensis, de domo Roszae, de consensu sui capituli perpetuo donavit et inscripsit, et quam tenentur cmethones propriis curribus conducere in horreum a plebano locandum et valor decimae aestimatur ad decem octo marcas; donationis huiusmodi habetur in aerario Cracoviensi privilegium; item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Warszyn, villa capitularis in iure Theutonico locata et sub parochia ecclesiae de Czyarnoczin sita, in qua sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro annuo censu mediam sexagenam, item duos capones, item triginta ova, item non solvunt triticum, neque avenam, non solvunt censum foeni, alias *szyenne*, ligna etiam non ducunt. Item est in eadem villa hortus, qui solvit pro censu annuo sedecim grossos, item est in eadem villa praedium capitulare habens prata, cuius agros cmethones villae tenentur arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere, prata autem tenentur falcastrare, rastrare, colligere et in horreum similiter conducere, et proveniunt quinque acervi de frumentis, et tres de foeno. Item in eadem villa est scoltetus, qui habet duos laneos liberos, item molendinum non est ibi, et cmethones molunt eorum frumenta in molendino capituli; item tenentur in venationes retia et in Pyotrkow necessaria ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata post agros cmethonales et scolteti, solvit decimam

manipularem et canapalem praepositurae Lanciciensi, et conducunt eam incolae in horreum a praeposito locandum et valor aestimatur eius ad septem marcas; item agri praediales reddunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Mirzyno et valor aestimatur eius ad unam marcam; item non solvunt *obyedne*, neque cmethones, neque scoltetus, item alius hortus quindecim grossos solvit.

Palczewye, villa capitularis in iure Polonico locata, et sub parochia ecclesiae de Czyarnoczin sita, in qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet solvit capitulo pro annuo censu in festo S. Martini mediam sexagenam, item duos capones, item triginta ova; item non solvunt triticum, neque avenam, non solvunt censum foeni, alias *szyenne*, ligna etiam non ducunt ad curiam; item tenentur in praedio in Warszyn in agris praedialibus curiae, eos contingentibus, qui vocantur *iutrzyni*, arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere; item tenentur unum pratum pro curia falcastrare, rastrare, colligere et conducere. Item non est aliquis in eadem villa scoltetus neque hortus.

Item villa praefata solvit decimam manipularem et canapalem praepositurae Lanciciensi, et conducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas; item non solvunt *obyedne*, item non est ibi molendinum, et cmethones tenentur eorum frumenta molere in molendinis capituli, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Molendinum Yaxyn mosth, ad villam Palczewye pertinens et sub parochia eadem de Czyarnoczin consistens, habet agros speciales et largos, et solvit capitulo pro annuo censu quatuor cum media marcas, nunc duas marcas, item decimam de agris solvit manipularem plebano et ecclesiae in Thusszin; item molendinum praefatum non pertinet integraliter ad capitulum, sed certi nobiles habent ibi sortes, quae si coemerentur, posset locari illic pulchra villa.

Kalno Maior, villa capitularis in iure Theutonico locata, et sub parochia ecclesiae de Thusszin sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, et duodecim lanei, quilibet de laneo solvit capitulo pro censu annuo in festo S. Martini novem scottos, et quatuor lanei per unam marcam; item duos capones, item triginta ova, item non solvunt triticum, neque avenam, item non arant, neque metunt, item quilibet de laneo tenetur duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere, item in eadem villa sunt duo horti, quilibet pro annuo censu solvit viginti grossos, item in eadem villa fuit scoltetia, quae habuit quatuor laneos, sed per capitulum Cracoviense tempore tenutae Johannis Rzeszowski coempta, et in agris scoltetiae

cmethones locati, omnia iura solventes, quae antiqui reddebant, item quilibet cmetho de laneo ratione *obyedne* solvit. duos grossos. Item est ibi molendinum in flumine Nir, non habet agros, sed habet optimum pratum, emptum est per Huthnik et solvit pro annuo censu tres marcas, et cmethones in eo molere tenentur, item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item villa praefata de agris omnibus solvit decimam manipularem et canapalem praepositurae Lanciciensi, et ducunt eam in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas, et solvitur decima huiusmodi tam de agris cmethonalibus quam scolteti, item cmethones solvunt ratione *obyedne* mediam marcam.

Grodzysko, villa capitularis in iure Polonico locata et sub parochia ecclesiae de Thusszin sita, in qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit pro capitulo pro censu annuo in festo S. Martini viginti scottos, item duos capones, item triginta ova solvunt; item non solvunt triticum, neque avenam; item tenetur quilibet de laneo duodecim currus lignorum pro curia in Pabianicze adducere. Item non tenentur in agris curiae praedialibus, qui vocantur *iutrzyni,* arare, arpicare, neque serere, metere; item tenentur pratum curiae falcastrare, rastrare, colligere, metere et in horreum inducere; item in eadem villa est hortus, qui solvit pro censu annuo viginti grossos, item in eadem villa non est scoltetus, item cmethones non solvunt *obyedne*, item non est ibi molendinum, et cmethones tenentur molere in molendinis capituli; item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow ducere, curiam et hortos sepire, aggeres reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere. Item villa praefata de agris omnibus solvit decimam manipularem et canapalem praepositurae Lanciciensi, et ducunt eam in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, aliquando ad quinque.

Rypoltowska Wolya, villa capitularis sub iure Polonico locata et sub parochia ecclesiae de Pabianicze sita, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit capitulo pro censu annuo novem scottos, et notario medium grossum pro nota; item duos capones, item triginta ova solvunt, item non solvunt triticum, neque avenam; item tenentur pro curia in Pabianicze adducere ligna pro braxatione cerevisiae, quotquot sunt necessaria. Item tenentur in agris curiae praedialibus eos contingentibus, qui *iutrzyni* vocantur, arare, arpicare, serere, metere et acervis dispositis in horreum conducere; item tenentur pratum curiae falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere; item non est in eadem villa neque scoltetus, neque hortus, neque taberna, item cmethones non solvunt

obyedne, item non est ibi molendinum, et cmethones in molendinis capituli molere tenentur; item villa praefata de agris omnibus solvit decimam manipularem et canapalem archiepiscopo et mensae suae Gneznensi, et conducunt eam cmethones in horreum a factoribus archiepiscopi locandum, et valor aestimatur eius ad novem marcas, aliquando ad decem; item tenentur retia in venationes et necessaria in Pyotrkow pro statione canonicali ducere, curiam et hortos sepire, aggeres in locis eos contingentibus reformare, stabula curiae tegere, et ducturas a villa in villam et in fora facere.

Item quilibet cmetho et incola in villis Pabianicensibus habitans, sive multum habeat de agro, sive parum, habens casses leporinos, aut tenens valteres, tenetur annuatim unum leporem dare pro curia in Pabianicze; item quilibet, cortices quercinos aut multicoratis vendens, tenetur pro dominio solvere annuatim sex grossos et duos gallos; item quilibet faciens rotas, tenetur pro dominio annuatim solvere aut sex grossos, aut currum novum cum rotis novis duabus, item quilibet operans scilindria, tenetur pro dominio solvere septem sexagenas scilindriorum.

Ferrifodina vulgariter kusznycza.

Habent bona Pabianicensis districtus ferrifodinam alias *kuszniczam*, in haereditate villae Choczyanowicze sitam, in fluvio Nyr, circa quam est piscina optima in eiusdem fluminis alveo Nyr; et minera ferri, in bonis Pabianicensibus de bono grano, sufficiens reperitur. Habet autem huiusmodi ferrifodina agros non parvos iam extirpatos et cultos, habet et sylvas, in quibus plures agri possent extirpari, habet et prata bona, de quibus omnibus magister fabricae pro annuo censu solvit in quolibet sabbatho duo ferri aratra, aut eorum pretium et valorem; administrat etiam pro curia Pabianicensi et largitur verva, vectes, et alia levia necessaria, item de agris solvit decimam manipularem.

Vitreatorium, alias vulgariter hutha.

Habent etiam bona Pabianiczensis praefati districtus fabricam vitream, alias *hutta* in eadem haereditate villae Choczyanowicze sitam, quae etiam habet agros cultos pro subsistentia sui et prata, et pro annuo censu ex omnibus solvit pro dominio septem fertones in festo S. Martini, administrans vitra pro mensa et fenestris, pro curiae Pabianicensis usu et necessitate; iam nunc non est.

Item de agris solvit decimam manipularem praepositurae Lanciciensi.

Avisamenta pro bonis tenutae Pabianicze, per me Johannem Dlugosoh concepta.

Primo, ut locetur civitas in villa Rzgow, et fundetur ecclesia parochialis sub titulo S. Stanislai, cui in dotem assignetur decima manipularis in Rakowska Wolya, per dominum Johannem archiepiscopum Gneznensem, perpetuo, accedente consensu capituli, donata.

Item, ut supra quadraginta laneis decimarum novalium, per eundem dominum archiepiscopum, capitulo Cracoviensi inscriptis, obtineatur capituli Gneznensis consensus; item ematur villula Gorzow, vel per commutationem cambiatur, quoniam pro medietate eius non recusat scoltetus Rypolthowsky recipere unum laneum in Rypolthowicze. Item ecclesia in Pabianicze transponatur in alium locum propter ignem, item plebano in Pabianicze detur perpetuo piscina parva capituli, versus Carniszowicze; item advocatia ematur in Pabianicze pro altera medietate, item piscina in Pabianicze elevetur, quoniam luto impleta et bassa est, item in aliqua piscinarum erigatur sarra pro asseribus, quoniam erit plurimum utilis et necessaria, item coematur quarta pars molendini in Jaxin Mlyn, et ibi posset locari bona villa. Item fiat diligentia, ut residua pars in Maiori Gorka posset coemi, item locentur villae in mericis, quoniam ad minus decem locari poterint, item de limitibus villae Dalkow provideatur, quoniam occupati per cmethones villae Czarnoczin, domini episcopi Vladislaviensis, et plures scopuli sunt iam exterminati; item in Rzgow in parte inferiori erigatur piscina in flumine Nyr, quoniam situm optimum habet, et ibi posset sarra aptari, item locetur fabrica ferri in flumine Grabia, coempta ripa a Trzebyenszky, ubi posset et piscina bona aptari atque parari; item de villa Potrukozy, empta foro reemptionis a domino Johanne Grusczynsky archiepiscopo, cum capituli consensu pro tricentis marcis, provideatur, ut posset perpetuo obtineri per pecuniam, vel per commutationem; item locetur tertia fabrica in Kurowicze, inferius molendinum in Kurowiczky in torrente, qui currit de Kurowicze, item provideatur de defensione villae Kurowicze et scopulis eius, quoniam Koprzywniczsky et scopulos exterminavit, et mellificia corrupit et homines gravavit, item fiat diligentia de limitibus expediendis cum villa regia Wyanczenye.

In Nomine Domini amen.

Cum decimae sint tributa egentium animarum, quas sibi Rex Regum in signum universalis dominii reservavit, non suae maiestati necessarias, sed hominum saluti procul dubio profuturas; proinde Nos Casimirus, Dei Gratia Rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Syradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Pomeraniaeque dominus et haeres; actum facimus, universis praesentium notitiam habituris. Quod licet alias ex quibusdam causis prohibuerimus et prohiberi mandaverimus cmethonibus seu colonis dioecesis Cracoviensis, ne decimas praediales frugum suarum tam episcopo, quam aliis quibuscunque ecclesiasticis clericis debitas, suis curribus conducerent sicut conducebantur temporibus retroactis; tamen, quia ex hoc ecclesiis et earum ministris plurima damna et incommoda provenerunt sine aliqua utilitate colonorum, nunc nostra voluntate mutata de consilio reverendi patris, domini Jaroslai, sanctae Gneznensis ecclesiae archiepiscopi, et consensu unanimi baronum nostrorum, ac interventu precum venerabilis patris domini Bodzanthae episcopi, et capituli Cracoviensis, praedictam prohibitionem vecturae decimalis penitus revocantes, districte praecipimus, nostrae gratiae sub obtentu omnibus et singulis colonis et cmethonibus, terras, agros, seu praedia quaelibet colentibus in nostris, vel baronum, vel militum nostrorum et aliorum quorumcunque villis Polonicalibus vel Troconicalibus, in tota dioecesi Cracoviensi, ut de caetero episcopo et capitulo, praelatis ac canonicis ecclesiae Cracoviensis, et emptoribus decimarum ipsarum, nec non abbatibus, prioribus, plebanis, ecclesiarum collegiatarum et parochialium rectoribus, ac aliis quibuslibet clericis saecularibus seu regularibus exemptis, in praedicta dioecesi commorantibus, decimas frugum suarum cuiuslibet seminis et canapi tempore messis quolibet anno, curribus suis ipsi coloni sine dolo et fraude ad horrea episcopi et clericorum, vel alia certa loca villarum, in quibus huiusmodi decimae consistunt, quae procuratores, venditores seu decimatores, aut decimarum emptores episcopi et quorumlibet canonicorum vel clericorum elegerint, conducere et componere, sicut olim fuit consuetum, perpetuis temporibus teneantur. Hoc adiecto, quod si aliquis miles noster decimas in villa vel villis suis emere voluerit, hoc sibi liceat usque ad festum Sancti Jacobi Apostoli. Si quis autem civis, vel alius homo Polonus aut Teuthonus decimas in villis militaribus prius ordinaverit, si miles dominus villae vel villarum, ipsas pro eadem summa pecuniae illo anno habere voluerit, solvat medietatem pecuniae venditori tempore, quo decimas conducere et recipere coeperit a colonis, reliquam medietatem ad festum Sancti Martini. Si autem miles dictas decimas emere voluerit infra tempus praedictum, tunc vendantur

libere quibuscunque personis, quas coloni curribus suis, ipsis etiam emptoribus, ad certa loca vel horrea sine militum impedimento conducere sunt adstricti, in eo casu decimam canapi ratione huius laboris sibimet reservantes. Sed si decimas frugum coloni pro episcopo vel quolibet clerico conduxerint, etiam decimas lini et canapi cum semine in manipulis solvere et conducere in horrea tenebuntur. Si quis autem miles praefatas decimas recipere praesumpserit violenter, is poena, quae polonica lingua dicitur *pyancznadziesta* per nostros iudices seu subditos, quaerulantibus clericis vel ipsorum procuratoribus condemnetur, ut sit quilibet suis rebus et stipendiis contentus, domino Deo, a quo bona cuncta procedunt, liberius famuletur. In quorum testimonium et evidentiam firmiorem, huic paginae nostrum, et reverendi patris domini Jaroslai, sanctae ecclesiae Gneznensis archiepiscopi, huius negotii mediatoris, sigillum est appensum. Actum Cracoviae, tredecimo Calendas Julii, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo. Praesentibus nobilibus viris baronibus nostris: Joanne Jura Sandomiriensi, Imramo Cracoviensi palatinis, Otthone cancellario regni Poloniae, Wilczkone Sandomiriensi, Henrico Wisliciensi, Joanne Woiniciensi castellanis; Jannussio doctore decretorum, Hermano cancellario Cuiaviensi, Andrea succamerario Cracoviensi, Clemente Sandomiriensi, Nicolao Cracoviensi subdapifere, Szaschkone subpincerna Cracoviensi, Zawisscha de Kowale, et aliis pluribus fide dignis, per manus domini Sbignei, cancellarii nostri.

Privilegium domini Vladislai regis Poloniae, ecclesiis et militiae regni Poloniae datum in Pyotrkow, sub anno Domini 1388. sabbato ante dominicam oculi, continens articulos libertationum et exceptionum.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Revera clementia salutaris humani generis imbecillitati, quo plerumque decursu temporis et oblivionis errore confunditur, industriosum indidit remedium, ut actus suos et signanter perpetuitatem concernentes, consvevit litterarum apicibus perhennari. Proinde Nos Vladislaus, Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuiaviae, Lithvaniaeque princeps supremus, Pomeraniae, Russiaeque dominus et haeres etc. etc.; significamus, quibus expedit universis, praesentium notitiam habituris, quod ad regnum nostrum Poloniae, ipsiusque incolarum statum commodosum, salubrem et profectum pro sincerae mentis affectu, quemadmodum ex assumtae dignitatis debito tenemur officii, sollicite aspirantes, regni nostri Poloniae et eius incolarum, imo communi-bono, quod privato praeferendum est, in

omnibus svadente ac etiam deposcente, articulos infrascriptos, maturo super eisdem habito consilio et tractatu, volumus, et decernentes promittimus firmiter et irrefragabiliter temporibus perpetuis observari.

Et primo, quod singulas et universas aedes sacras seu ecclesias, in omnibus earum iuribus et libertatibus, quibus temporibus dominorum praedecessorum nostrorum, Poloniae regum, fruebantur, volumus omnimode observari; dignitates saeculares terrarum regni, aequo modo certa iura sua et consuetudines ipsarum, quas temporibus serenissimorum principum, dominorum Casimiri et Ludovici regum Poloniae, obtinebant, dimittemus persistere penitus et manere. Quas quidem dignitates, cum eas quoquo modo vacare contigerit, nulli extraneo terrigenae, nisi nobili bene merito illius terrae, in qua dignitas sive honor vacaverit, terrae videlicet Cracoviensis, terrigenae Cracoviensi, Sandomiriensis, terrigenae Sandomiriensi, et sic singulis terris regni nostri dabimus, vel quomodolibet conferemus. Super quibus etiam dignitatibus saecularibus in futurum, cumque per tenutarios fortaliciorum et castrorum alienae gentis et extraneae nationis, regnum in se et in suis partibus crebrius periclitari contigit, pro eo et ex eo nulli ducum et de ducali genere descendenti, seu extraneo cuipiam aliquod fortalicium, castrum, civitatem, ad regendum pro tempore, vel in aevum obtinendum dabimus, assignabimus aut quomodolibet conferemus, nec etiam aliquem talium in capitaneum, aut tenutarium terrae alicuius, aut terrarum regni nostri praedicti praeficere volumus, vel etiam subrogare. Promittimus insuper et spondemus, quod dum ad requisitionem nostram, nobiles regni nostri, extra metas eiusdem regni ad expellendam hostium saevitiam, transitum facere contigerit, ipsis satisfactionem condignam pro captivitate caeterisque damnis notabilibus faciemus; metas vero sive granicies regni Poloniae, praedicti nobiles ab insultu et incursu aemulorum et hostium, propriis damnis et sumptibus tueri et defendere debent, et omnimode teneantur. In casu vero, quo aliquis aemulus regni nostri quocunque modo regnum ipsum intraverit, et cum eodem conflictum intra metas ipsius regni terrigenas nostros facere contigerit, eisdem terrigenis pro captivitate dumtaxat, si vero extra metas id ipsum fieri contigerit, tunc et pro damnis, si quae incurrerint, et pro captivitate, quod absit, satisfactionem condignam impendemus. Captivos aut quoslibet, quos extra metas et intra regni praedicti per nostros terrigenas capi contigerit, pro decaptatione per eosdem captivos nobis facienda, retinere volumus penitus, et habenda. Promittimus etiam, quod si tempore et necessitate urgente, in spem alicuius expeditionis futurorum hostium, et aemulorum insultus et hostilitates sentientes, terrigenis nostris pecunias, videlicet quinque marcas super hastam quamlibet dare, vel distribuere nos contigerit. Casu vero, seu successu temporis offerente, dum infra spatium duorum annorum post

distributionem pecuniarum, sic ut praemittitur factam, ad expeditionem non processerimus, extunc iidem terrigenae ab huiusmodi pecuniis et a servitiis ratione praedictarum pecuniarum faciendis, erunt soluti penitus et exempti. Si autem infra decursum eorundem duorum annorum, ad expeditionem cum eisdem terrigenis nostris transitum faceremus, et extra metas regni nostri praedicti processerimus, extunc praedicti terrigenae ab eisdem pecuniis et a servitiis, praetextu earundem similiter sunt soluti. Absolvimus insuper et perpetuo liberamus omnes et singulos omnium nostrorum terrigenarum cmethones, ab omnibus solutionibus, contributionibus, exactionibus, datiis, vecturis, laboribus, equitaturis, angariis, gravaminibus, frumentorum dationibus, dictis *sep;* praeterquam duos grossos, quos quilibet cmetho praedictorum terrigenarum de quolibet laneo possesso, scultetis, servitoribus, ac etiam molendinatoribus, tabernatoribus et hortulanis, agros non colentibus dumtaxat exceptis, singulis annis in futurum a festo Sancti Michaelis Archangeli, usque ad diem Sancti Nicolai nobis solvere sit adstrictus, ad quos quidem duos grossos alias serenissimo principi Ludovico, Hungariae et Poloniae regi, solvendos se libere submiserunt. Quod si infra praefixum terminum nobis aliqua villa pecuniam huiusmodi solvere neglexerit, extunc exactor noster, quem pro tollenda eadem actione duxerimus deputandum, in eadem villa unum bovem, ratione nonsolutionis, absque spe restitutionis, habebit recipiendi omnimodam facultatem. Si vero infra quindecim dies post eiusdem bovis receptionem, eadem villa et quaevis alia dictam pecuniam non solverit, extunc idem exactor noster duos boves consimili modo sine spe restitutionis recipiat atque tollat, poenam eandem continuens duas septimanas iterando, quousque praedicta pecunia de eadem villa fuerit integraliter persoluta. Memoratus etiam exactor praedictarnm pecuniarum praetextu notae, quod *napyszne* dicitur, nihll exigat neque tollat; caeterum, si in aliqua terra regni nostri iustitiarium aliquem, communicato baronorum nostrorum consilio, constituere nos contigat, idem iustitiarius recipiendi quartas, vel quamcunque exactionem seu excogitatam pecuniam, quae *oprawne* dicitur, super cmethones nullam habebit nec habeat potestatem. Idem quoque iustitiarius nullam habebit facultatem quempiam iudicandi vel sententiandi, praeterquam furem, cum rebus furtivis notorie deprehensum, vel in foris furem publice proclamatum et proscriptum, quem iustitiae debitum exequendo, poena capitis plectere valeat, cuius furis medietatem bonorum pro se recipiat, aliam vero medietatem pro furis uxore, vel ipsius pueris aut affinibus derelinquat. Propterea (sic) promittimus, singulos articulos et clausulas in privilegiis serenissimorum principum, dominorum Casimiri et Ludovici regum Poloniae, nostrorum praedecessorum contentos, praesertim commodum et profectum regni nostri Poloniae saepe fati, et ipsius incolarum concernentes, firmiter et inviolabiliter

perpetuis temporibus observare. Postremo pollicemur, quod nullas stationes in villis et haereditatibus nobilium et terrigenarum nostrorum faciemus. Si vero casualiter opportunitate et necessitate nos cogente, stationem in bonis, villis ac haereditatibus alicuius vel aliquorum nostrorum nobilium nos facere contigerit, extunc nil vi, vel potentia recipi faciemus, vel quomodolibet permittemus, imo quaeque necessaria pro nobis, nostris pecuniis propriis volumus comparare, harum nostrarum, quas appensione maioris sigilli nostri, communiri fecimus, testimonio litterarum. Actum in Pyotrkow, sabbato ante dominicam Oculi, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo. Datum per manus honorabilis Domini Zakliczе, praepositi Sandomiriensis cancellarii, Clementis de Moskorzow vicecancellarii aulae nostrae, fidelium dilectorum.

Concordia laudi inter Casimirum regem et Bodzantam episcopum Cracoviensem, per Jaroslaum archiepiscopum Gneznensem celebrata, super decimarum raptu.

Nos Jaroslaus, Dei gratia sanctae Gneznensis ecclesiae archiepiscopus, in Cracoviensi dioecesi in officio visitationis constituti, universis ad quos praesentes pervenerint, volumus fore notum, quod cum inter serenissimum principem dominum Casimirum, Dei gratia regem Poloniae et patronum nostrum ex una, et dominum Bodzantam, fratrem nostrum carissimum, episcopum Cracoviensem parte ex altera, quaedam dubitatio super decimis et aliis articulis inferius contentis fuisset hinc inde exorta, demum eaedem partes volentes ad calculum concordiae sine scrupulo conscientiae pervenire, in nos voluntarie et ex certa scientia, non per errorem, nec aliquo dolo et fraude circumventi, super articulis infra positis, pro se suisque successoribus omnibus, concorditer consentientes, compromiserunt tanquam in arbitrium compromissarium, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, seu amicabilem compositorem, dantes et concedentes nobis liberam et omnimodam facultatem, ut possimus de plano et sine strepitu et figura iudicii, super dictis articulis pronuntiare, laudare, definire, arbitrari et ordinare, etiam iuris ordine non servato, qualitercumque et quomodocumque, prout nobis melius videbitur, expedire. Nos itaque Dei nomine invocato, et consilio sapientum communicato nobiscum, etiam habita deliberatione sufficienti pro bono pacis et utilitate ecclesiae Cracoviensis, ex vigore compromissi praedicti, Christi nomine invocato, laudamus, ordinamus et diffiniendo arbitramur, inter dominos regem et episcopum praedictos, videlicet quod pro raptu decimae praevialis alicuius nobilis, vel pro causa qualicumque rationabili, talis raptor vel malefactor

monitione praemissa excommunicetur; in qua excommunicatione infra sex menses si perstiterit, extunc incolae in eadem villa degentes, cum teneantur decimare, excommunicentur cum raptore decimae eiusdem; ubi autem uxor alicuius nobilis, viro absente decimam rapuerit, per censuram ecclesiasticam usque ad satisfactionem condignam contra ipsam procedatur. Si vero infra sex menses in eadem excommunicatione perstiterit animo indurato, tunc cmethones in eadem villa, ubi decima sit rapta, cum domina eadem excommunicentur. Praeterea ubi clericus vel presbyter ordinati esset occissus, vulneratus, captus vel detentus fuerit, illius loci ecclesia vel ecclesiae, si sint plures, a iure sint interdictae, et ideo non debet in eis divinum officium celebrari, quousque malefactor domino episcopo tradatur, qui si deprehendi non poterit, tunc habitatores eiusdem loci praestabunt iuramentum, quod malefactorem detinere nequiverint, nec occasionem effugiendi dederint, demum ordinarius tollet interdictum a iure statutum, et nihilominus malefactor sit proscriptus et per quemcumque rapi poterit, domino ordinario nuperrime tradatur et excommunicetur. Item quicumque dominus villae in ipsa villa sua decimam emere voluerit, ante festum Beati Jacobi cum domino decimae forisare procuret, alioquin dominus decimae libere decimam vendet, impedimento a domino villae cessante. Item ubicumque aratro in hortis et campis aratum fuerit, decima plenarie exsolvatur, exceptis rapis, papavere, caulibus, cepis, allio et his similibus, quae in hortis suis quis ligonisando plantat, decima de praedictis ab eo nullatenus repetatur. Pro decima vero canapi taliter statuimus, quod quicumque cmetho arat cum integro aratro, quotcumque boves habuerit sive equos, det quatuor ligaturas canapi parati, iuxta consvetudinem terrae antiquam, qui vero cum medio aratro arat, duas ligaturas dare teneatur; qui autem non arat, a decima canapi debet esse liber et solutus. Item super interdicto servando taliter decernimus, quod cum ex casu qualicumque evenerit, in civitate Cracoviensi interdictum ecclesiasticum teneri et observari, civitas Casimiria iuxta fluvium Wislam eidem interdicto non debet subiacere, et e converso. Statuimus insuper, quod ubicumque vel ad quemcumque locum ecclesiasticum excommunicatus a iure vel homine venerit, ecclesiam vel coemeterium ingressus fuerit, tunc cessetur a divinis, ipso tamen de ecclesia vel coemeterio recedente, divina licite resumantur. Inter caetera decrevimus et statuimus expresse, quod interdictum triduanum, quod alias servabatur per omnes ecclesias propter adventum alicuius excommunicati, ex nunc per quempiam nullatenus teneri debeat nec observari, ne pluralitas plebis devotae, propter crimen unius obstinati, salutaribus divinis officiis et sua orbetur devotione; ubi autem sententia sedis Apostolicae fuerit, cui nos legem dictare non possumus, volumus, quod forma mandati in rescripto posita, diligenter servetur et exequatur; clausula superius de

interdicto triduano praemissa, non obstante. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum, in testimonium omnium praemissorum. Actum et datum in Wyeliczka, octavo Idus Novembris, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo. Praesentibus honorabilibus viris dominis Martino archidiacono, Nicolao cancellario Gneznensi, Sweczslao officiali Cracoviensi, Sbiluto praeposito Plocensi et aliis pluribus fide dignis.

ECCLESIAE COLLEGIATARUM.

SANDOMIRIENSIS.



rimum post matricem, primariam et cathedralem Cracoviensem ecclesiam, dabimus Sandomiriensi ecclesiae, sub honore et titulo beatissimae Mariae Virginis dicatae, locum; nec abs re, frequentibus enim adornata decoris, adeo apud polonicam ecclesiam vulgato communique consensu celebris est, ut parum a plerisque cathedralibus differat, eo uno vel maxime famata et insignis, quod per Tartarorum rabiem, quorum dux tunc erat Bathy tertius inter principes, ex quo eorum nomen et denominatio erupit, regnum Poloniae a. D. 1241. et secunda die mensis Junii in oppidum Sandomiriense irrumpentium, plurimus illic Polonorum catholicorum utriusque sexus, ecclesiastici et saecularis ordinis, fusus sanguis, felici martyrio locum illum, super quem pulcherrima ex latere cocto per Casimirum Secundum Poloniae regem, fabricata est ecclesia, et in quo corpora occisorum humata requiescunt, nobilitavit sacravitque, ut universus Polonorum populus nullas maiores ducat per gratiam non mortalis, sed summi pontificis aeterni, collatas indulgentias, quoniamque in Sandomiriensi ecclesia pro die secunda Junii quotannis innovantur; quapropter illas et magnas appellat, et frequentissimo populorum concursu, quasi sanctis martyribus illic a Tartaris occisis parentaturus, anniversarium agit celeberrimum. Situm praeterea habet amoenum et sola ubertate refertum; dignitatum quoque et praebendarum numerum auctiorem, accedit et mansionariorum rarus apud ecclesias etiam pontificales decor, ut in eo etiam illam cathedrae non superent; per quem autem regem aut principem Poloniae ecclesia huiusmodi

fundata, erecta, et dotata, aut quo tempore sit, et ex litteris, et ex annualibus, et ex fama liquere mihi aliquantulum potuit; hoc insuper pro comperto habeo, quod Zawichostensi oppido, quod prisco tempore famosum et divitiis inclitum fuerat, terraeque Sandomiriensis caput habebatur, ad desolationem recidente; Sandomiriensis ecclesia a regibus et principibus Poloniae, et ab episcopis Cracoviensibus principaliter, deinde ab ecclesiasticis et militaribus devotis viris dotari coepta est. Et dignitates atque praebendae ex decimis atque proventibus ecclesiarum parochialium, praeter paucas, quibus dos aliter quaesita est, institutae; quemadmodum in descriptione cuiuslibet dignitatis et praebendae clarius conabor ostendere, constabit, quam iam per suffragium divinum incipio. Currente itaque anno gratiae 1121. indictione nona, epacta quarta, concurrente primo, et anno decennalis cycli quartodecimo, Casimirus Boleslai Victoriosi, quem Poloni ob tornitatem oris *Krzywousty* appellant, filius quinto genitus, alterius vero Boleslai Largi regis Poloniae, beatissimi Stanislai Cracoviensis episcopi et martiris gloriosi, occisoris, pronepos, Sandomiriensis dux, Sandomiriensem locum et ducatum, qui sibi ex morte Henrici patrui sui germani, apud Prussiam in locis liminosis et paludinosis occisi, cesserat, illustraturus; ecclesiam sub titulo glorisissimae Virginis Mariae erigit collegiatam, constituens in ea quinque praelatorum, videlicet praepositi, decani, cantoris, scholastici et custodis, et octo canonicorum praebendatorum, et totidem vicariorum numerum; dotans praelaturas huiusmodi et praebendas de proventibus et decimis ecclesiarum parochialium, quarum erat unicus collator et patronus, videlicet de ecclesia parochiali S. Nicolai in Sandomiria, in cuius loco sita extat moderna S. Mariae collegiata ecclesia; item de ecclesia parochiali S. Joannis, cuius adhuc in veteris Sandomiriensi civitate sepersunt vestigia, item de ecclesia parochiali in Zarnow; item de ecclesia parochiali in Polaniecz; item de ecclesia parochiali S. Mauritii in Zawichosth, item de ecclesia parochiali in Szeczechow; item de ecclesia parochiali in Swirzsze. Auxerunt et tunc et expost episcopi Cracovienses hunc numerum, creando in ecclesia praefata Sandomiriensi archidiaconatum et tres praebendas, quae sunt eorum iuris et collationis; auxit et Vladislaus primus Poloniae rex, et Hedvigis regina, consors sua, unam praebendam, dotando illam, nonam in numero praebendarum regiarum; aucta insuper est praefata ecclesia Sandomiriensis et per pontifices Cracovienses altaribus, aucta postremo mansionariis, non in ultimis laudum, quod illi ex mansionariis accessit, numeratura decus; praefatam insuper Sandomiriensem collegiatam S. Mariae ecclesiam a se fundatam et dotatam, praefatus Casimirus Sandomiriensis dux, conventu celebri apud Sandomiriam proceribus et satrapis suis instituto, per Petrum Gneznensem archiepiscopum, sub praesentia Fulkonis Cracoviensis,

Viti Plocensis, Stefani Cuiaviensis et Arholdi Lubucensis episcopi, ordinavit solenniter eodem anno Nativitatis Christi, videlicet 1121., dedicari.

Praepositura Sandomiriensis.

Principalis in Sandomiriensi ecclesia dignitas praepositura Sandomiriensis, quam nunc obtinet Petrus Nicolai Seraphin de Dambrowka, zupparii olim Cracoviensis, nobilis de domo Ostrew, quae ex decimis et proventibus duarum ecclesiarum parochialium, videlicet Opoczno et Polyaniecz, pro maiori parte fundata et dotata est, et in evidentiam fundationis huiusmodi praepositus Sandomiriensis pro tempore, habet perpetuum ius patronatus et conferendi praefatarum duarum ecclesiarum, quoties vacant in Oppoczno et Polyaniecz. Praepositurae autem Sandomiriensis unicus est patronus illustrissimus Poloniae rex. Habet autem praepositura Sandomiriensis pro fundo villam Gyandrzyszkowicze et decimas manipulares infra describendas.

Gyandrzyszkowycze, villa sub parochia ecclesiae S. Pauli extra muros Sandomirienses sita, et praepositurae Sandomiriensi unicus, sed pulcher fundus; in qua est curia praepositi, bona habens aedificia, vineas et hortos atque pomeria, habens agros praediales uberes, de quibus nulli dat decimam manipularem; sed eam pro se tollit et in suum horreum inducit. Item sunt lanei cmethonales in ea quatuor, quorum quilibet solvit pro censu annuo sedecim scottos usuales, triginta ova, duos gallos, duos caseos, duas mensuras avenae, mensurae confertae Sandomiriensis; item tenetur quilibet cmetho de laneo laborare duos dies in septimana proprio curru aut aratro, item ducturas ad quaelibet loca faciunt, ad rationem dierum in septimana debitorum, praeter Sandomiriam, ubi tenentur ire ordinarie absque die. Item est in eadem villa taberna, habens agros, quae nihil laborans praeter *powabam*, solvit pro censu annuo unam sexagenam; item sunt in eadem villa sex hortulani non habentes agros, sed tantum hortos, qui nullum dant censum, sed tantummodo laborant pedestres unum diem in septimana, et utramque *powabam*, item omnes cmethones, tabernator, hortulani, et eorum inquilini, tenentur ad duplicem *powabam*, videlicet ad unam pro vere, et ad alteram pro hyeme, item cmethones tenentur absque die unum pratum maius falcastrare tantummodo, foenum autem falcastratum tenentur per se ipsum rastrare, colligere et conducere; item est in eadem villa molendinum non habens agros, quod solvit pro curia duas metretas, tertia pro se reservata; item tam cmethones, quam tabernator, solvunt decimam manipularem praepositurae Sandomiriensi, et conducunt eam propriis curribus in horreum praepositi in Jandrzyszkowicze, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Item in eadem villa est praedium bonum praepositi Sandomiriensis, de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit, et in suum horreum inducit. Item villa praefata confinat cum agris civitatis Sandomiriensis, item cum villis Zlota, Milczany, et loco scopulorum sunt *ugiaszdy* pro limitibus.

Decimae praeposituræ Sandomiriensis.

Stodoly, villa sub parochia ecclesiae de Woyczechowicze sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt viginti sex lanei cmethonales, item tabernae quinque, item hortulaniae duae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur communiter ad quadraginta marcas, aliquando ad quinquaginta, aliquando ad sexaginta. Item praedium in eadem villa optimum, quod pro una medietate solvit decimam manipularem vicario custodis Sandomiriensis, pro altera ecclesiae in Zamborzyn de agris tantummodo alias *niwa*, qui Ostrow appellantur.

Opoczno, oppidum in dioecesi Gnesnensi situm, habens ecclesiam parochialem muratam, ad Poloniae regem pertinens, in quo sunt sexaginta lanei civiles, de quibus tantummodo decima manipularis solvitur et conducitur per oppidanos ad horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; decimam canapi ex consuetudine non solvunt, aliquando ad viginti marcas aestimatur. Lanei huiusmodi sexaginta incipiunt a Lantka cmethone, usque ad *szmug* Gorzakowsky. Item praedium regium solvit, decimam manipularem ecclesiae parochiali ibidem in Oppoczno.

Opoczno Antiqua, villa sub parochia ecclesiae de Oppoczno sita, ad serenissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt lanei cmethonales, quorum medietas solvit decimam manipularem praeposituræ Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; medietas vero solvit decimam manipularem ecclesiae et plebano in Oppoczno; item non solvunt decimam canapi.

Dzerzskow, villa sub parochia ecclesiae oppidi Radom sita, cuius proprietas ad consules et civitatem Radom pertinet, in qua sunt viginti quinque lanei cmethonales, item tabernae non sunt, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad triginta tres, aliquando ad quadraginta marcas; item agri sive horti tredecim suburbanorum Radomiensium, qui solvunt decimam praeposito absque decima canapali; item non est ibi praedium

aliquod, item in villa praefata sunt tredecim horti, videlicet hortus Pyanthek, hortus Iedwabny, hortus Warczab, hortus Golambczina, hortus Ryczek, hortus Kwapisch, hortus Michaelis Sartoris, hortus Dobroy, item alii horti iuxta monasterium S. Bernardini, hortus Joannis Rymarz, hortus Nicolai Slapk, hortus Myaszek Fabri et hortus Phalyaczanka. Item agri post hortos iacentes, dicti Zaplothyncze, Michaelis Sutoris; item Przekora, item Beszerink, item Lanthtwoyski, item Pyantkonis, de quibus omnibus datur et conducitur decima manipularis, sed non canapalis praeposituae Sandomiriensi.

Gorzakow, villa sub parochia ecclesiae de Oppoczno sita, ad consules et oppidanos de Oppoczno pertinens, in qua sunt lanei cmethonales, quorum medietas solvit decimam manipularem praeposituae Sandomiriensi et valor eius aestimatur ad ...... marcas, medietas autem solvit decimam manipularem archiepiscopo Gneznensi; item decimam canapi non solvunt.

Zakrzowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Odanchow sita, cuius haeres Martinus de armis Accipitrum, in qua sunt agri cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item praedium unum tantummodo est ibi militare, de quo decima manipularis ecclesiae parochiali in Odanchow, item tabernae, item hortulaniae.

Boguslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius haeredes Grzymek et Pacoslaus fratres, de armis Zgraya, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas, interdum ad decem; tabernae duae habentes agros, hortulaniae tres habentes agros, de omnibus decima pro praeposito. Item sunt in eadem villa duae curiae militares et duo praedia; et unum praedium, quod est Pacoslai, solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Skarzeszow, aliud vero, quod est Grzymislai, solvit decimam manipularem ecclesiae in Thuchowyecz.

Ogonowicze, villa sub parochia ecclesiae de Oppoczno sita, ad proprietatem serenissimi Poloniae regis pertinens, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praeposituae Sandomiriensi et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non sunt tabernae, item sunt duae hortulaniae, sed non habent agros, item est ibi scoltetia habens duos speciales laneos, de quibus decimat ecclesiae parochiali in Oppoczno, item non est ibi praedium aliquod.

Grzmuczyn, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius haeredes Stanislaus, Nicolaus et Andreas vocati Koraczowye,

de armis Serpentum, alias Wązikowie, in qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae tres habentes agros, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus tam tabernae quam hortulaniae solvunt decimam praepositurae in *gonithwam*; item sunt ibi tres curiae militares et tria praedia, de quibus decima solvitur manipularis ecclesiae parochiali in Skarzeszow; de aliquibus tamen agris datur decima praeposito, eo, quod cmethonales quondam fuerunt, de aliis vero plebano in Skarzeszow.

Oszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jedlna sita ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad octo aut decem marcas; item tabernae tres decimant praeposito, item hortulaniae duae non habentes agros, item praedium unum ibi regium, cuius agri solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Jedlna.

Niemianowycze, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius haeres Andreas Ciolek de domo Taurorum, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor aut quinque marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae duae, sed non habent agros, item est ibi curia militaris et militare praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Skarzeszow.

Klonow Maior, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius haeredes Jacobus, Michael et Zlothy eius nepotes de armis Habdank, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quinque aut sex marcas, aliquando ad duodecim marcas. Item tabernae undecim habentes agros, item hortulaniae novem, sed non habent agros, de agris tabernarum redditur decima manipularis praepositurae; item sunt ibi tres curiae militares et tria praedia, de quibus omnibus datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Skarzeszow.

Klonow Minor, villa sub parochia de Skarzeszow sita, cuius haeres Stanislaus Gniewoszy, de armis Zgraya, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis in solutione diversificatur; nam in una medietate minori, de extremitatibus laneorum ex campis, versus agros

praediales in parte dextra, cedit plebano in Skarzeszow; in altera autem medietate in agris post allodium, pro maiori parte cedit praeposituraе Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas; ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum et decima canapi solvitur per quatuor ierugas soli praeposito. Item taberna una ex praedio, item hortulania una etiam ex praedio, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae de Skarzeszow; item est ibi una curia militaris et unum praedium, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Skarzeszow et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Clonowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Odanchow sita, cuius haeres Joannes Goszdzsky, de armis Doliwa, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae non sunt, item hortulania una habet agros de praedio, et solvit decimam manipularem ecclesiae in Odanchow; item curia militaris ibi una, cuius praedium solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Odanchow.

Odachowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Odanchow sita, cuius haeres Prandota Koninsky, de domo Rawa, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est ibi hortus, una taberna; item est praedium, de quo decimatur ecclesiae in Sucha, agri tabernae solvunt decimam praeposituraе, hortulania non habet agros.

Clonowyecz Droboth, villa sub parochia ecclesiae de Odanchow sita, cuius haeres Joannes Nyeczuya, de armis Nyeczuya, in qua sunt duo cum medio lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et canapalis per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad unam, aliquando ad duas marcas. Item praedium ibi unum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Sucha.

Woyslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius haeres Jacobus Przekuleya, Nicolaus Dobiesz et Marcus Alberti, de armis Doliwa, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et canapalis per quatuor ierugas et ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus solvunt decimam manipularem praeposituraе Sandomiriensi; item est ibi unum tantummodo praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Skarzeszow.

Polyczna, villa sub parochia de Szyeczechow sita, cuius haeres Nicolaus Slysz, de armis Habdank, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas et ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad decem marcas. Item taberna una non habens agros, item hortulaniae tres non habentes agros; item est ibi unum tantummodo praedium militare, de cuius agris datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Olyexow.

Schadkow, villa sub parochia ecclesiae oppidi Radom sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem et conventum monasterii Szyczechoviensis, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et canapalis per quatuor ierugas et ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quatuor aut quinque marcas. Item tabernae ibi non sunt; item hortulania una non habens agros; item est ibi unum tantummodo praedium coenobiale, de cuius agris non solvitur decima manipularis, sed eam tollit monasterium Szeczechoviense et eam in horreum suum inducit.

Malczow, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Michael Malczowsky, de armis Tarnawa, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et canapalis per quatuor ierugas et per cmethones ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad septem aut octo marcas. Item taberna una; item hortulaniae quatuor, item praedium ibi militare unum tantummodo, de quo decima datur manipularis ecclesiae parochiali in Antiqua Radom.

Wolya Kanymyry, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeres Sandiwogius Kanimir, de armis Zgraya, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et canapalis per quatuor ierugas et per cmethones ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item taberna non est ibi, item hortulania una, quae decimat plebano in Antiqua Radom, item praedium militare unicum, quod decimat plebano in Antiqua Radom.

Mlodnycze, villa sub parochia ecclesiae de Mnyszek sita, cuius haeres Mlodniczsky Nicolaus, *szyestrzenyecz* Moszgowy, omnes de armis Polukoza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis et per cmethones ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi unum tantummodo militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Mnischek.

Zakrzow, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeredes Eustachius et Derslaus fratres de armis Lewarth, in qua

sunt viginti lanei cmethonales, perceptio autem decimae diversificatur; una enim pars minor, de agris versus villam sitis, cedit praeposituræ Sandomiriensi, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; secunda pars maior, post agros aliquos cedit abbati et monasterio Szeczechoviensi, et fluvius Dunay dividit; tertia pars cedit decano Kelcziensi post modicos campos, qui vocantur *przymiarki* alias *polya mleczkowskie.* Item est ibi unum tantummodo praedium militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae ibidem in Zakrzow; item tres tabernae, item quinque hortulaniae habent agros ex praedio, et decimant propriae ecclesiae Zakrzow.

Myleyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Nowa Czirkiew sita, cuius haeres Andreas Gosc'ziszowsky, de armis Cervorum, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per duas ierugas canapalis praeposito, et per cmethones ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item est ibi unum tantummodo praedium militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nowa Czirkiew.

Nyeczathow, villa sub parochia ecclesiae de Nowa Czirkiew sita, cuius haeres Abraham Nyeczyathowsky, de armis et domo Pomian, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quatuor. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium militare unum tantummodo, de quo decima manipularis de quolibet grano datur in *gonithwam* pro praeposito, quoniam ex agris cmethonum factum est.

Pyaszthow, villa sub parochia ecclesiae de Wszolya sita, cuius haeres Nicolaus Slysz, de armis Habdank, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item tabernae tres omnes habent agros, item hortulaniae sex habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeposito in *gonithwam*; item praedium tantummodo unum militare, de quo decima manipularis ecclesiae in Wszolya datur, item est ibi unus laneus tredecimus, in quo locata est taberna dicta Kowalowska, quae decimat ecclesiae in Wszolya.

Owadow, villa sub parochia ecclesiae de Jedlna sita, cuius haeres Stanislaus Panthkowsky, de armis Cygnorum, in qua sunt lanei

cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item taberna, item hortulaniae, item praedium unum tantummodo militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Jedlna.

Chrwathy Phirleionis, villa sub parochia ecclesiae de Wszolya sita, cuius haeres Johannes Phirley, de armis Lewarth, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quatuor, aliquando ad sex marcas. Item tabernae duae habent agros; item hortulaniae duae habent agros, de quibus decimatur ecclesiae in Wszolya; item praedium unum tantummodo militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae in Wszolya, item molendinum unum in fluvio Mleczna, sed non habet agros.

Chrwathy Powalyny, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeres Msczugius Powalya, de armis Powaly, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item taberna una decimans praepositurae, item hortulania una, sed non habet agros, item praedium ibi unum tantummodo militare, de quo decima datur manipularis ecclesiae parochiali in Antiqua Radom.

Thynicza, villa sub parochia ecclesiae de Odanchow sita, cuius haeredes Petrus et Stanislaus Thynyeczsky et Stanislaus Zakrzowsky, de armis Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam, aliquando ad duas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item praedium ibi unum, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Odanchow.

Rayecz Minor, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, in qua plures haeredes de armis Nyeczuya, et in qua sunt lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad tres fertones. Item tabernae non sunt, item hortulani; item praedia nobilium, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Antiqua Radom.

Ragyecz Maior, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius proprietas ad abbatem de Szeczechow pertinet, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor

ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae ibi non sunt, item hortulaniae tres, quae solvunt decimam praeposito Sandomiriensi, item praedia nobilium solvunt decimam manipularem ecclesiae de Antiqua Radom; sunt autem aliquot ibi nobiles, qui depositis cmethonibus, dant decimam ecclesiae de Antiqua Radom iniuste, et tam plebanus quam nobiles spoliant praeposituram Sandomiriensem iure suo et decima.

Glogow, villa sub parochia ecclesiae de Mnischek sita, cuius haeredes Eustachius et Derslaus Zakrzowsczy, de armis Lewarth, in qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis praeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Perceptio autem praefatae decimae diversificata est, nam de agris versus Mlodnicze cedit praeposito Sandomiriensi, de agris autem versus Mniszek cedit episcopo Cracoviensi. Item tabernae dictae Konary non habent agros, item hortulaniae non sunt, item praedium unum ibi tantummodo militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Mnischek.

Kozynyczky, villa sub parochia ecclesiae de Nowa Czirkew sita, cuius haeres Petrus Vladislaus Kozyniczsky de armis Wyenyawa, in qua lanei octo sunt cmethonales, de quibus perceptio decimae diversificatur; nam ex medietate minori, de agris versus Mileyowicze, cedit praeposito, et valor eius aestimatur ad unam marcam; de aliis agris de medietate maiori cedit episcopo Cracoviensi, de agris sitis versus Maiorem Dambrowka, et conducunt eam pro utroque et decimam canapi dant; una medietas versus Nova Czirkew cedit praeposito, altera versus Maiorem Dambrowka episcopo Cracoviensi. Item tabernae non sunt, item hortulanus unus, qui decimat pro praeposito; item praedium militare unum tantummodo, de quo decima manipularis datur ecclesiae in Nowa Czirkew; item praepositus Sandomiriensis habet domum optimam in Sandomiria, prope ecclesiam muro civili connexam, versus plagam meridionalem, partim latere, partim ligno aedificatam, sitam inter domum decani et domum cantoris Sandomiriensis.

Vicepraepositura.

Praepositura Sandomiriensis habet habereque consvevit vicepraepositum seu vicarium perpetuum, officia sua supplentem, qui pro huiusmodi vicepraepositura habet pro fundo decimas manipulares infrascriptas; eam nunc tenet Johannes Runo de Oppathow; huius vicepraepositurae praepositus Sandomiriensis unicus est collator et patronus.

Castrum Sandomiriense est sub cura una cum balneo regio Sandomiriensi, quantum ad administrationem spiritualium et curam animarum, ob cuius laboris et oneris premiationem castrum praefatum Sandomiriense dat dareque consvevit, vicepraeposito Sandomiriensi pro tempore, singulis diebus per hebdomadam novem panes, et in qualibet hebdomada medium octuale cerevisiae Sandomiriensis.

Praedium Castrense, alias agri vocati Jendrzyszkowicze; praedium istud et agri eius situm est sub parochia ecclesiae parochialis de Gorzycze, nam agri huiusmodi praedii prope villam Gorzycze consistunt ad duos laneos aestimati, de quibus decima manipularis tantummodo et non canapalis solvitur vicepraeposito Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Zarzykowycze, villa sub parochia ecclesiae de Trzesznya sita, cuius proprietas et dominium ad vicecustodem ecclesiae Sandomiriensis pertinet, in qua sunt aliqui agri cmethonum de Zarzykowicze, pauci tamen, de quibus cedit decima manipularis vicepraepositurae Sandomiriensi, cuius valor aestimatur ad mediam marcam, et hi agri iacent circa Zarzykowicze. De agris vero iacentibus versus villam Trzesznya cmethonalibus, percipit illam ecclesia parochialis in Trzesznya. Item praedium vicecustodis est in eadem, de quo nulli solvit decimam, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit.

Thursko Maior, villa sub parochia ecclesiae de Nykraszow sita, cuius haeredes Wyrzbyantha et Marcus de armis Griffonum, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis vicepraeposito, et ducunt eam cmethones in horreum a vicepraeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item hortulaniae sunt ibi sed non habent agros, molendinum non est ibi; item est ibi praedium unicum militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae in Nyekraszow; etsi milites arant per se aliquos agros cmethonales, solvunt tamen decimam manipularem pro vicepraepositura Sandomiriensi.

Nyekrassow, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeredes Wiarzbyantha et Leonardus de armis Griffonum, et Thomas Kolaczkowsky de armis Janina, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus manipularis datur decima et per duas ierugas canapalis vicepraeposito, et ducunt illam cmethones in horreum a vicepraeposito locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item taberna una plebani habens agros, item hortulani, item sunt in eadem villa duo praedia militaria, de quibus decima manipularis datur ecclesiae ibidem in Nyekrassow, item molendinum est ibi, sed non habet agros.

Oszalya, villa sub parochia ecclesiae de Nyekrasszow sita, cuius haeres Petrus Kolyaczkowsky de armis Janina, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per duas ierugas canapalis vicepraeposito et per cmethones ducitur in horreum a vicepraeposito locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item non est ibi curia militaris aliqua, neque taberna, neque hortulania, neque molendinum.

Trzczyanka, villa sub parochia ecclesiae de Nyekrasszow sita, cuius haeres Thomas Kolyaczkowsky de armis Janina, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus datur manipularis decima et per duas ierugas canapalis, et conducunt eam cmethones in horreum a vicepraeposito locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi curia militaris aliqua, neque taberna, neque hortulania, neque molendinum; item vicepraepositus Sandomiriensis habet in Sandomiria pro sua inhabitatione et recollectione perpetuam et specialem domum ligneam, cuius area sita est inter domum cantoris Sandomiriensis et domum vicariorum, habens latam aream; item praepositura Sandomiriensis iuxta vetera et nova regestra taxata est ad triginta marcas.

Decanatus Sandomiriensis.

Secunda in ecclesia Sandomiriensi dignitas decanatus, quem tenet nunc Georgius Sworcz, nobilis de domo ...., cuius praedecessor fuit magister Helias de Wawelnicza, theologiae professor insignis, qui sub tempore decanatus sui ecclesiam Sandomiriensem diligentissima cura instituit et in optimam quo hactenus regulam redegit. Habet ipse decanatus quatuor villas pro sua dote et aliquot decimas, quarum faciemus inferius descriptionem. Decanatus ipse in aliqua sui parte fundatus est de ecclesia in Wrzosz.

Mothycze Maior, villa sub parochia ecclesiae de Gorzycze sita, haec alias erat villa militaris, sed magister Helias, tunc decanus existens Sandomiriensis, bona decanatus praefati ampliaturus, cambivit eam pro villa Zaduszniky, quae tunc erat decanatus Sandomiriensis fundus, cum Nicolao Golyabiowsky, qui tunc erat villae Mothicze haeres unicus, addens sibi de propriis pecuniis ducentas marcas; in qua sunt octo lanei cum medio cmethonales, de quorum quolibet solvitur media marca communis pecuniae pro annuo censu. Item unum diem in septimana per totum annum laborant proprio curru, aratro, falcastro, falce; item ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum, item duos gallos, viginti ova, unum caseum, item non solvunt avenam, neque triticum; item faciunt tres *powabas* infra *messes*, ad primam vadit quilibet etiam in medio laneo residens, cum duobus falcibus; ad secundam et tertiam quilibet de laneo, cum duobus, de medio

vero laneo cum uno, item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, quarum quaelibet solvit pro censu annuo unam marcam, item cmethones omnes, tabernatores et hortulani tenentur pratum curiae falcastrare, rastrare, colligere et in horreum inducere, item duae hortulaniae habentes agros non solvunt censum, sed laborant diem in septimana pedibus. Item est ibi praedium decani in tres campos divisum, et prata curiae, et solvunt decimam manipularem agri praediales ecclesiac in Gorzycze, valor decimae aestimatur ad duodecim marcas; item tam agri praediales quam cmethonales et tabernales, et tota villa solvunt decimam manipularem et canapalem ecclesiae in Gorzycze, item habet limites cum Szalyeszany, item cum Motycze et ibi scopuli, item Skowierzyn, item Sadowie, item Gorzycze, item Sokolniky, et sunt scopuli aut signa.

Ruszcza, villa sub parochia ecclesiae de Szulislawicze sita, cuius maior pars pertinet ad decanatum Sandomiriensem, et in ipsa parte sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo unam marcam. Item est ibi pratum unum decani bonum, quod cmethones tenentur falcastrare, item est ibi taberna decani, unam sexagenam solvens pro censu, item decanus ibi non habet aliquod praedium, item decima manipularis post laneos ad decanatum Sandomiriensem pertinentes, item de agris tabernae decani solvitur decanatui Sandomiriensi, et per quatuor ierugas canapalis, et per cmethones ducitur in horreum a decano locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Alia medietas minor villae pertinet ad Szagneum et Osszkam de armis Rawa, quorum quilibet habet praedium et cmethones, de quibus quidem cmethonibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Skothniky, item de duobus praediis militaribus solvitur decima manipularis ecclesiae in Szulislawicze.

Chotel Militaris, villa sub parochia ecclesiae de Buszko sita, Militaris ad differentiam alterius Chotel, quae est custodis Visliciensis, dicta, per cuius medietatem fluvius Chotel sulphur redolens, decurrit, cuius villae medietas ab una parte fluvii consistens, ad decanum Sandomiriensem pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo unam sexagenam. Item tota medietas villae Chotel ad decanatum pertinens, solvit decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem decanatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum, et valor eius aestimatur ad octo, aliquando ad decem marcas; item decanus non habet praedium in villa eadem, item altera medietas villae est Stanislai et Petri Korzenszky de armis Streparum, in qua est una curia militaris et .... lanei cmethonales et praediales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et canapalis per

quatuor ierugas praebendae ibidem in Chotel consistenti, cuius ibi ligneum habetur oratorium.

Wawrowycze, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Visliciensis sita, in qua decanus Sandomiriensis habet tres cum medio laneos cmethonales, et quilibet solvit decano pro annuo censu unam marcam cum media, et procurant decanum omnibus necessariis, quoties venit. Item cmethones decanatus Sandomiriensis, in huiusmodi tribus et medio laneis habitantes, solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem vicecantori Visliciensi, aestimatam ad quatuor marcas; item decanus Sandomiriensis non habet ibi praedium, item residuam partem villae praefatae Wawrowicze possidet Petrus Stawiszky, de armis Accipitrum, in qua sunt undecim lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur scholastriae Visliciensi, aestimata ad duodecim marcas; item praedium militare unum tantummodo est ibi, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Slyanczyn.

Decimae.

Zadusznyky, villa sub parochia ecclesiae de Gawlasowicze sita, cuius haeres Nicolaus Golyabyowsky, de armis Janina, in qua sunt unus cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae parochiali in Polanyecz, et per cmethones conducitur propriis curribus in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium unum militare, de quo decima manipularis datur decanatui Sandomiriensi, item tabernae non sunt; item villa praefata Zadusznik y fuit quondam decanatus Sandomiriensis fundus, sed magister Helias, Dr. Theologiae et decanus Sandomiriensis, cambivit eam pro villa Moticze, addendo ducentas marcas Nicolao Golyabiowsky, et exinde facta est militaris; decima tamen manipularis pro decanatu remansit, post agros duntaxat praediales.

Szwyeslawycze, villa sub parochia ecclesiae coenobialis de Busko sita, cuius haeres Nicolaus Biechowsky, de armis Powalya, et Georgii Szowa, de armis Druzyna, in qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Sandomiriensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum, et valor eius aestimatur ad decem et octo marcas. Item tabernae sunt, sed non habent aliquos agros, item hortulaniae sex sunt habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis decanatui Sandomiriensi; item praedia ibi militaria duo, de quorum solvitur utraque decima manipularis ecclesiae parochiali et praeposituräe in Buschko.

Sbludowicze, villa sub parochia ecclesiae de Buschko sita, cuius haeredes Nicolaus et Thomas, dicti Szadlo, de armis Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Sandomiriensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt aliquae in eadem villa, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, et de uno campo solvitur decanatui Sandomiriensi in *gonithwam*, de altero vero ecclesiae parochiali in Buszko.

Byenyathky, villa sub parochia ecclesiae de Buschko sita, cuius haeres Stanislaus Byenyateczsky, de armis ...., in qua non sunt lanei cmethonales, neque tabernae, sed solum sunt tres hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis decanatui Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad mediam marcam; item ibi aliquot praedia militaria, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Buschko.

Vicedecanatus Sandomiriensis.

Decanus Sandomiriensis habet habereque consvevit vicarium perpetuum seu vicedecanum, decani onera implentem, in ecclesia Sandomiriensi. Vicariam huiusmodi tenet nunc Nicolaus de Cracovia; haec pro dote et fundo suo habet duas decimas manipulares in duabus villis infra describendis, videlicet in Gosczyschowicze et Pierzchna consistentes.

Gosczyschowycze, villa in dioecesi Gnesnensi et sub parochia ecclesiae de Wrzosz consistens, cuius haeres Andreas Podkansky, de armis Cervorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui Sandomiriensi et canapalis per quatuor ierugas, et ducunt eam cmethones in horreum a vicedecano locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eadem villa taberna una, hortulaniae duae, sed non habent agros; item in eadem villa unum tantummodo praedium militare, quod decimam manipularem solvit ecclesiae parochiali in Wrzosz; item haeres villae praedictae Andreas Podkansky, abstulit quinque campos alias *niwas* ab agris cmethonum, de quibus decimabatur vicedecanatui, et iunxit eos praedio suo et decimat de illis ecclesiae in Wrzosz per iniuriam, tolerante vicedecano Sandomiriensi.

Pyersthna, villa in dioecesi Gnesnensi et sub parochia ecclesiae de Jasszona, cuius haeres Dobrogoscius Odrzywolsky, de armis Nalyacz, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicedecanatui Sandomiriensi,

et cmethones eam ducunt propriis curribus in horreum a vicedecano locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa unum tantummodo praedium militare, item una taberna habens agros; item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Jaszyona; item vicedecanus Sandomiriensis habet in Sandomiria ad meridiem domum propriam et aream, quam solus inhabitare consvevit, domui et areae scholastici Sandomiriensis contiguam et coniunctam.

Archidiaconatus Sandomiriensis.

Archidiaconatus Sandomiriensis amplitudine dioecesis Cracoviensis id exigente, ex proventibus ecclesiae parochialis sancti Pauli extra muros Sandomirienses et ex eius decimis fundatus est, et in signum illius archidiacono Sandomiriensi pro tempore collatio et iuspatronatus ecclesiae S. Pauli reservati sunt, quo autem tempore et per quem pontificem Cracoviensem fundatio huiusmodi facta sit, habetur incertum. Habebat autem ipse archidiaconatus stallum in Cracoviensi ecclesia, sed processu temporum ecclesiae Sandomiriensi pro decentiori ritu ingestus est; habet autem ecclesias parochiales iure visitationis sibi subiectas.

Goyczow, villa sub parochia ecclesiae de Wlostow sita, cuius proprietas et dominium ad mansionarios ecclesiae Sandomiriensis pertinet, in qua sunt lanei tredecim cmethonales, item una taberna habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui Sandomiriensi et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum et per quatuor ierugas canapalis decima solvitur, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item est in villa eadem praedium habens quatuor laneos, de cuius medietate datur decima manipularis archidiaconatui Sandomiriensi, pro altera autem medietate ecclesiae parochiali in Wlostow.

Pyekary, villa sub parochia ecclesiae de Obrzaszow sita, cuius proprietas et dominium diversificatur; nam custos Sandomiriensis habet ibi quatuor laneos cmethonales et unam tabernam. Item canonia et praebenda Sandomiriensis Pyekarska, de qua infra scribemus, habet ibi duos laneos praediales, quos locavit cmethonibus, de quibus ipsa praebenda Pyekarska tollit et decimam manipularem et censum; item sunt ibi alii duo lanei ad vicarium eiusdem praebendae Pyekarska pertinentes cmethonales, de quibus etsi vicarius censum tollit, archidiaconatui tamen Sandomiriensi cum quatuor laneis custodis, et aliis tribus laneis cmethonalibus ad vicecustodiam Sandomiriensem pertinentibus, manipularem decimam et per quatuor ierugas

canapalem solvunt, et ducunt eam propriis curribus in horreum ab archidiacono locandum; taberna est etiam ibi, quae archidiacono decimat, et valor decimae extendit se ad duodecim marcas.

Byelcza, villa sub parochia ecclesiae de Obrzaszow sita, cuius haeres Joannes Bieleczsky, de armis Habdank, in qua sunt decem lanei cmethonales, et duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus tollit decimam manipularem archidiaconus Sandomiriensis, et canapalem per quatuor ierugas, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium militare tantummodo, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Obrzaszow.

Wlosthow, villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, Sancto Joanni Baptistae dicatam, cuius haeredes Johannes et Gywan et alii de armis Janina, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item tres tabernae habentes agros, item hortulaniae habentes agros, sed perceptio decimae inter archidiaconum et plebanum de Wlostow diversificatur; nam de omnibus agris praefatorum duodecim laneorum tollit eam archidiaconus, praeter agros aliquos iacentes a via, quae vadit ad Grotholicze, usque ad viam ducentem in Swoychow, item ex agris, qui procedunt versus Malszyn, ex opposito ecclesiae in Wlostow, a via, quae vadit in Swoykow, usque ad granicies in Goyczow, qui agri Targowiska et Mlocze appellantur, seu Mlokicze, de quibus omnibus cedit decima plebano in Wlosthow. Item de duobus praediis militaribus, videlicet Gywan et Joannis, quorum agri erant cmethonales, datur decima manipularis archidiaconatui, et solvunt cmethones decimam per quatuor ierugas, et ducunt decimam in horreum ab archidiacono locandum et valor eius ad duodecim marcas aestimatur.

Okalyna, villa sub parochia ecclesiae de Magna Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad mansionarios ecclesiae Sandomiriensis pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item quatuor lanei praediales, item duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis archidiaconatui Sandomiriensi et canapalis per quatuor ierugas et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius ad sedecim marcas aestimatur, item sunt ibi tres hortulaniae, sed non habent agros.

Czyrnykow, villa sub parochia ecclesiae de Strzeszowicze et de Oppathow sita, cuius haeres Domarath Kobyleński, de armis Grzymala pro una medietate; medietas enim villae militaris pertinet iure parochiali in Strzeszowicze; medietas autem villae episcopi Lubuczensis pertinet in Oppathow iure parochiali, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus tollit decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem archidiaconus Sandomiriensis, et ducunt eam cmethones in horreum

ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item habet ibi episcopus Lubucensis sex mansos amplos, de quibus percipit censum et decimam manipularem de valore sex marcarum, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item praedium ibi unicum militare, quod decimam manipularem solvit praebendario in Mokrzsko.

Cobilany Maior, villa sub parochia de Strzeszowicze sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales et duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor decimae aestimatur ad tredecim marcas. Item hortulaniae non sunt, item unum praedium in eadem villa militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Strzeszowicze, item haeredes praefatae villae Stanislaus et Jacobus de armis Ostoya.

Cobilany Minor, villa sub parochia ecclesiae de Strzeszowicze sita, cuius haeredes Clemens et Vilhelmus de Brzeszko, de armis Oxa, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur manipularis decima et canapalis per quatuor ierugas, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum, cuius valor aestimatur ad sex marcas. Item tabernae non sunt in eadem villa, item hortulaniae non sunt, item duo praedia militaria in eadem villa, de quibus datur decima manipularis ecclesiae in Chotcza.

Borkow, villa sub parochia ecclesiae in Midlow sita, cuius haeredes Johannes Kutarda, de armis ...., Johannes Klymiontek, de armis ...., Stanislaus Zyebroniek, de armis ...., in qua sunt tres lanei cmethonales et tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus datur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae, item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Midlow.

Wissokye prima, villa sub parochia de Sczeglicze sita, cuius haeredes Jacobus Rolya de armis Rolya, et Jacobus Lipniczsky de armis Olobek, in qua sunt quatuor lanei cmethonales et una hortulania habens agros, de quibus omnibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae duae sunt habentes agros et solvunt decimam manipularem pro archidiaconatu in *gonithwam*, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Sczeglicze, quod praedium pertinet ad Jacobum Lipniczsky.

Wyszokye secunda, villa sub parochia ecclesiae de Szczeglicze sita,

cuius haeres Stanislaus Biczysko, de armis Nyeczuya, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas, item praedium ibi unicum militare, de quo manipularis decima datur ecclesiae parochiali in Sczeglicze.

Wyssokye tertia, villa sub parochia ecclesiae de Sczeglicze sita, cuius haeres Dobeslaus et Prandotha de armis Nyeczuya, et Jacobus de armis Odrowansch, in qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros; item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item est in eadem villa quarta hortulania habens agros, de quorum medietate percipit decimam manipularem archidiaconus Sandomiriensis, de altera vero medietate percipit eam ecclesia parochialis de Kelczyna, item praedium ibi unicum militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Sczeglicze, quod pertinet ad Jacobum de armis Odrowansch.

Wyszokye quarta, villa vocata Malya Wyesz sub parochia ecclesiae de Kyelczina sita, cuius haeredes Cedrowie de armis Griffonum, in qua sunt quinque lanei cmethonales et una hortulania, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae sunt, sed eorum tabernatores sedent in laneis cmethonalibus, item praedium ibi unicum militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kelczina.

Laszyska, villa sub parochia ecclesiae de Sczeglicze sita, cuius haeres Jacobus Lopaczyensky de armis Rolya, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item duo molendina habentia agros, de quibus omnibus solvitur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi et per cmethones ducitur in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item praedium ibi unicum militare, de quo datur decima manipularis ecclesiae in Sczeglicze.

Szymnawoda prima, villa sub parochia ecclesiae de Kelczina sita, cuius haeredes Lucas de Slupcza de armis Rawa et Jaroszek Joannes, dicti Rikowie, de armis Ostoya, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui

Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae ibi non sunt, hortulaniae etiam illic non sunt, item praedia ibi militaria duo parva, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kelczina.

Szymnowoda secunda, sub parochia ecclesiae de Kelczina, cuius haeres Dobeslaus Bischowsky de armis Nyeczuya, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item unus laneus scolteti, de quibus omnibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; item hortulaniae non sunt, item praedium militare non est in eadem villa.

Przeborowycze, villa sub parochia de Kelczina sita, cuius haeredes Thomas et Nicolaus de armis Rosa, in qua sunt quinque lanei cmethonales; item una hortulania, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius ad quinque marcas aestimatur. Item praedium ibi militare unicum, de quo datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kelczina.

Dzber, villa sub parochia ecclesiae de Kelczyna sita, cuius haeres Jacobus Milkowsky de armis Habdank, in qua sunt quinque lanei cmethonales; item una taberna, item una hortulania, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Kelczina.

Wyrzbka, villa sub parochia ecclesiae de Kyelczina sita, cuius haeres Johannes de Oleschnica de armis Dambno, in qua sunt quinque lanei cmethonales; item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per duas ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, item hortulaniae, item praedium militare.

Uiaszdek, villa sub parochia ecclesiae de Ugyasd sita, cuius haeres de Oleschnica de armis Dambno, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Dzewyathla, villa sub parochia de Ugyasd ecclesiae sita, cuius

haeres Johannes Oleschniczsky de armis Dambno, in qua sunt sex-lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item est ibi unicum tantummodo praedium militare, de quo manipularis decima datur ecclesiae parochiali in Ugiaszd.

Gorzskow, villa sub parochia ecclesiae de Gywasnika sita, cuius haeres Byera cum filiis, de armis ...., in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium ibi unicum militare, de quo manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Gywaniska.

Kamyenyecz, villa sub parochia ecclesiae de Midlow sita, cuius haeres Johannes Oleschniczsky, de armis Dambno, in qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna, item una hortulania, de quibus omnibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur archidiaconatui Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum ab archidiacono locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item praedium ibi unum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Midlow; item archidiaconatus Sandomiriensis non habet aliquem vicarium, aut ministrum perpetuum vel temporalem in ecclesia Sandomiriensi, quod satis duco et turpe et iniustum, item archidiaconatus Sandomiriensis habet optimam domum ligneam, et aream perpetuam in oppido Sandomiria, sitam in acie contra domum mansionariorum.

Item archidiaconatus Sandomiriensis iuxta vetera et nova regestra taxatus est ad viginti marcas.

Item archidiaconatus ipse Sandomiriensis a primaeva sui fundatione iure perpetuo pertinet ad iuspatronatus et ad collationem et provisionem episcopi Cracoviensis.

Cantoria Sandomiriensis.

Quarta in Sandomiriensi ecclesia dignitas, sive personatus, cantoria Sandomiriensis, quam nunc tenet Ottha de Sczekarzowicze, nobilis de domo Bippennium, quae ex ecclesia parochiali oppidi Zarnow, dioecesis Gneznensis, et eius proventibus et decimis pro parte maiori, item et ex decimis ecclesiarum parochialium Sandomiriensis, Swieciechoviensis et

Sanctae Trinitatis Zawichostensis creditur dotata, et habet pro fundo oppidum Zarnow, et villam Syedlyecz, et quinque decimas manipulares inclusis vicecantoriae decimis duabus. Cantoriae Sandomiriensis iuspatronatus et collatio ad solum illustrissimum Poloniae regem pertinet.

ZARNOW, oppidum in terra Sandomiriensi et dioecesi Gneznensi situm, habens in se parochialem ecclesiam assumptioni Sanctae Mariae Virginis et Sancto Nicolao confessori dicatam, quam Petrus de Dacia, comes Skrzynensis de domo Czignorum, vulgata relatione, quadro lapide asseritur fabricasse; cuius unicus collator et patronus est cantor Sandomiriensis pro tempore, in quo sunt sex tantummodo lanei civiles, quorum quilibet solvit pro censu annuo cantori Sandomiriensi. Item sunt in eodem oppido centum viginti quinque domus, et varii artifices et praesertim textores, et quaelibet domus solvit pro censu, et quilibet artifex cantoriae unum grossum usualem, item est ibi advocatus habens agros, ad sex et amplius laneos aestimatos, qui nihil habet de censu, sed solum tertiam partem poenarum et totum de iuramentis, qui ad expeditionem generalem servire tenetur in equo valenti lorica et balista, et defensionem pro oppidanis assumere; item sunt ibi macella panum, item macella sutorum, quae ad solum advocatum pertinent, et de quolibet macello solvuntur sibi pro censu annuo duo grossi; item sunt ibi sedecim macella carnificum, et de quolibet dantur tres lapides sepi, et medietas una pertinet ad cantoriam, altera vero ad advocatum. Item tabernae omnes et alii, qui vel propriae vel alienae braxationis cerevisiam propinant, solvunt summatim castellaniae Zarnoviensi pro censu annuo duas marcas, quod superest, cedit cantoriae. Item est ibi area et unus hortus custodis Sandomiriensis, solvens custodi novem scottos, item agri tam oppidanorum, quam advocati dant decimam manipularem ecclesiae in Zarnow, item molendinum non est, sed molere tenentur in cantoris molendino villae Syedlyecz.

SZYEDLYECZ, villa et fundus cantoriae Sandomiriensis sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, in qua sunt quinque lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo unum fertonem, viginti ova, duos capones, item duas mensuras avenae mensurae Zarnoviensis confertae; item quilibet de laneo tenetur unum diem in septimana laborare proprio curru aut aratro, item tenentur facere ducturas, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item non est ibi aliqua taberna. Item est una hortulania absque agro, quae unum diem pedestri itinere in septimana laborat, item est ibi bona curia cantoris habens praedium bonum, de cuius agris datur decima manipularis ecclesiae in Zarnow, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item lanei cmethonales solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam in horreum in Sye-

dlyecz, et valor eius ad quinque marcas aestimatur; item molendinum est ibi ad solum cantorem pertinens.

SANDOMIRIA, oppidum capitale et principale terrae Sandomiriensis, a Casimiro Secundo, Poloniae rege muratum, habens collegiatam Sanctae Mariae parochialem, S. Petri conventuales duas, S. Spiritus et Beatae Mariae Magnae ecclesias; ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, habet in circuitu suo plures agros, campos, sortes et praedia, de quibus decimatur pro cantoria, videlicet post agros Nicolai Opyotka et Nicolai Poludnye, cmethonum de Mankoszyn, versus villam Dwyekozy. Item post agros praediales regios villae Mankoszyn, praeter unum tantummodo laneum, de quo cedit decima vicecustodi Sandomiriensi, item post praedium Lorincz item post praedium altaris ecclesiae S. Petri, item post praedia Petri et Martini Nogay, item post praedia alterius altaristae S. Petri, item post duo praedia vocata Struna, item post agros praediorum ultra viam in Dwyekozy consistentium et qui circa limites villae Rzeczycza terminantur. Item post praedium Charalin, item post praedium Galka, item post partes agrorum Lucasy, item post duo praedia Golambicze, item post agros Zagewka, item post agros advocatiae Sandomiriensis, item post agros et praedia vocata Falki, in quibus creduntur esse plus quam octo lanei; item post praedia oppidi Sandomiriae versus Radosthky consistentia. Item post quatuor laneos, de suburbio Sandomiriae, item post agros, quos cmethones de Radosthky colunt, et protenduntur usque ad limites villae Rynarczicze, item post praedium Banczek, in quo aestimantur esse quinque lanei, item post praedium Ambrosii alias Broszman, in quo creduntur esse quatuor lanei, item post praedium Jeruszy, in quo creduntur esse duo lanei, item post agros in valle sitos, usque ad limites Suchorzow, in qua sunt novem lanei. Post hos omnes agros, villas et praedia datur decima manipularis tantummodo cantoriae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad quinquaginta marcas.

PYOTROWYCZE, villa sub parochia ecclesiae S. Trinitatis de Zawichost sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad monasterium sanctimonialium ordinis S. Clarae de Sancto Andrea in Cracovia, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales; item tabernae duae, item hortulania una, de quibus omnibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis datur cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item in villa eadem est coenobiale praedium, de cuius agris etsi alias cantor Sandomiriensis tollebat decimam, tamen sanctimoniales nunc illam tollunt, per negligentiam et dissimulationem cantoris.

BLYSZKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Swieciechow sita,

cuius haeres Pacosius Bliszkowsky et Czwyklya, de armis Rawa, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus manipularis decima datur cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item decima canapalis solvitur per sex ierugas, item una taberna habens agros dat decimam cantori, item hortulani non sunt ibi, item duo praedia militaria, de quibus decima manipularis datur ecclesiae in Swieciechow, et valor eius ad duas marcas.

Dobyeschow, villa sub parochia ecclesiae de Swyeczechow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima tantummodo manipularis et non canapalis datur cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; non est ibi praedium, non hortulania, non taberna.

Falkow, oppidum, in quo ecclesia parochialis murata, Gneznensi dioecesi, cuius haeres Johannes Gisziczsky, de armis Goszdowa, in quo sunt septem lanei oppidanorum item duo lanei praebendarii, de quibus omnibus datur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam oppidani in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas; item praedium unum militare in eodem oppido, de quo manipularis decima datur ecclesiae ibidem in Falkow.

Thurowycze, villa sub parochia ecclesiae de Falkow sita, cuius haeres idem Johannes Gisziczsky, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et cmethones ducunt eam in horreum a cantore locandum et valor aestimatur eius ad tres marcas; item taberna, item hortulani, item non est aliquod militare praedium in eadem villa.

Skornycze, villa sub parochia ecclesiae de Falkow sita, cuius idem haeres Johannes Giziczsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, non tamen aequaliter, anno quolibet cantoriae Sandomiriensi; diversificatur enim iuxta campos hyemales et vernales, inter cantorem Sandomiriensem et vicariam Curzeloviensem, praebendae . . . . . ., et ducunt eam cmethones in horreum a cantore et vicario locandum et valor eius pro cantore aestimatur ad duas marcas, aliquando ad mediam marcam, iuxta variationem camporum; item taberna, item hortulani, item praedium militare non est ibi.

Planszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Falkow sita, cuius idem Johannes Gisziczsky haeres, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum

et valor eius aestimatur ad tres marcas; item tabernae, item hortulani, item non est in eadem villa aliquod praedium militare.

Suliborowycze, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeres Joannes Dolanga, de armis Dolanga, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus datur et conducitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; item taberna, item hortulani, item praedium unum militare ibi, de quo manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Skorkowicze.

Craszkow, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeres idem Johannes Dolanga, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur cantoriae Sandomiriensi, et cmethones ducunt eam in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item taberna, item hortulani, item non est ibi aliquod praedium militare.

Skothnyky, villa sub parochia ecclesiae de Raczno sita, cuius haeres Johannes Wspinek de armis Falcastrorum Lupinorum, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur cantoriae Sandomiriensi et per cmethones ducitur in horreum a cantore locandum, et aestimatur valor eius ad sex marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi militare unum, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in ....

Skothnyczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeres idem Johannes Wspinek, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item taberna, item hortulani; item non est ibi aliquod praedium militare.

Dlusznowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Nicolaus Rosza de Borziszowicze, de armis Roszarum, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quorum medietate datur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum, et valor eius medietatis aestimatur ad tres marcas. Item pro altera medietate laneorum et villae, item de praedio unico illius villae et agris eius, solvitur manipularis decima ecclesiae parochiali in Zarnow; item taberna ..... item hortulani.

Radwan, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Johannes Radwansky de armis Leliwa, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad unam m

eam cmethones in horreum a cantore locandum. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zarnow.

Wolya Daleszowska, villa sub parochia ecclesiae de Byalyczow sita, cuius haeres Jacobus Wischoczsky de armis Odrowansz, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi militare unicum, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Bedlne.

Zelaszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Byalyczow sita, cuius haeres Bernardinus Lubyeszowsky de armis Wyenyawa, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor aestimatur ad sex marcas. Item tabernae ....., item hortulani ..... itèm praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Byalyaczaw.

Troyanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeredes Petrus et Andreas Troyanowsczy de armis Szarzya, in qua sunt horti potius quam lanei cmethonales, de quibus decima solvitur manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae, item hortulani, item ibi duae curiae militares et duo praedia, unum solvit decimam manipularem ecclesiae in Zarnow, aliud ....

Topolycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeredes idem Petrus et Andreas Troyanowsczy, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus pro una medietate datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi et valor eius pro medietate praefata aestimatur ad tres marcas, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum; item pro altera medietate villae solvunt eam plebano in Zarnow, item tabernae, item hortulani, item praedium.

Dzybalthow, villa sub parochia ecclesiae de Konske sita, cuius haeres Andreas Dzibaltowsky de armis Yelithonum, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas, aliquando ad sex. Item tabernae in eadem villa sunt duae, item hortulaniae tres, et tam tabernae quam hortulaniae habent agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae; item praedium ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Konske, item villa praefata habet

fabricam ferri, habentem agros, et circa illam est una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Brod, villa sub parochia ecclesiae de Konske sita, cuius haeres idem Andreas Dzibalthowsky, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas, item tabernae duae, et quaelibet habet unum laneum, item hortulaniae non sunt, de utroque laneo tabernali datur decima manipularis pro cantoria Sandomiriensi, et una taberna ex eis trans pontem sita, pertinet ad villam Kazanow, Dominici Lithwosz, item praedium non est ibi aliquod militare.

Sokolow, villa sub parochia ecclesiae de Konske sita, cuius haeres idem Andreas Dzibalthowsky, in qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae Sandomiriensi, item praedium ibi unicum militare, de quo manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Mokrzsko.

Kazanov, villa sub parochia ecclesiae in Konskye sita, cuius haeres Dominicus Lithwosz de armis Grzimala, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item tabernae non sunt in villa ipsa, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur cantoriae Sandomiriensi; item praedium ibi unicum militare, de quo manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Konske, item cantoria Sandomiriensis habet domum optimam et aream in oppido Sandomiria applicatam muro civitatis, domui praepositi Sandomiriensis contiguam, lignis tamen fabricatam. Item cantoria Sandomiriensis taxata est iuxta nova et antiqua regestra ad triginta marcas.

Vicecantoria Sandomiriensis.

Cantoria Sandomiriensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam seu vicecantoriam in ecclesia Sandomiriensi, cuius ipse cantor Sandomiriensis pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Nicolaus de Strykow presbyter, quae pro sua proprietate et dote habet duas decimas manipulares infra describendas.

Bogoria, villa sub parochia ecclesiae de Skotniky sita, cuius haeredes Martinus et Paulus fratres de Skotniky de armis Bogoria, in qua sunt sex, vel septem lanei cmethonales esse creduntur, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur vicecantoriae Sandomiriensi, et cmethones ducunt eam in horreum a vicecantore locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item villae praefatae agri, quoniam in ripa Vislae sita est, pro magna parte ab alluvione Vislae absorpti sunt, et decima praefata notabiliter diminuta, et licet haeredes villae ex proprio praedio dedissent cmethonibus, ne villam desererent, suppetias, de illis tamen agris datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Skotniky, de sex videlicet arvis; item taberna est in eadem villa, sed non habet agros. Primus arvus dicitur Kzanowicza, alius Wielka Nywa, tertius sub sylva iacens Oczirchly, quartus lanealis trium laneorum inter laneos cmethonales, quintus ex opposito cmethonum versus Skotnyky, sextus Gorky.

Podlansze, villa in ripa Vislae sub parochia ecclesiae de Skotniky sita, cuius iidem haeredes Martinus et Paulus de Skothniky, in qua duo vel tres sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur vicecantoriae Sandomiriensi et quasi tertia pars villae vicecantoriae decimat. Visla enim multos dictae villae sorbuit agros, et continue sorbet, sepes et allodia cmethonum subvertens, et ducunt eam cmethones in horreum a vicecantore locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item duae partes villae praefatae post agros cmethonum, qui sunt inter vias, quibus itur de Zakrzow in Podlansze et Moskorzow, et agri praedium militarium, in eadem villa consistentes, aut in suppetias laneorum cmethonibus ex praediis dati, solvunt decimam manipularem ecclesiae in Skothniky. Item decimam canapalem, quae per quatuor ierugas solvitur, vicecantoria Sandomiriensis et plebanus de Skotniky taliter inter se partiuntur, nam uno anno de tota villa percipit illam vicecantor Sandomiriensis, duobus autem annis percipit eam ecclesia et plebanus de Skotniky. Item non est aliqua taberna in dicta villa.

Item vicecantor seu vicarius perpetuus cantoris habet habereque consvevit domum et habitationem propriam Sandomiriae.

Scolastria Sandomiriensis.

Quinta Sandomiriensis ecclesiae dignitas sive personatus, scholastria Sandomiriensis, quam nunc tenet Johannes Stanislai de Schidlowyecz, de armis Odrowansch, ex proventibus et decimis ecclesiae parochialis S. Mauritii de Zawichost fundata atque dotata est, et in signum huiusmodi

scolasticus Sandomiriensis unicus est patronus ecclesiae S. Mauritii de Zawichost, quae studio et opera Matthiae de Odolyno, tunc plebani de Zawichost, in villam Borowa cum tota parochia de prope consistens et difficile ac periculosum erat parochianis Vislam, praesertim dum inflatus esset, aquis traiicere, translata est.

Marszow, villa sub parochia ecclesiae S. Trinitatis de Zawichost sita, fundus primarius scolastriae Sandomiriensis, in qua sunt quinque lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo scolastriae mediam marcam, item ova triginta, item duos gallos, item caseos duos. Item unam diem in septimana laborat proprio curru aut aratro; item omnes cmethones, tabernator, hortulanus, duplicem *powabam* laborant, unam pro vere, aliam pro hyeme, item in eadem villa est taberna, habens agros, quae nihil laborans, solvit pro censu annuo unam marcam, laborat tamen *powabam* sive *pomocz*, pro vere unam, pro hyeme alteram diem. Item hortulanus unus non habens agros, qui nihil solvens, unam diem pedes in septimana laborat. Item praedium bonum cum pomeriis, pratis et curia, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit, de qua sibi cessit ecclesia Zborow, ad quam ex antiquo pertinebat; item lacus bonus unus in eadem villa et duo parvi, de quibus solus scolasticus Sandomiriensis habet usum, item cmethones et tabernator solvunt decimam manipularem et canapalem per quatuor ierugas, et inducunt eam in horreum scolastici in Marszow, et valor eius aestimatur ad quinque marcas, item habet limites scopulatos cum villis Linow, Wolya, Lang utraque villa.

Mystrzowycze, villa sub parochia ecclesiae S. Trinitatis de Zawichosth sita. Fundus alter scolastriae Sandomiriensis quondam lata et populosa, nunc per Vislam, qui subter illam decurrit absorpta, in qua quot fuerunt lanei cmethonales parum constat hactenus, tamen tantummodo sunt duo lanei, quorum quilibet solvit pro censu annuo scolastico Sandomiriensi viginti grossos, item ova triginta, item duos caseos, item ad *powabam* tenentur pro vere et hyeme; item limites habet cum Pyotrowicze, Linow et Wolya et ubique extant scopuli; item non est ibi praedium, non tabernae, neque hortulaniae, item omnes agri villae praefatae solvunt decimam manipularem scolastriae Sandomiriensi et ducunt eam in horreum in Marszow, et canapalem per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Xany, villa sub parochia ecclesiae de Korczyn sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua est unus laneus cmethonalis, qui iure plenario ad scholastriam Sandomiriensem perpetuo pertinens, qui ab omnibus laboribus liber, solvit scolastico Sandomiriensi pro censu annuo duas marcas. Item scolasticum Sandomiriensem

et eius familiam semel in anno expensis et necessariis per unum diem procurat et litteras suas in loca non remota defert. Item idem laneus solvit decimam manipularem episcopo Cracoviensi et conducit illam cum aliis cmethonibus villae Xany in horreum episcopale in *gonithwam.*

KORCZYN, villa regiâ habens in se ecclesiam parochialem muratam, in qua unus tantummodo laneus iure plenario ad scolastriam spectans Sandomiriensem, qui liber ab omnibus laboribus, daciis et tributis, solvit domino suo scolastico pro annuo censu tres fertones. Item decimam solvit manipularem cum aliis cmethonibus et incolis villae ecclesiae parochiali in Korczin.

Decimae manipulares scolastriae in districtu Sandomiriensi et Lublinensi.

CZYSZOW, villa habens in se ecclesiam parochialem Omnibus Sanctis dicatam, et per Michaelem de Bogumilowicze, castellanum Sandomiriensem, albo muratam lapide, cuius haeres Johannes Cziszowsky de armis Polukozya, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, aliquando ad viginti et amplius marcas. Item quinque tabernae sunt in eadem villa de proprietate haeredis, sexta plebani, duae tantum habentes agros, et decimant pro scolastico; molendinum non est, item quatuor hortulaniae sunt in eadem villa, sed non habent agros. Item praedium militare unum in eadem villa, de quo manipularis decima datur ecclesiae in Cziszow.

OSTROW, villa sub parochia olim ecclesiae S. Mauritii de Zawichost, nunc vero sub Borowa sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium ordinis S. Clarae, S. Andreae in Cracovia pertinet, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas, et canapalem solvunt per quatuor ierugas. Item taberna una habens agros, item hortulani non sunt; item unum molendinum habens agros, de omnibus datur decima scholastriae, item praedium non est aliquod in eadem villa.

BOROW, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sancto Andreae Apostolo dicatam, quam de S. Mauritio ex Zawichosth Matthias de Odolyno, tunc plebanus, optima ratione, perpetua ob id memoria et laude dignus, ne parochiaci sui transfretando Vislam periclitarentur, ut superius praemisimus, transtulit; cuius proprietas ad sanctimoniales de S. Andrea in Cracovia pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus datur decima

manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item taberna una habens agros; item hortulani non sunt, item praedium non est; item duo molendina, habentia agros, de omnibus decima in *gonithwam*.

Haec decima donata est ecclesiae translatae in Borow, per Luthkonem de Tokary, tunc scolasticum Sandomiriensem, quam donationem Johannis Luthkonis de consensu capituli Cracoviensis 1465 confirmavit episcopus Cracoviensis.

Gosczyradow, villa ad fluvium Tuczna in terra Lublinensi sita, habens in se parochialem ecclesiam ligneam S. Joanni Baptistae dicatam; cuius haeres unicus Troyanus de armis Bogorya, qui quia anno Domini 1456. plebanum proprium Petrum Czyarni de Radom in palude demersum occidit, iuspatronatus perpetuo amisit, et ad episcopum Cracoviensem ab illo tempore est devolutum, in qua, in parte villae versus Lublin, sunt quinque lanei cmethonales, taberna inclusa, de quibus solvitur decima manipularis scolastriae Sandomiriensi et valor eius aestimatur ad tres marcas, et canapalem solvunt per ierugas quatuor. Item alia pars maior villae media et praedium unicum militare, solvit decimam manipularem ecclesiae in Gosczyradow, item tertia pars villae versus Zawichost solvit decimam manipularem episcopo Cracoviensi.

Kossyn, villa sub parochia ecclesiae olim S. Mauritii nunc de Borowa ad fluvium Tucznia sita, cuius proprietas ad coenobium sanctimonialium Sancti Andreae de Cracovia pertinet, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas, aliquando ad quinque. Item taberna una habens agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, et solvunt decimam scolastico; item duo molendina habentia agros, de quibus omnibus datur decima scolastriae Sandomiriensi, item praedium non est ibi.

Mnyszek, villa sub parochia ecclesiae de Borow sita, cuius dominium ad moniales coenobii S. Andreae de Cracovia pertinet, in qua est unus tantummodo laneus cmethonalis tenens tabernam, de quo solvitur decima manipularis et canapalis scolastriae Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad mediam marcam. Item scoltetus est in eadem villa, qui de suis agris omnibus in cruda radice extirpatis, percipit decimam manipularem ecclesia parochialis in Borow, et quatuor sunt lanei scolteti, de antiquis autem agris percipit scolasticus, item sunt plures in eadem villa lanei cmethonales, et tabernae habentes agros, de quibus omnibus, quoniam in cruda radice

locati sunt, decima manipularis et canapalis cedit episcopatui Cracoviensi, quae commutata est in pecunialem; et duodecim cum medio lanei sunt, et de quolibet decem grossi dantur pro decima; item sunt ibi duae tabernae scolteti, unum molendinum, quatuor hortulani, de quibus percipit decimam scolasticus, eo quod in antiquis locati sunt.

WANGLNO, villa sub parochia ecclesiae de Pothok sita, cuius plures sunt haeredes, videlicet Nicolaus Joannes Kaczka et Jacobus, nobiles de armis ...., in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, aliquando ad duas marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedia militaria in eadem villa sunt duo, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Pothok.

PSTRĄGI, villa sub parochia ecclesiae de Borow sita, cuius proprietas ad moniales coenobii S. Andreae de Cracovia pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam, aliquando ad duas et ad tres marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium in villa praefata non est.

SZWYATHNYKY, alias SWYECIECHOWSKA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Swyeciechow sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt in antiquis quatuor lanei cmethonales, de quibus datur manipularis et canapalis decima scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item non sunt tabernae, neque hortulaniae, neque molendinum, neque praedium. Item sunt in eadem villa quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis episcopatui Cracoviensi, sed illi sunt ex cruda radice in nova villa locati, tam per cmethones, quam per scoltetum; item praedium ibi non est, item multi agri villae praefatae per Vislam absorpti sunt, alii vero qui supererant, adiuncti sunt ad villam in cruda radice per Sbigneum Cracoviensem episcopum locatam, quae hodie vocatur Wolya Swyeciechowska, antiquae vero villae non est vestigium.

SZDZECHOWYCZE, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres Johannes Cziszowsky, de armis Polukozya, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius ad sex marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium est ibi unicum militare, de quo decima

manipularis solvitur ecclesiae ibidem in Szdzechowicze; item agri scolteti solvunt ecclesiae decimam, item sunt ibi alii lanei cmethonales, de quibus decima manipularis solvitur episcopo Cracoviensi, item sunt alii lanei, qui solvunt ecclesiae parochiali in Sdziechowicze.

Nota, quod in loco, ubi locata est Szdzechowicze, fuerunt deserta et mericae, pertinentes ad coenobium monialium Zawichostensium alias S. Andreae.

Decimae scolastriae in districtu Radomiensi consistentes.

JASTRZĄBYA, villa sub parochia ecclesiae de Radom sita, in qua sunt septem lanei cmethonales, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, de laneis cmethonalibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad quinque; item tabernae non sunt in villa praedicta; item hortulaniae quatuor, sed non habent agros, item praedium regium non est in villa eadem.

MĄKOSZA, villa sub parochia ecclesiae de Gorinye sita, cuius haereditas pertinet et proprietas ad serenissimum Poloniae regem, in qua non sunt dimensurati lanei cmethonales, sed agri passim per venatores regios coluntur, de quibus datur manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad duas sexagenas. Item tabernae ibi nullae sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est ibi aliquod regium.

GORYNE, villa parochialem ecclesiam habens in se sitam, cuius haeres Johannes Sbąsszky, de armis Nalancz, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad duas sexagenas, aliquando ad quatuor marcas. Item tabernae non sunt, item praedium non est aliquod, item hortulaniae.

BARTHODZEYE, villa sub parochia ecclesiae de Lysszow sita, cuius haeredes Nicolaus et Johannes fratres de armis Dolywa, dicti Droboth, in qua sunt septem lanei cmethonales, item quatuor tabernae, sive hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item praedium est ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Lysszow, item tabernae iam notatae sunt.

Lysszow primum, villa sub parochia de Lysszow sita, cuius haeres Nicolaus Woscensky, de armis Habdank, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae sunt quatuor, sed non habent agros, item hortulaniae tres, sed non habent agros; item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis in Gorynye.

Lysszow secundum, dicta Komorniky, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeres Dobrogoscius, de armis Nalyancz, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae quatuor habentes agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus omnibus decimam dant scolastico in *gonithwam*. Item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur ecclesiae ibidem decima manipularis, item ibi unus Myeczslaw nobilis, sed dat decimam in *gonithwam* scolastico.

Lysszow tertium, dictum Pyasseczny, villa sub parochia ecclesiae de Lysszow sita, cuius haeres Nicolaus Janowsky, de armis Janina, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae duae habentes agros proprios; item hortulaniae duae habentes agros, de quibus decimant scolastriae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Gorynye.

Jankowska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita, cuius haeres Johannes Baran, de armis Kuszaba, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae non sunt, item est una hortulania habens agros, quae solvit decimam manipularem scolastriae, item praedium non est.

Decimae scolastriae in districtu Opocznensi consistentes.

Mychalow, villa sub parochia ecclesiae de Goworziczow sita, cuius haeres Szuszanna Magieronis, de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis

solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium nullum est in eadem villa.

Szkrzyszow, villa sub parochia ecclesiae de Goworziczow sita, cuius haeres eadem Szusanna Magieronis, de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi taberna una habens agros; item hortulaniae duae habentes agros, item praedium non est aliquod in villa praefata, sed agri deserti arantur per haeredem, et de omnibus datur decima in *gonithwam* scolastriae.

Gelszow, villa sub parochia ecclesiae de Damnuyewycze sita, cuius haeres Cristinus, nobilis de armis Cygnorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item taberna . . . . . , item hortulani . . . . . , item praedium . . . . .

Nota. Super duabus decimis manipularibus scolastriae Sandomiriensis occupatis per Gneznensem archiepiscopum, videlicet in Gelszow et Solyecz, habetur optima definitiva sententia Nicolai, decani Oppatoviensis iudicis apostolici, lata pro parte Petri Vilhelmi de Okalyna, tunc scolastici Sandomiriensis, et contra Nicolaum Kurowsky, tunc archiepiscopum Gneznensem 1408., die Lunae decima octava Novembris, in Oppathow; abstracta violenter per archiepiscopum Gneznensem.

Kothuschow, villa sub parochia ecclesiae de Dambrowa sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et cmethones ducunt eam in horreum a scolastico locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas. Item haeres villae Imramus alias Przech, de armis . . . . Item est taberna una ibi, habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in *gonithwam*, item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Dambrowa.

Sthara, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze, cuius haeres Zawisza Starsky, de armis Thaurorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriac Sandomiriensi, et cmethones ducunt eam in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas et variatur eius perceptio; nam Sandomiriensis praebenda Crczonowska percipit eam de . . . . .

Item tabernae quatuor habentes agros; item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae in *gonithwam;* item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur aliquibus decima manipularis ecclesiae in Skorkowicze, de aliquibus vero ecclesiae in Zarnow.

Buthkow, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow consistens, cuius haeres Pyotokowsky, de armis ......, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam cum media marcas. Item tabernae non sunt, item hortulani, item praedium ibi militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zarnow.

Stawowycze Maior, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Johannes de armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas; medietas autem minor villae solvit decimam manipularem ecclesiae in Lyppa. Item tabernae sunt tres habentes agros, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Sandomiriensi in *gonithwam*; item praedium non est aliquod in eadem villa militare.

Plaszkow, villa sub parochia ecclesiae de Goryn sita, cuius haeres Nicolaus Wosczinsky de armis Habdank, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad ...., item tabernae ...., item hortulaniae ...., item praedium .....

Abstracta violenter per archiepiscopum Gneznensem.

Solyecz, villa sub parochia de Zarnow sita, cuius haeres ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis et conducitur pro scolastico Sandomiriensi et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item tabernae ....., item hortulaniae ....., item praedium .....

Abstracta violenter per archiepiscopum Gneznensem.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Gorin sita, cuius haeres Johannes Zawadzsky de armis Habdank, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad ...., item tabernae sunt duae habentes agros, item hortulaniae habentes agros quatuor, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae in *gonithwam*,

item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Gorin.

Abstracta violenter per archiepiscopum Gneznensem.

Byrwcze, villa sub parochia ecclesiae de Gorin sita, cuius haeredes Nicolaus et Stanislaus, nobiles de armis Nalancz, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad ....., item taberna, item hortulaniae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Gorin.

Abstracta violenter per archiepiscopum Gneznensem.

Wolya Gorinska, villa sub parochia ecclesiae de Gorin sita, cuius haeres Johannes Szbanszky, de armis Nalancz, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad ....., item tabernae, item hortulaniae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima ....

Abstracta violenter per archiepiscopum Gneznensem.

Item notandum, quod cum archiepiscopus Gneznensis Dobrogostius, vocatus Widrzioko, quinque decimas manipulares a scolastria Sandomiriensi vi abstraxisset, asserens eas, quasi in nova radice consurgentes, ad se pertinere, Vilhelmus tunc ecclesiae Sandomiriensis scolasticus in curia romana contra archiepiscopum litigando, illas evicit, fuitque ipse et aliquot sui successores, videlicet Sbigneus de Oleschnica, expost cardinalis et episcopus Cracoviensis, Stanislaus Czyolek, scolastici Sandomirienses in illarum pacifica possessione; Albertus posthoc Jastrząbyecz, archiepiscopus Gneznensis, Stanislaum Czyolek, tunc scolasticum de eisdem iterum spoliavit, et licet Stanislaus Czyelantko eidem in scolastria succedens, cum Vincentio Koth tunc archiepiscopo pro eisdem decimis litigasset, re tamen imperfecta obiit. Sunt autem sex decimae istae, in quibus profert spolium scolastria Sandomiriensis in hanc diem: in Gelzow, Plaszkow, Zawada, Byrwcze, Wolya Gorinska et Solyecz.

Stawowycze Minor, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Johannes, nobilis de domo et familia Doliwa, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt;

item praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis in Lyppa.

Daleschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Johannes Wolsky, de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae tres, habentes agros, de quibus decima solvitur in *gonithwam*, item hortulaniae tres, habentes agros, de quibus decima pro scolastria; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima pro ecclesia in Lippa.

Wolya Maior, dicta Dalyeschowska, villa sub parochia ecclesiae de Woyuczin sita, cuius haeres idem Johannes Wolsky, de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et per cmethones ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tredecim, aliquando ad viginti marcas. Item tabernae quatuor, habentes agros, de quibus solvitur decima scolastriae, item hortulaniae quatuor, habentes agros, de quibus solvitur decima scolastriae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Lippa, et parochiali iure curia pertinet ad ecclesiam in Zarnow.

Nyemugyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres nobilis de domo et armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zarnow.

Kupymyrz, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres Zuzanna, filia Magieronis, de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a scolastico Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi unus laneus cmethonalis, a quo abstractus est unus laneus scolastriae Sandomiriensis, et ecclesiae in Goworzyczow applicatus per iniuriam. Item non sunt tabernae, item hortulaniae non sunt, item non est praedium in eadem villa.

Sokolow, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Stanislaus Sokolowsky, de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur

scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Lippa.

PRZELANG, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeredes Stanislaus et Joannes, de armis Serpentum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Zarnow.

WOYUCZYN, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeres abbas et conventus monasterii Szulycoviensis, in qua sunt agri aliqui cmethonales vocati Mazanek, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. De omnibus autem laneis cmethonalibus et agris solvitur decima manipularis monasterio Sulicoviensi. Item tabernae quatuor sunt plebani, quae non habent agros, item hortulaniae non sunt, item praedium ibi est coenobiale, de cuius agris monasterium nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

CHORYTHKOW, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius proprietas ad nobilem Clementem Rathoszky, de armis Scheligy pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Item scolastria Sandomiriensis habet domum optimam cum area larga, in cimenterio ecclesiae Sandomiriensis, in parte meridionali, confrontatam hostio ecclesiae meridionali et domui, atque areae praebendae Turebskiey contiguam.

Item scolastria Sandomiriensis iuxta vetera et antiqua regestra taxata est ad octo marcas.

Vicescolastria Sandomiriensis, alias Scolae Rectura.

Scolastria Sandomiriensis pro vicario suo perpetuo Sandomiriensi magistrum scolae temporalem, et ad beneplacitum suum removibilem habere consvevit, qui omnia officia ordinaria et extraordinaria vicarii perpetui, si per

item praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis in Lyppa.

Daleschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Johannes Wolsky, de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae tres, habentes agros, de quibus decima solvitur in *gonithwam*, item hortulaniae tres, habentes agros, de quibus decima pro scolastria; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima pro ecclesia in Lippa.

Wolya Maior, dicta Dalyeschowska, villa sub parochia ecclesiae de Woyuczin sita, cuius haeres idem Johannes Wolsky, de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et per cmethones ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tredecim, aliquando ad viginti marcas. Item tabernae quatuor, habentes agros, de quibus solvitur decima scolastriae, item hortulaniae quatuor, habentes agros, de quibus solvitur decima scolastriae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Lippa, et parochiali iure curia pertinet ad ecclesiam in Zarnow.

Nyemugyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres nobilis de domo et armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Zarnow.

Kupymyrz, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres Zuzanna, filia Magieronis, de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a scolastico Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item est ibi unus laneus cmethonalis, a quo abstractus est unus laneus scolastriae Sandomiriensis, et ecclesiae in Goworzyczow applicatus per iniuriam. Item non sunt tabernae, item hortulaniae non sunt, item non est praedium in eadem villa.

Sokolow, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Stanislaus Sokolowsky, de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur

scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Lippa.

Przelang, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeredes Stanislaus et Joannes, de armis Serpentum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius ad unam marcam aestimatur. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Zarnow.

Woyuczyn, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeres abbas et conventus monasterii Szulycoviensis, in qua sunt agri aliqui cmethonales vocati Mazanek, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur scolastriae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. De omnibus autem laneis cmethonalibus et agris solvitur decima manipularis monasterio Sulicoviensi. Item tabernae quatuor sunt plebani, quae non habent agros, item hortulaniae non sunt, item praedium ibi est coenobiale, de cuius agris monasterium nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Chorythkow, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius proprietas ad nobilem Clementem Rathoszky, de armis Scheligy pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Sandomiriensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a scolastico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Item scolastria Sandomiriensis habet domum optimam cum area larga, in cimenterio ecclesiae Sandomiriensis, in parte meridionali, confrontatam hostio ecclesiae meridionali et domui, atque areae praebendae Turebskiey contiguam.

Item scolastria Sandomiriensis iuxta vetera et antiqua regestra taxata est ad octo marcas.

Vicescolastria Sandomiriensis, alias Scolae Rectura.

Scolastria Sandomiriensis pro vicario suo perpetuo Sandomiriensi magistrum scolae temporalem, et ad beneplacitum suum removibilem habere consvevit, qui omnia officia ordinaria et extraordinaria vicarii perpetui, si per

manipularem ecclesiae conventuali in K r a s z n i k, nempe unam cassulam siliginis, alteram tritici, tertiam avenae. Item non est ibi aliquod praedium militare, item non sunt tabernae, neque hortulaniae, item non solvunt decimam canapalem.

Popkowycze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sanctae Crucis, cuius haeres Johannes C z i s z o w s k y de armis P o l u k o z y a, in qua sunt centum quinquaginta lanei cmethonales, et omnes solvunt decimam per sex grossos communis pecuniae in regno currentis Poloniae, scolastriae Sandomiriensi, et summa facit quindecim marcas, minus media. Item in praefatis centum quinquaginta laneis sunt duodecim lanei praediales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali ibidem. Item plebanus habet duos laneos, item sunt ibi duo molendina et duae tabernae, sed non habent agros.

Scorczycze, villa sub parochia ecclesiae de P o p k o w i c z e sita, cuius haeres idem Johannes C z i s z o w s k y, et villa praefata est unita cum villa P o p k o w i c z e, et in utraque villa sunt centum triginta sex lanei, solventes decimam pecunialem scolastriae Sandomiriensi per sex grossos. Item in eadem villa est unicum praedium militare, quod de suis agris solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in D z e r z k o w i c z e, sed praedium huiusmodi locatum est cmethonibus. Item sunt in praefatis villis tabernae et hortulaniae, sed non habent agros.

Custodia Sandomiriensis.

Sexta et ultima ecclesiae Sandomiriensis dignitas, sive personatus, custodia Sandomiriensis, cuius unicus collator et patronus est illustrissimus Poloniae rex, quam nunc tenet J a c o b u s de Z i c h l i n de armis Scheligy, quae ex proventibus et decimis duarum ecclesiarum, videlicet S w y r s z y e et T s c z o w aestimatur fundata et dotata, et in signum illius dominium villae S w y r s z e et collationem ecclesiae ibidem in S w y r s z e perpetuo retinet. Habet autem custodia praefata duas villas pro fundo, et decimas manipulares viginti ...., decimis vicariae custodiae inclusis, de quibus omnibus faciemus inferius singularem descriptionem.

Szwyrsze, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam S. Jacobo Apostolo dicatam, per Nicolaum D r z e w i c z s k y de armis C z y o l k o n u m, tunc custodem Sandomiriensem, aedificatam, fundus primarius custodiae Sandomiriensis, in qua duas partes villae habet custos, et sunt in ea decem lanei cmethonales, et quilibet solvit custodi sedecim grossos, et laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro, triginta ova et [illegible] gallos. Item ibi quatuor tabernae habentes agros et prata, quorum tabernatores

omnia prata curiae falcastrant, rastrant, colligunt et deducunt. Item ordinarie brasca faciunt pro curia ct cerevisias braxant; item tempore veris et aestatis pro necessitate curiae gramina falcastrant, et in curiam deducunt; item natas rapas effodiunt, deducunt et egestis fossis conservant, et quaelibet mediam marcam solvit pro censu; item curia optima et praedium optimum, item lacus uberes custodis in villa eadem. Item tertia pars villae Petri Byelinsky de armis Thaurorum, qui habet ibi praedium et laneos cmethonales, et haec cum sorte custodis per scopulos in terra et per palos in lacubus, de quo habetur littera Vladislai Secundi sub sigillo maiestatis, distincta est; item agri praediales custodis, item praediales militares, item agri cmethonales et tabernales solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali ibidem in Swirsze. Item in eadem villa proprii cmethones et alii extranei de vicinis villis habent mellificia in boris custodis, et proveniunt de melle pro custode decem, aliquando amplius urnae.

Pyekary, villa sub parochia ecclesiae in Obrzaszow sita, cuius dominium diversificatum est, nam custodia Sandomiriensis habet in ea quatuor laneos cmethonales, quorum quilibet solvit custodi pro censu annuo duas marcas, quatuor gallos, triginta ova, non faciunt labores, non dant caseos, neque avenam; praedium custodis ibi est. Item praefati quatuor lanei custodis solvunt decimam manipularem archidiaconatui Sandomiriensi, item taberna in villa eadem habens agros custodis, quae solvit pro censu annuo custodi unam marcam et sex grossos; item praebenda Sandomiriensis Pyekarska, habet ibi duos laneos emethonibus locatos, qui quondam erant praediales, item vicaria eiusdem praebendae etiam habet ibi duos laneos sibi censuales, et vicecustodia etiam ibi habet tres laneos censuales.

Decimae manipulares.

Jedlna, villa habens ecclesiam ligneam parochialem in se, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt multi campi et multi cmethones ac coloni, quorum in laneos agri, plus enim venatoriae arti, quam agrariae extant dediti, non sunt distincti. Item tabernae multae habentes agros, item hortulani etiam multi habentes agros, de quibus omnibus absque diminutione decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item praedium regium unicum ibi, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali ibidem in Jedlna.

T[illegible]w, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt viginti lanei

cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad viginti duas marcas; item tabernae undecim, sed non habent agros, item hortulaniae duae, sed non habent agros; item praedium ibi unicum regium, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae in Tsczow.

Odanchow, villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, quam Johannes Dlugosch senior canonicus Sandomiriensis, de praebenda Odanchoviensi, quae nunc Zaianczkoviensis vocatur, existens, a fundamentis initians, cocto latere fabricavit, cuius nunc haeres Prandotha Koninsky de armis Rawa, in qua sunt decem et medius lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor aestimatur eius ad duodecim marcas. Item tabernae ibi quinque, quorum quatuor haeredis, quinta plebani, sed non habent agros, item hortulaniae ibi duae, sed non habent agros; item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae ibidem in Odanchow, item ecclesiam in villa eadem, cum alias esset sub parochia de Skarzeszow, fundavit Nicolaus regni Poloniae vicecancellarius, tunc eiusdem praebendae canonicus, cui a praebenda Sandomiriensi duas decimas manipulares abstractas, adiunxit, videlicet in Sucha et Szydlowska Wolya, decimam vero in Nyedarczow a Petro tunc episcopo eidem ecclesiae impetravit.

Brzeszynky, villa sub parochia ecclesiae de Tsczow sita, cuius dominium ad dapiferum Sandomiriensem pro tempore pertinet, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor aestimatur eius ad duodecim, aliquando ad tredecim marcas. Item tabernae duae non habentes agros, item hortulaniae non sunt, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Tsczow.

Makow, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt quadraginta lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius ad viginti marcas aestimatur, aliquando ad triginta. Item tabernae sex, omnes habentes agros, item hortulaniae quatuor, omnes habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Sandomiriensi; item praedium ibi unicum regium, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Radom Nova, item molendinum ibi non est.

Makowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Skarżeszow sita, quae olim erat regia, nunc est Johannis Strzalkowsky de armis Polukozya, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et aestimatur valor eius ad duodecim marcas. Item taberna una habens agros; item hortulaniae tres habentes agros, ex agris praedialibus largitos, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae in Radom Nova, item praedium ibi regium, de quo decima manipularis datur ecclesiae in Radom Nova de uno arvo, versus Radom, de aliis autem campis praedii datur custodiae in *gonithwam.*

Czarna, villa sub parochia ecclesiae de Sucha sita, cuius haeredes Petrus Szulyma et Scarbek Stanislaus de armis Szulyma, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum, et valor eius aestimatur ad duas, aliquando ad quatuor marcas. Item tabernae tres; item hortulaniae, item quatuor ibi praedia militaria, de quibus manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Tsczow; item sunt ibi lanei cmethonales aliquot, qui solvunt decimam manipularem ecclesiae in Tsczow.

Sucha, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius ad duas, aliquando ad quatuor marcas. Item tabernae tres plebanales non habent agros, item hortulaniae non sunt aliquae, item sunt ibi agri ecclesiae et prata, pro plebani praedio et necessitate, item praedium est ibi regium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali ibidem in Szucha.

Konskye, villa habens parochialem ecclesiam in se, quadro lapide et opere vetusto per Ivonem de Konske, episcopum Cracoviensem, qui erat de armis et familia Odrowansch, muratam, cuius haeredes Crzyeslaus et Tobias de armis Odrowansch, in qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi non continuis annis, sed alteratis; uno enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis vocata Byelyowska, altero custodia et valor eius ad quindecim marcas aestimatur, et ducitur per cmethones. Item tabernae ibi septem, de quorum agris plebano decimatur, item hortulani ......, item tria praedia militaria, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae ibidem in Konskye et habent sub se sedecim laneos. Item

scolastria, praebenda et plebania, habent speciales agros, de quibus non decimant.

MODLYSCHOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Konske sita, cuius haeres Andreas Modliszewsky de armis Cygnorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi non continuis annis, sed alteratis; uno enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis appellata Byelyeowska, altero vero custodia, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item tabernae tres habentes agros, de quibus praebendae in Konske. Item hortulani, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Konske.

ROGOW, villa sub parochia ecclesiae de Konskye sita, cuius haeres Tobias de Konskye de armis Odrowansch, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus decima manipularis tantummodo, et non canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, non continuatis campis sed alteratis, de uno enim campo percipit illam praebenda Sandomiriensis dicta Byelyeowska, de duobus vero custodia, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt aliquae in villa praefata, item hortulaniae etiam non sunt, item praedium non est aliquod in eadem villa; item decimam canapalem post omnes agros villae percipit praebenda in Konskye, et tota illi cedit ex consvetudine et praescriptione per quatuor ierugas.

GLOWACZOW, oppidum habens parochialem ecclesiam in se, cuius haeres Sandivogius Lyaszensky de armis Nalyancz, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item tabernae non sunt ibi, item hortulaniae non sunt, item praedium non est ibi aliquod militare.

LYASZENICZE, villa, in qua ecclesia parochialis, cuius haeres idem Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei oppidanorum, de quibus decima manipularis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam oppidani in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item decima canapalis per quatuor ierugas; item hortulaniae non sunt, item tabernae non sunt; item praedium unicum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali ibidem in Lyanszenicze.

BOBROWNYKY, villa sub parochia ecclesiae de Lyanszenicze sita, cuius haeres idem Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur

custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad novem marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item praedium ibi unum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Glowaczow, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Studzonky, villa sub parochia ecclesiae de Lyaszenicze sita, cuius haeres idem Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae ibi non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium ibi non est aliquod militare.

Wolya Studzenska, villa sub parochia ecclesiae de Lyaszenicze sita, cuius haeres idem Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item tabernae ibi non sunt, hortulaniae ibi non sunt, item praedium ibi militare nullum est.

Chothkow, villa sub parochia de Lyaszenicze sita, cuius haeres Sandivogius Lyaszensky praedictus, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae non sunt aliquae, item hortulaniae non sunt, item praedium non est ibi aliquod militare.

Wolya Chothkowska, villa sub parochia ecclesiae de Ryczywol sita, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae ibi aliquae non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium regium non est in eadem villa.

Swyanthnyky, villa sub parochia ecclesiae de Obrzaszow sita, Deo et ecclesiae beatae Mariae Sandomiriensis ab antiquis regibus et principibus Poloniae dicata, et a sanctuariis vocata Swyanthniky, resident enim cmethones ab omnibus censibus, laboribus, tributis et daciis ordinariis et extraordinariis liberi, qui nocte et die per vices suas in ecclesia Sandomiriensi ad omnia officia nocturna et diurna excubando deserviunt, sub iurisdictione tamen et tutela custodis Sandomiriensis consistunt, cui in quolibet quartali anni, unum modium avenae, alias duodecim choros, item unum octuale cervisiae universi solvunt; pro festo vero paschae singuli triginta ova contribuunt. Item una taberna vicecustodis habens agros, solvens vicecustodi annuatim unam marcam.

Lypa, villa sub parochia ecclesiae de Glowaczow sita, cuius haeres Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius ad novem marcas aestimatur. Item non est ibi praedium aliquod, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Paprothna, villa sub parochia ecclesiae de Glowaczow sita, cuius haeres idem Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode locandum et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Wolya Paprotska, villa sub parochia ecclesiae de Glowaczow sita, cuius haeres idem Sandivogius Lyaszensky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodiae Sandomiriensi et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi aliquod praedium militare, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Golyabyow, villa sub parochia ecclesiae de Nova Radom sita, decano Kielcensi decimam pecunialem solvit.

Vicaria Custodiae Sandomiriensis.

Custodia Sandomiriensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Sandomiriensi, cuius custos Sandomiriensis unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Petrus de Grabow, quae pro sui dote et proprietate, habet decimas infrascriptas et proventus.

Sthodoly, villa sub parochia ecclesiae de Woyczechowicze sita, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua post omnes laneos et agros cmethonales, et tabernales, percipit decimam manipularem, ut in superioribus scripsimus, praepositura Sandomiriensis. Item in eadem villa Stodoly est praedium regium optimum, et in agris largum et foecundum, de quo decima manipularis solvitur vicariae custodiae Sandomiriensis et valor eius aestimatur ad sedecim marcas, exceptis duntaxat agris Ostrow, de quibus decima manipularis in eodem regio praedio provenit ecclesiae parochiali in Zamborzyn. Item sunt ibi novem tabernae, in quibus duae vocatae Przestanske, item sex hortulaniae, quae omnes habent agros speciales, ex praedio regio eis largitos, de quibus decima datur vicario custodis.

Hortus extra muros Sandomirienses in veteri civitate eundo ad monasterium S. Jacobi in parte dextra situs, habens aream penes se et aedificationem, cum omni proprietate et dominio pertinet ad vicariam praefatam, et arendatus solvit pro annuo censu vicariae unam marcam, liber a grosso S. Martini, et a qualibet exactione et labore tam regali, quam civili. Item custodia Sandomiriensis habet aream et domum in cimenterio ecclesiae inter canonicos acialem, eundo ex oppido in acie sitam, domui vicecustodis contiguam, in parte septentrionali.

Item custodia praefata Sandomiriensis iuxta omnia regestra nova et vetera taxata est ad viginti marcas.

Praebenda Thurebska.

Praebenda Sandomiriensis Turebska, ex proventibus et decimis praebendae Sandomiriensis S. Joannis, cuius adhuc in Antiqua Sandomiria ligneum extat oratorium, item ex decimis ecclesiae parochialis in Oppoczno fundata et dotata est, quae primaria et ventrosa inter praebendas Sandomirienses propter theloneum, quod illi ex villa Turbya, dum strata publica ex Russia per Sandomiriam fieret, proveniebat, habebatur, quae nunc neglecta, et per Ropczycze conversa est, quam nunc tenet Johannes Sczyekoczsky, nobilis de domo et familia Odrowansch, habens villam Thurbya pro fundo, a qua Turebska denominationem accepit, et decimas manipulares inferius singillatim describendas.

Thurbya, villa sub parochia ecclesiae de Charzewicze sita, fundus unitus praebendae Sandomiriensis Turebska, in qua est curia bene aedificata canonicalis, habens praedium bonum cum pratis, in quatuor campos divisum, de quo manipularem decimam percipit vicaria perpetua eiusdem praebendae Turebska Sandomiriensis, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item in eadem villa sunt tres tabernae, habentes agros et prata, quarum quaelibet pro annuo censu solvit tres marcas, item sunt lanei cmethonales, item sunt in eadem villa quatuor hortulaniae, sed non habent agros, et censum non solvunt, solum earum hortulani laborant unum diem pedestres in septimana. Item post omnes agros tabernatorum et villae percipit decimam manipularem ecclesia parochialis in Byelini. Item in villa praefata Thurbya est theloneum ab antiquis temporibus institutum, in quo ab ove solvuntur canonico quatuor denarii, item ab equo et ab equa, de quolibet medius grossus, et huiusmodi theloneum integre pertinet ad praebendam Turebska.

Decimae manipulares.

Plaw, villa sub parochia ecclesiae de Charzewicze sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales; item lanei scolteti, item una taberna habens agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis tantummodo praebendae Turebska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item decimam canapalem non solvunt, item praedium regium non est in eadem villa.

Pylchow, villa sub parochia ecclesiae de Charzewicze sita, cuius haeres nobilis Rosztowsky de armis ....., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Thurebska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item taberna una, item hortulani, item praedia militaria, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Charzewicze.

Przelang, villa sub parochia ecclesiae de Charzewicze sita, in qua haeredes sunt Petrus et Swider de armis ...., in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro praebenda Sandomiriensi Turebska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item hortulaniae, item duo sunt ibi praedia militaria, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Charzewicze.

Zarzecze, villa sub parochia ecclesiae de Raczslawicze sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua etsi sunt cmethones et tabernatores habentes agros amplos, quos colunt et arant et novos illis adiungendo extirpant, non solvunt tamen decimam manipularem, sed ex consvetudine veteri, omnes coloni et incolae villae praefatae pro decima solvunt summatim praebendae Thurebska duodecim urnas mellis crudi, aut earum valorem. Item non est ibi aliquod praedium regium.

Damba, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Bedlno sita, cuius haeres Johannes Lithwosz de armis Grzimala, in qua lanei cmethonales, de quibus et manipularis et canapalis decima solvitur praebendae Turebska, cuius valor aestimatur ad tres marcas. Item praedium unicum, de quo decima solvitur ecclesiae in Schidlowyecz.

Myslyborz, villa sub parochia ecclesiae in Zarnow sita, cuius haeres Johannes Giszyczsky, nobilis de armis Gosdawa, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus datur decima manipularis mensae archiepiscopali Gneznensi. Item sunt alii lanei cmethonales, de quibus datur decima

manipularis praebendae Turebskey et per quatuor ierugas canapalis, et ducitur per cmethones et valor eius ad quatuor marcas. Item tabernae ..., item hortulani ......, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae in Zarnow.

Bedlno Minor, villa sub parochia ecclesiae de Bedlno Maiori sita, cuius haeres Nicolaus Koruna, nobilis de armis Wyenyawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima mnnipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducitur per cmethones in horreum canonici, et valor eius ad duas marcas. Item tabernae, item hortulani, item tria praedia militaria, duo solvunt decimam ecclesiae in Bedlno, tertium praebendae Turebskey in *gonithwam.*

Przybyschowy, villa sub parochia ecclesiae de Bedlno sita, cuius haeres Nicolaus Koruna, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebskey, et ducitur per cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item tabernae, item hortulani, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Bedlno.

Wisznya prima, villa sub parochia ecclesiae de Lyppa sita, cuius haeres Johannes Jaszyensky de armis Roszae, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, item non est praedium aliquod in villa praedicta.

Wisznya secunda, quae et Wisniczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Falkow sita, cuius haeres Johannes Gisziczsky, de domo Goszdawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus et manipularis et canapalis decima solvitur praebendae Turebskey et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Wisznya tertia, villa sub parochia ecclesiae de Lyppa sita, cuius haeres Andreas Mnyowsky de armis Nyeczuya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praebendae Turebskey, cuius valor ad unam marcam. Item est ibi praedium unum decimans ecclesiae in Lyppa, item taberna, item hortulaniae.

Siroslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Konske sita, cuius haeres Nicolaus Lithwosz de armis Grzymalya, in qua sunt tres cum medio lanei, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam cum media marca. Item

ibi una taberna habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Turebska; item unicum praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Konskye.

Kolischowy, villa sub parochia ecclesiae de Bedlno sita, cuius haeres Strambossius de armis Wyeniawa, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item taberna non est in eadem villa, item praedium ibi unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Bedlno.

Paszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Paszkowsky de armis Lelywa nobilis, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Zarnow.

Chelsthy, villa sub parochia de Zarnow sita, cuius haeres Zaklika Tarlo de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam cum media marcas. Item taberna, item hortulani; item non est ibi aliquod praedium militare.

Grambinycze, villa sub parochia ecclesiae de Zarnow sita, cuius haeres Nicolaus Grambiniczsky, nobilis de armis ......, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Turebskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item taberna, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Zarnow.

Vicaria praebendae de Thurbya.

Praebenda Sandomiriensis Turebska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus Turebsky pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Petrus de Klanszczow, quae pro sui dote et proprietate habet decimas manipulares infrascriptas.

Grambow, villa sub parochia ecclesiae de Trzesnya sita, cuius proprietas ad illustrissimum regem Poloniae pertinet pro tribus partibus, pro quarta autem parte pertinet ad Felicem Tarnowsky de armis Leliwa, in qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicariae praefatae, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Turbya, villa sub parochia ecclesiae de Charzewicze sita, et iam in superioribus descripta, fundus primarius praebendae Turebska, in qua est praedium canonicale, de cuius agris solvitur decima manipularis vicariae praefatae et valor eius ad duas marcas aestimatur, aliquando ad tres. Item vicaria praefata habet domum in Sandomiria, in area canonicali aedificatam et hostio ecclesiae australi confrontatam.

Item praebenda Turebska Sandomiriensis praefata iuxta vetera et nova regestra taxata est ad quadraginta marcas.

Praebenda Zayanczkowska, quondam Odąchowska.

Praebenda Sandomiriensis Zayanczkowska, quondam Odanchowska vocabatur; habebat enim fundum suum villam Odanchow integram, quam Johannes Dlugosch senior, tunc eiusdem praebendae canonicus, quamvis in eadem villa Odanchow, muro latericio ecclesiam aedificasset propriis sumptibus, remotius a Sandomiria elongatam esse, ipsam pro tribus villis prope Wasznyow oppidum sitis, videlicet Zayanczkowicze, Pruszynowicze et Podolye, cum Prandotha de Konin milite de armis Rawa, additis eidem Prandothae centum marcis de consensu Casimiri, Poloniae regis illustrissimi, anno Domini 1462. cambivit, haec praebenda ex decimis et proventibus ecclesiarum duarum, videlicet Tsczow et Sidlow fundata et dotata est, et in eiusmodi signum canonicus praefatae praebendae pro tempore unicus est collator et patronus ecclesiae de Tsczow.

Zayanczkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow sita, ad praebendam Sandomiriensem Zayanczkowska dictam pertinens, in qua sunt septem minus medio lanei, et quilibet pro annuo censu solvit mediam marcam. Item a festo S. Joannis Baptistae, usque ad festum S. Michaelis duos dies, a festo autem S. Michaelis ad festum S. Joannis, unum diem proprio curru aut aratro laborant, ducturas absque die ad trium miliarium extensionem faciunt, quilibet de laneo solvit duos capones, ova triginta, duos choros avenae et totidem tritici mensurae Wasznyovyensis confertae, item non est ibi aliqua taberna. Item est unus hortulanus habens paucos agros,

qui nihil solvens de censu, unum diem pedes in septimana laborat. Item optima curia, habens pomerium et praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wasznyow, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item agri omnes cmethonales solvunt decimam manipularem abbati et monasterio de Wanchoczsko, quae aestimatur ad septem marcas. Item tres piscinae et unum molendinum, quod solvit pro censu unam marcam; item gayum bonum, item limites habet cum Wasznyow, Wilczkow, Swyaszkowicze, Boxicze, Szwolya, scopulis et aliis signis distinctos.

Pruszynowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow sita, in qua praebenda Zayączkowska Sandomiriensis habet quatuor laneos cmethonales, et quilibet solvit pro censu annuo duas marcas, duos capones, triginta ova, non laborant dies, sed ducturas faciunt tantummodo ad spatium trium miliarium a domo, ad duas item *powabas*, videlicet ad unam pro vere, et ad alteram pro hyeme. Item unum diem prata falcastrare tenentur, et id quod falcastraverint tenentur rastrare, colligere et in horreum canonici inducere; item lanei quatuor cmethonales praefati solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali de Wolya Koninska in terra Lublinensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas; item non habet ibi canonicus tabernam, neque hortulaniam neque praedium; item reliqua pars villae praefatae pertinet ad proprietatem et dominium abbatis et monasterii de Wanchoczsko.

Podolye, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow et in suburbio eiusdem oppidi Wasznyow sita, in qua sunt tres lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro annuo censu unam marcam, item non laborant dies in septimana, neque ducturas faciunt, item non solvunt ova, neque avenam, neque gallos, neque caseos; item est in eadem villa pratum bonum, pertinens ad curiam et praedium in Zaianczkowicze, item decimam manipularem post praefatos tres laneos in Podolye tollit et ....

Decima manipularis unica praebendae Zayanczkowska.

Schydlow, oppidum in terra Sandomiriensi situm, in quo parochialis ecclesia S. Vladislao regi et confessori dicata, per Casimirum Secundum, Poloniae regem, muro fabricata, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in quo sunt centum lanei oppidanorum, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis praebendae Zayanczkowska, et tenentur illam oppidani Schidlovienses propriis curribus de suo unusquisque agro ducere in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quadraginta, interdum ad quinquaginta marcas. Item de eisdem centum laneis non solvunt oppidani decimam canapalem, item est in eodem oppido advocatia,

quae de propriis agris ultra agros et laneos oppidanorum, habet sex laneos, de quibus decimam manipularem solvit ecclesiae parochiali ibidem in Schidlow; item praedium regium ibi satis parvum, de quo decima datur ecclesiae in Schidlow manipularis; item praebenda praefata habet alias duas decimas manipulares, in villis Sidlowska Wolicza et in Sucha prope Radom, sed Nicolaus Vilhelmi de Sandomiria, regni Poloniae tunc vicecancellarius et eiusdem praebendae canonicus, fundando novam parochialem ecclesiam in Odanchow, quae alias nunquam ibi erat, decimas praefatas a praebenda abstrahens, ipsas ecclesiae in Odanchow perpetuo inscripsit. Item praebenda praefata Zayanczkowska habet domum et aream perpetuam in Sandomiria pro residentia et recollectione canonici, contiguam campanili ecclesiae Sandomiriensis; item praefatum oppidum locavit Vladislaus Secundus Loktek, rex Poloniae, coemptis novem tabernis, quae erant ibi a Tholigneo Kotthuszowsky de domo Zyrzawa, pro tricentis marcis latorum grossorum Pragensium; item in agris villarum Poszyen et Wolycza, quae commutavit pro duplici Kaczicze.

Vicaria praebendae Zayanczkowska.

Praebenda Sandomiriensis Zayanczkowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus praebendae praefatae pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc habet Stanislaus de Oppoczno presbyter, quae pro sui dote et proprietate unicam habet decimam in villa Pothok, cuius conditionem infra ponimus.

Pothok, villa prope Sidlow sita, Sanctae Mariae parochialem ecclesiam habens in se, ad illustrissimum Poloniae regem cum toto dominio et proprietate pertinens, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicariae praefatae, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum et valor eius aestimatur ad decem, interdum ad duodecim marcas. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae ibidem in Pothok; item non est ibi praedium aliquod, non est molendinum, non sunt hortulaniae; item vicaria praefata habet domum et habitationem propriam in Sandomiria, sitam in area perpetua sui canonici et praebendae Zayanczkowska.

Item praebenda praefata Zayanczkowska iuxta vetera et nova regestra taxata est ad septem marcas.

Praebenda Konyczska.

Praebenda Sandomiriensis Konyczska a villa principali sui fundus cognomen Konyczska sortita est, quam nunc posidet Jacobus de Dominikow, nobilis de armis Grzimalya. Haec ex ecclesiae Sanctae Mariae parochiali, in Zawichosth fructibus, villis et decimis fundata et dotata est, et in evidentiam illius, canonicus praebendae Konyczska unicus est collator et patronus praefatae ecclesiae Sanctae Mariae de Zawichosth, cuius introitus aggrediemur iam describere.

Konycze, villa sub parochia de Woyciechowicze sita, fundus est primarius praebendae Sandomiriensis Koniczska, in qua sunt decem lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit unam marcam, viginti ova, unum caseum, duos capones; non solvunt avenam, neque triticum; item laborat quilibet unum diem in septimana proprio curru aut aratro; ducturas etiam faciunt, sed ad rationem diei in septimana debitae. Item ex sylvis et nemoribus per cmethones conductis, tenentur unum currum lignorum pro curia in Kunicze adducere, sed ad rationem dierum in septimana debitorum, in qualibet hyemis septimana; item est ibi una taberna habens agros, quae non laborans, solvit pro censu annuo unam sexagenam, et brasca laborat pro curia, item sunt ibi tres hortulaniae non habentes agros, quae non solvunt aliquem censum, sed quilibet hortulanus unam diem in septimana pedester laborat, item est ibi curia bona et praedium bonum, de cuius agris canonicus nulli solvit decimam manipularem, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit, item lanei cmethonales et agri tabernatoris solvunt decimam manipularem praebendae Koniczska, et eam in praedium Kunicze inducunt et canapalem per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item sunt ibi duae piscinae mediocres, et una *szadzawka*, item in campis eiusdem villae sunt aliquot paludes, in quibus pisces reperiuntur.

Item villa eadem confinat cum villis Bydzini, Stodoly et Woyczechowicze, et pro scopulis habentur continui monticuli alias *ugyaszdy*.

Popowicze, villa sub parochia ecclesiae Sanctae Mariae de Zawichosth sita, fundus alter praebendae Sandomiriensis Koniczska, in qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet canonico pro censu annuo solvit mediam marcam, viginti ova, unum caseum, duos capones; non solvunt avenam, neque triticum. Item laborant quilibet diem unam in septimana proprio curru aut aratro, ducturas etiam faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum omnium necessariorum. Est ibi una taberna habens agros, quae non laborans, solvit pro censu annuo unam marcam, brasca etiam pro curia

laborat. Item sunt ibi duae hortulaniae non habentes agros, quae non solvunt censum aliquem, sed quilibet hortulanus unam diem in septimana pedester laborat. Est ibi praedium bonum canonicale, quod cmethonum labore disponitur et colitur, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in Zawichosth. Item lanei cmethonales et agri tabernatoris solvunt decimam manipularem vicariae perpetuae Sandomiriensi ad praesentem praebendam Konyeczska pertinentis; item est lacus in eadem villa bonus, qui fecundatur a Visla, et solvebat olim pro annuo censu canonico duodecim marcas, nunc sterilificatus et zabulo angustatus, solvit tantummodo pro censu sex marcas, piscatores tamen et arendatores eius pro canonici in Popowicze quolibet adventu, tenentur pisces pro eius necessitate et usu piscari, item tenetur quilibet cmetho de laneo unam mensuram siliginis curiae pro hyeme, et alteram pro vere avenae, mensurae Sandomiriensis, arare, arpicare, metere et in horreum conducere.

Item confinat cum castro et villis Zawichosth, Kozini et Komorzyn et pro limitibus *ugyaszdy*,

Vicaria Praebendae Konyczska.

Praebenda Sandomiriensis Konyczska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus Konyczsky pro tempore unicus est collator et patronus, cuius nunc Johannes Skothniczsky est vicarius, quae pro sua dote habet proventus infrascriptos.

Popowycze, villa, ut superioribus praemisimus, sub parochia ecclesiae Sanctae Mariae de Zawichosth sita est, cuius proprietas et dominium ad praebendam Sandomiriensem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicariae praefatae, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum et valor eius aestimatur ad sex, aut septem marcas. Item sunt ibi duae hortulaniae, sed non habent agros, molendinum non est, item praedium est ibi canonicale, cuius agri solvunt decimam manipularem, ut praescripsimus, ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in Zawichosth de duobus campis, de tertio autem campo solvitur vicariae praefatae et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Zawychosth, oppidum habens in se ecclesiam parochialem Sanctae Mariae praefatam, a regibus priscis et principibus Poloniae, opere vetusto ex quadris lapidibus in crucis modum fabricatam, cuius proprietas et dominium ad monasterium sanctimonialium S. Andreae in Cracovia ordinis S. Clarae, quod primarie in eodem oppido situm fuit, et cuius adhuc extant reliquiae, pertinet. In oppido eodem sunt tres domus et areae ad praefatam vicariam

perpetuo spectantes, et eidem vicariae censuales, quarum quaelibet solvit mediam marcam, si braxat cervisiam illo anno; si autem non braxat cervisiam, extunc non tenetur solvere pro censu annuo, nisi unum grossum. Item praebenda praefata habet aream prope ecclesiam Sandomiriensem sitam, contra domos praepositi et cantoris, contiguam domui sanctuariorum, nulla tamen est in ea structura, cuius longitudo protenditur ad modum domus sanctuariorum, latitudo vero protenditur usque ad viam inter domos praepositi, cantoris et vicepraepositi decurrentem.

Item praefata praebenda taxata est iuxta omnia regestra vetera et nova ad quindecim marcas.

Item vicaria praebendae praefatae non habet domum neque aream.

Praebenda Byeleowska.

Praebenda Sandomiriensis Byelyeowska ab una decimarum suarum villa Byelyeowicze cognomentum sortita est, quam nunc possidet Derslaus de Wanszosze, nobilis de armis Godzamba; haec ex decimis manipularibus ecclesiae parochialis de Oppoczno fundata atque dotata est, duodecim habens decimas, vicariatus decima inclusa, quas nunc describere pergemus.

Byeleyowycze, villa sub parochia ecclesiae de Oppoczno sita, cuius haeres Jeronimus Pauli Byelyeowsky de armis Wylczekoszy, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Byelyeowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item tabernae quatuor habentes agros, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus cedit decima manipularis praebendae Byelyeowska in *gonithwam*. Item praedium ibi unicum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Oppoczno.

Wygnanow, alias Damuyowicze, villa sub parochia ecclesiae de Damuyowicze sita, cuius haeres Johannes Damuyowsky de armis Cygnorum, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Byelyeowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae ibi non sunt, item hortulaniae ibi non sunt, item praedium ibi non est.

Trzebnya, villa sub parochia ecclesiae de Drzewicza sita, cuius haeres praefatus Johannes Damuyowsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Byeleowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico

locandum, et valor eius ad quinque marcas aestimatur. Variatur autem perceptio decimae praefatae; nam duae partes cedunt praebendae Sandomiriensi, tertia autem cedit ecclesiae parochiali in Drzewicza. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Mroczkow Maior, villa sub parochia ecclesiae de Oppoczno sita, cuius háeres Szuzanna, filia Cristini Magero de armis Rawitarum, relicta Alberti de Bnin de armis Lyodzya, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Byelycowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item taberna una habens agros, item hortulaniae tres habentes agros, de quibus omnibus praebenda Byelycowska percipit decimam manipularem in *gonithwam;* item praedium unicum, de quo decimam manipularem percipit ecclesia parochialis in Goworziczow.

Mroczkow Minor, villa sub parochia ecclesiae de Oppoczno sita, cuius haeres Jeronimus Pauli Byelowsky de armis Wylczekosszy, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Byelycowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Oppoczno.

Stoszno, villa sub parochia ecclesiae de Potrukoszy sita, cuius haeres Johannes Potrukoszky de armis Odrowansch, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Byelycowskey, sed non ad integrum, diversificatur enim perceptio decimae; nam uno anno praebenda Byelycowska percipit hyemalia, altero vero tantummodo aestivalia, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item anno quolibet percipit tertiam partem mensa archiepiscopi Gneznensis, praebenda vero Sandomiriensis duas . . . . Item tabernae . . . ., item hortulaniae, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Potrukozy.

Zaborowycze, villa sub parochia ecclesiae de Potrukoszy sita, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Byelycowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius ad quinque marcas; item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Konskye, villa habens in se parochialem ecclesiam, quadro lapide et

opere vetusto, per Ivonem de Konskye, tunc episcopum Cracoviensem, qui erat de armis et familia Odrowansch, ut in superioribus praemisimus, fabricatam; cuius haeredes Crzyeslaus et Tobias de Konskye de armis Odrowansch, in qua sunt quinquaginta lanei cmethonales, de quibus decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Byelyeowskiey, non continuis annis, sed alternatis; uno enim anno percipit illam custodia Sandomiriensis, altero vero praebenda Byelyeowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item tabernae septem, de quorum agris plebano decimatur; item hortulaniae, item ibi tria praedia, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae ibidem in Konskye.

Modlyschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Konskye sita, cuius haeres Andreas Labancz Modlischewsky de armis Cygnorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Byelyeowska, non continuis annis, sed alteratis; uno enim anno percipit illam custodia Sandomiriensis, altero vero praebenda Byelyeowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item tabernae tres habentes agros, et decimant praebendae, item hortulania una, sed non habet agros, item praedium ibi unicum militare, de quo manipularis decima datur ecclesiae parochiali in Konskye.

Rogow, villa sub parochia ecclesiae do Konskye sita, cuius haeres et dominus Tobias de Konskye de armis Odrowansch, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus tertio campo et tertia parte, decima manipularis tantummodo et non canapalis, solvitur praebendae Byelyeowska, de duobus autem campis villae praedictae, percipit illam custodia Sandomiriensis, de tertia vero parte praebenda Byelyeowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas, de duabus vero partibus et duobus campis cedit praebendario in Konske. Item tabernae non sunt aliquae, hortulaniae nullae sunt, praedium in villa eadem nullum est; item decima canapalis solvitur per quatuor ierugas, et tota cedit praebendario in Konske.

Goszyan, villa sub parochia ecclesiae de Odrowansch sita, cuius haeredes Crzeslaus de Konske de armis Odrowansch, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Byelyeowskiey, et per cmethones ducitur in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium nullum est in villa praefata.

Vicaria praebendae Byeleyowska.

Praebenda Sandomiriensis Byelycowska habet, habereque consvevit, perpetuam vicariam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus Byelycowsky pro tempore, unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Martinus de Lukow presbyter, haec pro sua dote unicam habet decimam.

Krzczonow, villa sub parochia ecclesiae de Drzewicza sita, cuius haeres Derslaus Damuyowsky, nobilis de armis Cygnorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur vicario praebendae Byelycowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario constituendum, et eius aestimatur valor ad marcas viginti. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium . . .

Item praebenda praefata Byelycowska non habet domum, neque aream circa ecclesiam Sandomiriensem.

Item vicaria praebendae Byelyciowska non habet aliquam domum aut mansionem.

Item praebenda praefata taxata est iuxta regestra nova et antiqua, ad sex marcas.

Praebenda Kobyernyczska.

Praebenda Sandomiriensis Kobyernyczska a principali decima sua manipulari, quam in Kobyernikу obtinet, denominationem suam sortita est, quam nunc obtinet Nicolaus de Thanczyn, nobilis de armis Bippennium; hanc quidam existimant partim ex decimis manipularibus praebendae S. Joannis in Antiqua Sandomiria, partim vero ex decimis ecclesiae parochialis de Oppoczno, fundatam et dotatam esse, quas iam ordiemur describere.

Kobyernyky, praedia et agri civitatis Sandomiriensis, sub parochia ecclesiae ad S. Paulum in Veteri Sandomiria consistentia, in quibus sunt tredecim lanei iuxta existimationem lati et largi oppidanorum, de quibns solvitur decima manipularis praebendae Kobierniczska, et ducunt eam oppidani in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad viginti quatuor marcas. Item solvitur decima canapi de laneis et agris praefatis; item non sunt ibi tabernae, neque hortulaniae.

Radzycze, villa sub parochia ecclesiae de Drzewicza sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt triginta lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Kobierniczskiey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum; item sunt ibi novem tabernae habentes agros,

item sunt hortulaniae habentes agros, solventes et ducentes decimam canonico, et valor eius ad viginti, interdum ad viginti sex marcas aestimatur. Item sunt ibi agri scultetiales, appropriato praedio regio, de quibus decima manipularis solvitur in *gonithwam* praebendae Sandomiriensi, sed non ducitur. Item praedium ibi unicum regium, de cuius agris manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Brudzowicze.

Strzeszow, villa sub parochia ecclesiae de Drzewicza sita, cuius haeres Johannes Strzeszowsky de armis Acervorum, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Kobierniczska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, cuius valor ad octo, interdum ad decem marcas aestimatur. Item tabernae in eadem villa non habentur, item hortulaniae etiam in villa praefata non sunt; item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Drzewicza.

Brzeszynky, villa sub parochia ecclesiae de Gelnyow sita, cuius haeres Thomas Mszczugii de Skrzyn de armis Lyabancz, in qua sunt quinque lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Kobierniczska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, cuius aestimatur valor ad quatuor marcas. Item hortulaniae in eadem villa non habentur; item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Gelnyow.

Szyczyna, villa sub parochia ecclesiae in Szwolyen sita, in qua sunt novem lanei cmethonales, cuius haeredes Henricus et Johannes Szyemlya de armis Serpentum, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Kobierniczska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius ad sex marcas aestimatur. Item taberna, item hortulani, item praedium duplex duarum curiarum, et de utroque decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Szwolyen.

Kaczycze, villa sub parochia de Midlow sita, cuius haeredes Andreas Miedzwieczsky de armis Oxa, et Johannes Malszinsky de armis Bippennium, in qua sunt quinque cum medio lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur praebendae Kobierniczskiey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item taberna una habens agros, et decimat canonico Sandomiriensi in *gonithwam*, item hortulania una habens agros, et decimat canonico Sandomiriensi in *gonithwam*, item praedia duo militaria, de quibus solvitur ecclesiae in Mydlow decima manipularis.

Kochow, villa sub parochia ecclesiae de Strzeszowicze sita, cuius

haeredes Johannes Kochowsky et Petrus Strzeszowsky de armis Accipitrum, in qua sunt tantummodo tres lanei cmethonales, de quibus decima manipularis diversificatur; nam ex tribus tantummodo laneis cmethonalibus et una hortulania, solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Kobierniczskiey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad duas marcas; de aliis autem omnibus laneis cmethonalibus, item de omnibus agris tabernarum et hortulaniarum, item de omnibus praediis militaribus, solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Strzeszowicze. Item praefata praebenda domum in Sandomiria et aream habet, in platea S. Magdalenae, emptam per Johannem Album canonicum eiusdem praebendae, quae tenetur ad unam sexagenam census annui, vicariis Sandomiriensibus, pro eiusdem Joannis Albi anniversario.

Item praefata praebenda Kobierniczska, iuxta nova et antiqua regestra, taxata est ad decem marcas.

Decimae aliae manipulares Praebendae Sandomiriensis Kobyernyczska.

SWYRCZINKA, villa sub parochia ecclesiae de Drzewicza sita, cuius proprietas ad serenissimum dominium regem Poloniae pertinet, in qua sunt quinque lanei cmethonales, et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Sandomiriensi Kobierniczska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius ad tres marcas aestimatur. Item hortulaniae non sunt in eadem villa, praedium non est aliquod in villa eadem.

STRZESZKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Drzewicza sita, cuius haeres Nicolaus nobilis de armis et familia Cygnorum, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad duas sexagenas. Item tabernae non sunt in eadem villa, item hortulaniae non sunt in villa eadem; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Drzewicza.

BRZOSZA, villa sub parochia ecclesiae de Lubeschow sita, cuius haeres Raphael Krzyszczykowsky, nobilis de armis Rawa, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Sandomiriensi Kobierniczska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico

locandum, cuius aestimatur valor ad sex marcas. Item hortulaniae non sunt in villa eadem; item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Lubyeszow.

GYDZIKOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Lubyeszow sita, cuius haeredes Raphael Krzyczykowsky et Joannes et Jacobus Swynyowsky, nobiles de armis omnes Rawitarum, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item est ibi praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Gelnyow.

Vicaria Praebenade Kobyernyczskey.

Praebenda Sandomiriensis Kobyerniczska habet, habereque consvevit, vicariam perpetuam Sandomiriensem, cuius canonicus Kobyerniczsky pro tempore, unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Johannes de Grabowyecz presbyter, quae pro sua dote et subsistentia habet decimas infrascriptas.

GROCHOLYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Strzeszowicze sita, cuius haeres Warszius de Zyelyechlin de armis Rawitarum, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus manipularis decima, et per quatuor ierugas canapalis, solvitur vicario praebendae Kobierniczska, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum, et aestimatur valor eius ad octo marcas. Item sunt ibi duae tabernae, sed non habent agros, item est ibi una hortulania, sed non habet agros, item est ibi unum molendinum, sed non habet agros; item est ibi unum tantummodo praedium militare, de cuius agris solvitur manipularis ecclesiae parochiali in Strzeszowicze decima, praeter aliquos agros eiusdem praedii, et agros aliquos unius cmethonis, de quibus decimatur ecclesiae in Mydlow parochiali.

WOLYA LOWYNYCZSKA, villa sub parochia ecclesiae de Mydlow sita, cuius haeres Lucas Lowiniczsky de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio manipularis decimae diversificatur; nam de uno tantummodo laneo cmethonali, et de unius tabernae agris, percipit eam vicaria praebendae Kobierniczskiey, cum decima canapali per quatuor ierugas, et ducunt eam in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur ad unam marcam; de aliis autem laneis, percipit eam episcopus Cracoviensis; item hortulani non sunt, item praedium non est aliquod militare.

UBNYN, villa sub parochia ecclesiae de Strzeszowicze sita, cuius

haeredes Johannes et Petrus, nobiles de armis Ostoya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio manipularis decimae diversificatur; nam de uno tantummodo laneo cmethonali, item post unius tabernae, item unius hortulaniae agros, percipit eam vicaria praebendae Kobierniczskiey, cum decima canapali per quatuor ierugas, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas; de praediis autem tribus, percipit eam plebanus in Strzeszowicze. Item praedium ibi ecclesiae in Gorzycze, de quo ecclesiae in Strzeszowicze decimatur; item eadem ecclesia in Gorzycze habebat ibi duos laneos, qui etiam ecclesiae in Strzeszowicze decimant, item unam tabernam; item sunt ibi tria praedia militaria, de quibus decimatur ecclesiae in Strzeszowicze.

Praebenda Dzywkowska.

Praebenda Sandomiriensis Dzywkowska, a villae suae fundo Dzywkow dicta, appellationem accepit, quam nunc obtinet Bartholomaeus Kyelbasza, nobilis de domo Nalancz: haec existimatur fundata et dotata esse ex decimis ecclesiae de Oppoczno, quas inferius describendas suscepimus; fundus tamen eius, villa videlicet Dzywkow, ex alio largitionis genere praebendae ipsi accessit.

Byalaczow, oppidum Gneznensis dioecesis, habens in se ecclesiam parochialem, lateribus, sub titulo S. Stanislai, per Prandotham episcopum Cracoviensem, qui ex vico illo traxit originem, muratam, cuius haeres Stanislaus de armis Odrowansch. In qua sunt lanei cmethonales, de quorum medietate solvitur decima manipularis praebendae Dzywkowska, non annis continuis, sed alteratis, uno enim anno praefata praebenda Dzywkowska ex praedicta villa Byalyaczow, ex medietate laneorum percipit hyemalia, altero vero aestivalia, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur, quando percipit hyemalia ad sex marcas, item decimam canapi per quatuor ierugas; alio autem anno, praebenda Dwyekoszka Sandomiriensis percipit praefatam medietatem, altera vero medietas cedit cantoriae Sandomiriensi; item tabernae non sunt, item hortulani, item praedium unicum militare, de quo et aliquibus campis, qui quondam erant militares, solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Byalyaczow.

Schadow, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres Szuszanna, Cristini Magero filia, de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Dzywkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas; non

solvitur tamen annis continuis, sed alteratis, nam anno altero percipit eam praebenda Sandomiriensis Dwyekoszka; item taberna una, item hortulani; item non est in villa praedicta aliquod praedium militare.

SKRONYNA, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres eadem Szuszanna Cristini Magero filia, in qua sunt undecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, praebendae Dzywkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas, non solvitur tamen annis continuis, sed alteratis; nam anno altero percipit eam praebenda Sandomiriensis Dwyekoszka. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Sandomiriensi, item hortulania una habens agros, de quibus cedit decima manipularis praebendae Sandomiriensi, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Goworzyczow; item in eadem villa est unus campus, de quo decimam manipularem percipit mensa archiepiscopalis Gneznensis.

MYEDZWNE MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Byalyaczow sita, cuius haeres Msczugius de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas; non tamen cedit annis continuis, sed altero anno percipit illam altera praebenda Sandomiriensis Dwyekoszka. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi militare unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Byalyaczow.

BYALACZOW, villa eadem, quae prior transposita in oppidum, habens in se parochialem ecclesiam muratam, et haeredem Stanislaum de armis Odrowansch, in qua, ut praescripsimus, sunt lanei cmethonales, de quibus perceptio manipularis decimae diversificatur; nam de medietate huiusmodi laneorum percipit uno anno praebenda Dzywkowska aestivalia, altero hyemalia, et valor decimae, quando cedunt aestivalia, aestimatur ad quatuor marcas; anno vero subsequenti altera praebenda Sandomiriensis Dwiekoszka eiusdem medietatis villae decimam percipit, in aestivalibus aut hyemalibus frumentis; tertiam partem tollit cantoria Sandomiriensis. Item tabernae ibi non sunt, item hortulaniae; item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis ecclesiae ibidem in Byalyaczow, et de aliquibus campis, qui quondam erant militares.

WAMBLANY, villa sub parochia ecclesiae de Byalyaczow sita, cuius hâeres Straszius de armis Odrowansch, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas; non tamen cedit annis continuis, sed anno

altero percipit illam altera praebenda Sandomiriensis Dwyekoszka. Item tabernae ibi non sunt, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Byalaczow.

PARCZOW MAIOR, villa sub parochia ecclesiae de Byalyaczow sita, cuius haeres Andreas Parczowsky de armis Odrowansch, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; non tamen cedit annis continuis, sed anno altero percipit illam altera praebenda Dwyekoszka. Item taberna una, item hortulaniae, item praedium non est aliquod in eadem villa militare.

PARCZOW MINOR, villa sub parochia ecclesiae de Petrukoszy sita, cuius haeres idem Petrus Parczowsky, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; non tamen cedit annis continuis, sed anno altero percipit illam altera praebenda Dwyekoszka Sandomiriensis. Item taberna nulla est ibi, item hortulaniae, item praedium ibi militare unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Potrukoszy.

POTRUKOZY, villa habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeres Stanislaus Potrukoszky de armis Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Dziwkowskiey, et ducunt illam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; non tamen cedit annis continuis, sed anno altero percipit eam altera praebenda Sandomiriensis dicta Dwyekoszka. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Potrukoszy. Item praebenda praefata domum in Sandomiria non habet, neque aream.

Item praebenda praefata iuxta antiqua et nova regestra taxata est ad sex marcas.

Vicaria Praebendae Dzywkowskey.

Praebenda Sandomiriensis Dzywkowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam Sandomiriensem, cuius canonicus praebendae Dzywkowskiey unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Nicolaus Wrosz de Jaslyo presbyter, quae pro sua dote et subsistentia habet proventus infrascriptos.

DZIWKOW, villa sub parochia ecclesiae de Goslicze sita, fundus unicus et primarius praebendae Sandomiriensis Dzywkowska, in qua sunt

tres lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit vicario praebendae Dzywkowskiey, cui data est in proprietatem et dotem, pro festo Sancti Martini unam marcam et octo scottos, item duos capones, item triginta ova, item duos caseos; item non tenentur ad aliquos labores aut ducturas, item non solvunt avenam, neque triticum; item non est ibi aliquod praedium vicariale aut militare. Item non est ibi taberna una ecclesiae de Goslicze, habens agros, item est ibi una hortulania Andreae militis de Goslicze habens agros, item omnes agri cmethonales, item agri tabernae, item agri hortulaniae solvunt decimam manipularem episcopo Cracoviensi et mensae eius, et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Praebenda Jaschowska, alias Radoszyczska.

Septima praebenda Sandomiriensis regia duplicem habet nuncupationem, nam et Jaschowska vocatur, propter fundum villae Jaszkow ei annexum, et appellatur etiam Radosziczska, ab oppido Radoschicze, in quo habet suam primariam decimam, quam nunc obtinet Jacobus de Strachoczyn, nobilis de domo Accipitrum, quae ex decimis ecclesiae parochialis in Radoschicze fundata et dotata est, quarum nomina et conditio inferius sequuntur.

Skuczin, villa sub parochia ecclesiae de Lyppa sita, cuius haeres Johannes Gisziczsky, nobilis de domo Goszdawa, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Jaszkowskiey, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Falkow, item hortulaniae, item praedium unicum militare, de quo manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Falkow.

Radoschicze, oppidum habens in se parochialem ecclesiam muratam, ad serenissimum Poloniae regem pertinens, in quo sunt duodecim lanei oppidanorum, de quibus manipularis decima solvitur praebendae Jaschkowskiey, et ducunt illam oppidani in horreum per canonicum locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad decem. Item decimam canapi ex antiquo solvunt, et solvere tenentur per quatuor ligaturas; item est ibi praedium regale, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Radoschicze; item est ibi advocatia, de cuius agris et aliquibus agris novalium solvitur decima manipularis ecclesiae in Oppoczno; Casimirus Secundus Poloniae rex fundando ibi civitatem, de omnibus antiquis agris reliquit decimam praebendae Sandomiriensi, cuius erat; de novis autem

agris impetravit eam pro ecclesia novae fundationis, ibidem ab archiepiscopo Gnesnensi, de quibus non solvitur decima canapi, sed tantummodo de antiquis.

Olschamowicze, villa sub parochia ecclesiae de Czyrnin sita, cuius haeres Johannes Dolanga, nobilis de familia Dolanga, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Jaszkowskiey, et ducunt eam cmethones propriis curribus iu horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad novem marcas. Item tabernae ibidem non sunt. Item hortulaniae duae, item praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Falkow.

Lyppa, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Petrus Lypsky de armis Dolywa, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus manipularis decima et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Jaszkowskiey, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Lyppa; item hortulaniae tres habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Lyppa, item praedium ibi unicum militare; item scoltetus habens unum laneum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Lyppa.

Grodzyska regis, villa sub parochia ecclesiae de Radoschicze sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Jaszkowskiey, et ducunt eam in horreum propriis curribus a canonico locandum, et decima canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi unicum regium, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Radoschicze.

Jakymowicze, villa sub parochia ecclesiae de Lyppa sita, cuius haeredes de armis Accipitrum ...., in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskiey, et propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item taberna item hortulani, item praedia in eadem villa tria militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Lyppa.

Studzenyecz, villa sub parochia ecclesiae de Falkow sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad plebaniam et eius plebanum pro tempore in Falkow, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskey, et propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas, item tabernae non sunt, item hortulaniae duae

habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur praebendae Jaszkowskey. Item praedium non est aliquod in villa praefata.

Skuczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae do Falkow sita, cuius proprietas et dominium ad praebendam et eius praebendarium in Falkow pro tempore pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Sandomiriensi Jaszkowskey, et propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item taberna una, item hortulania una, habentes agros, de quibus decimant pro pracbenda Sandomiriensi in *gonithwam*. Item praedium non est aliquod in villa praefata; item molendinum est, sed non habet agros.

Wylczkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Radoschicze sita, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskey, et per cmethones ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium non est aliquod in villa praefata.

Mlothkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Lyppa sita, cuius haeres Florianus de armis et familia Gelithonum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskiey et propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium unum militare, de quo decima manipularis solvitur pro ecclesia parochiali in Lyppa.

Szyedlecz, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres Albertus Bnynsky de armis Lyodza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskey, et ducitur per cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Jaszkowskey in *gonythwam*, item hortulaniae; item praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Goworzyczow.

Cupymyrz, villa sub parochia ecclesiae de Goworzycow sita, cuius haeres Nicolaus Jaworsky de armis Janina, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskey, et propriis curribus a cmethonibus ducitur in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, hortulani non sunt, praedium non est.

Corythkow, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres Raphael de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales,

de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Jaszkowskey, et per cmethones ducitur in horreum a canonico locandum et eius valor ad unam marcam aestimatur. Item taberna, item hortulani, item praedium unicum militare, de quo manipularis decima solvitur ecclesiae in Goworzyczow. Variatur autem perceptio decimae in villa praefata, nam duas partes percipit episcopus Vladislaviensis, tertiam vero ex campo uno versus Milyakow percipit praebenda Jaszkowska.

Vicaria praebendae Jaschkowskey.

Praebenda Sandomiriensis Jaszkowska alias Radosziczska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in eadem ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus Jaszkowsky pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Martinus de Tluchow presbyter, quae pro sua dote habet villae Jaszkow sortem, quae praedictae praebendae censetur fundus.

Jaszkow, villa sub parochia ecclesiae de Schydlowyecz sita, fundus unicus praebendae Jaszkowskey et dos ac proprietas vicariae eiusdem; in qua dicta vicaria habet duos laneos cmethonales, quorum quilibet solvit vicario pro annuo censu septem florenos; non laborant, non dant ova, neque caseos, neque gallos, neque avenam. Item praefati duo lanei solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem vicariae praefatae Jaszkowskiey, et ducunt eam in horreum a vicario locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; item residuam partem eiusdem villae habet Sethegius Partheka de armis Oxa, sub qua sunt lanei cmethonales, qui dant decimam manipularem episcopo Cracoviensi; item alii dant decimam . . . . ., item praedium ibi unicum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae in Schydlowyecz parochiali, cuius valor aestimatur ad . . . .

Item praebenda praefata Sandomiriensis Jaszkowska, seu Radoszyczska, taxata est iuxta vetera et nova regestra ad octo marcas; item praefata praebenda habet domum propriam et aream canonicatui annexam, in cimenterio in acie, in parte septentrionali, eundo versus S. Petrum sitam, domui vicecustodis contiguam.

Praebenda de annulo reginali.

Praebenda Sandomiriensis de annulo reginali ob id huiusmodi vocabulum et cognomentum sortita est, quoniam nullas habet decimas manipulares aut fertonales, aut praedia, aut villas, sed tantummodo censum ex domibus, vineis et hortulaniis oppidi Sandomiriensis, qui consvetus fuerat reginis aut ducissis Poloniae, quasi pro annulo annis singulis dari. Habet eam nunc

Matthias de Blandów, Decretorum Dr., nobilis de armis Polukozya; hanc Vladislaus Primus dictus Loktek Poloniae rex, et Hedvigis consors sua, filia Boleslai Pii ducis Calischiensis, regina Poloniae, anno Domini 1321. sexto decimo calendas Junii, in decus et memoriam Sanctorum Martyrum Valentini et Georgii in praefata Sandomiriensi ecclesia fundarunt; Vladislaus siquidem rex assignavit eidem praebendae in dotem quatuor marcas in censu annuo, qui debebatur sibi in civitate Sandomiriensi, Hedvigis vero regina inscripsit sibi quatuor marcas annuas, quae debebantur sibi ex theloneo Sandomiriensi, de quo Sandomiriensis ecclesia obtinet privilegium Cracoviae scriptum et sigillo regis et reginae munitum. Item habet praefata praebenda de qualibet domo in civitate Sandomiriensi et in suburbiis suis extra muros, si domus habet unum culmen, unum grossum, si autem domus habet duo culmina, duos grossos annis singulis; item habet de qualibet vinea unum grossum, et si largior fuerit duos grossos. Item habet de quolibet horto unum grossum, item habet de quolibet domo piscatoria unum grossum; aestimatur autem valor huiusmodi census ex domibus, hortis et vineis ad quinque marcas. Item habet praefata praebenda Sandomiriensis unam hortulaniam extra civitatem sub castro, in qua nunc faber residet, qui sui canonici et capituli Sandomiriensis tantummodo et nullius alterius subest iurisdictioni, qui solvit pro censu annuo mediam sexagenam praebendae praefatae. Item praefata praebenda non habet domum, neque aream Sandomiriae inter canonicos.

Item praefata praebenda in annulo iuxta regestra nova et antiqua taxata est ad quatuor marcas.

Vicaria praebendae de annulo reginali.

Praebenda Sandomiriensis de annulo reginali habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus praebendae de annulo unicus est collator et patronus, quam nunc possidet Joannes de Koprzywnica presbyter, quae pro sui dote et subsistentia infrascriptos habet proventus.

Theloneum Sandomiriense.

Est in oppido Sandomiriensi regale theloneum, ad quod solvendum singuli mercatores obligantur, de quo theloneatores et universi, qui illud quomodolibet arendant vel conducunt, tenentur annis singulis solvere quatuor marcas vicariae Sandomiriensi de annulo praefatae, sub poena excommunicationis, in quemlibet theloneatorem pro tempore non solventem, per loci ordinarium, aut eius officiales toties, quoties solvere neglexerunt, ferendae.

Hortus extra muros Sandomiriae in veteri civitate, eundo ad monasterium S. Jacobi, in parte sinistra situs, habens aream iuxta se et aedificium, cum omni proprietate et dominio pertinet ad vicariam canonicatus et praebendae de annulo, et arendatus solvit pro annuo censu vicariae praefatae mediam marcam.

Praebenda Pyekarska.

Praebenda Sandomiriensis Pyekarska, a fundo unico villae Pyekary appellationem sortita est, nullas habens decimas manipulares, aut pecuniales, sed tantummodo censum ex villa Pyekary et ex duobus laboratoribus salis fodinarum in oppido Wyelyczka provenientem; hanc nunc habet Joannes Lyaszoczsky, nobilis de armis Dolyanga.

Pyekary, villa sub parochia ecclesiae de Obraszow sita, cuius dominium diversificatum est; nam praesens praebenda Sandomiriensis Pyekarska habet in ea duos laneos cmethonales pro suo fundo, qui quondam erant praediales, quorum quilibet solvit canonico huius praebendae pro censu annuo duas marcas, item triginta ova, item duos capones, item duos caseos; item non laborant praefati cmethones aliquos labores, nec tenentur ad eos. Item decima manipularis post eosdem duos laneos solvitur vicariae perpetuae huius praebendae Pyekarska et eius vicario pro tempore, item vicaria huius praebendae habet in eadem villa alios duos laneos cmethonales, qui una cum aliis cmethonibus sub canonico degentibus, canonicum huius praebendae in Pyekary venientem semel duntaxat in anno excipiunt, et avena, foeno, cervisia et gallis atque pane procurant; item custodia Sandomiriensis habet ibi quatuor laneos et unam tabernam, item vicecustodia Sandomiriensis habet ibi tres laneos cmethonales, item decima manipularis ex omnibus agris, videlicet custodis, vicecustodis et vicarii cedit archidiaconatui Sandomiriensi praeter laneos canonici, de quibus cedit canonico.

Wyelyczka, oppidum regium prope Cracoviam, habens in se parochialem ecclesiam et montes salis uberrimos, maximos fructus, si bene disponuntur, afferentes; in his montibus habet praesens praebenda Pyekarska duos laboratores privilegiatos, qui suis temporibus in praefatis montibus labores, scindendo et fodiendo montes salis, exercent, quorum quilibet, si canonici adest cura et providentia, annis singulis solvit sex marcas.

Vicaria praebendae Pyekarskey.

Praebenda Sandomiriensis vocata Pyekarska, habet habereque consvevit in ecclesia Sandomiriensi vicariam perpetuam, cuius canonicus

pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc obtinet Thomas de Koprzywnicza presbyter, cuius iuxta atque praebendae tenues sunt proventus, de quibus inferius agemus.

Pyekary, villa sub parochia ecclesiae de Obrzaszow sita, eadem cum illa, quam in superioribus descripsimus, cuius diversificatum est dominium; custos enim Sandomiriensis habet in ea quatuor laneos et unam tabernam, praebenda vero huius vicariae habet in ea duos laneos quondam praediales, nunc cmethonales, praesens vero vicaria habet in ea duos laneos cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu pro festo S. Martini solvit praefatae vicariae unam cum dimidia marcam; item triginta ova, duos capones, duos caseos; item non laborant praefati cmethones aliquos labores, nec tenentur ad eos, item praefati cmethones solvunt decimam manipularem cum aliis cmethonibus custodiae Sandomiriensi, de eorum agris archidiaconatui Sandomiriensi in *gonithwam*, item praefati cmethones vicariales canonicum Sandomiriensem de praebenda Pyekarska cum aliis cmethonibus villae eiusdem ad praebendam Pyekarska pertinentibus, in Pyekary venientem semel in anno excipiunt, et avena, foeno, gallis, cervisia et pane procurant; item praebenda praefata Pyekarska non habet domum, aut aream Sandomiriae inter canonicos.

Item praebenda praefata iuxta omnia regestra taxata est ad quatuor marcas.

Praebenda Dwyekosska.

Praebenda Sandomiriensis Dwyekoszka denominationem suam trahit a villa principali sui fundus, Dwyekoszy, cuius collatio, provisio et quaevis dispositio ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, quam nunc tenet Sbigneus de Oleschnica nobilis de armis Dambno regni Poloniae vicecancellarius, cuius sunt proventus infrascripti.

Dwyekozy, villa iuxta fluvium Lukawa et sub parochia ecclesiae de Gory sita, fundus primarius praebendae Sandomiriensis Dwyekoszka, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit novem scottos, item quatuor choros avenae Sandomiriensis mensurae confertae, item duos gallos, caseos autem non dant, neque ova. Item quilibet de laneo tenetur unam diem in septimana laborare proprio aratro aut curru, item ducturas faciunt, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item sunt ibi quatuor tabernae habentes agros, quarum prima pro annuo censu solvit duas marcas, secunda unam cum dimidia marcam, tertia unam marcam, quarta etiam unam marcam, labores autem septimanales non faciunt.

Item hortulaniae habentes agros, item omnes lanei cmethonales et agri tabernatorum et hortulanorum solvunt decimam manipularem praebendae Dwyekoszka et per quatuor ierugas canapalem, et eam in horreum canonici inducunt et valor eius aestimatur ad sedecim marcas; item omnes cmethones, tabernatores et eorum inquilini tenentur laborare unum diem in frumentis hyemalibus, et alium in aestivalibus, qui vocatur *powaba* seu *pomocz*. Item est in eadem villa curia optima canonici et praedium cum pomeriis et pratis, de cuius agris solvitur decima manipularis vicario praebendae Dwyekoszka; item sunt in eadem villa duo molendina in flumine Lukawa, de quibus omnibus emolumenta frugum percipit praesens praebenda et eius canonicus.

Item notandum et sciendum, quod in praefata villa fuit prisco tempore scoltetia, ad quam pertinebant duo lanei, duae tabernae et duo praefata molendina, quam Abraham de Senno canonicus praefatae praebendae Sandomiriensis et plebanus in Pyotrawin, ab haerede coemit, et universitati vicariorum Sandomiriensi perpetuo inscripsit et incorporavit, vicariosque ad psallendum voce submissa horas, seu cursum Dominae Nostrae Gloriosissimae Virgini Mariae, et ad agendum quotannis suum anniversarium, qualibet videlicet septimana legendo pro anima sua missam defunctorum, obligavit; duplicibus festis et diebus Sabbathis, quibus officium Dominae Nostrae agitur, exceptis, et canonicus huiusmodi scoltetiam tenens, solvit vicariis decem marcas, et decimam manipularem dedit vicariis, post villam iuxta conventionem perpetuam factam cum vicariis per Joannem Tarlo tunc canonicum praefatae praebendae.

Item praefata villa confinat cum villa Slupcza, et per haeredem eius Lucam et Petrum Grothonem de armis Rawitarum in suis gadibus per violentiam constructa, et plurimum depressa, miles quoque insignis...., de Ossolin de armis Bippennium, castellanus Vislicensis, tantummodo egregiae bona villae praedictae, filius enim suus Joannes tunc eandem praebendam obtinebat, a praefato Grothone de Slupcza in curia villae Dwyekozy iniuste occisus est, ob quod scelus ipse Groth annis multis de regno Poloniae fuit exiliatus, et arx sua Conary diruta.

Item confinat cum Slupcza, Rzeczycza, Gory, Msczuyow et praediis civitatis Sandomiriae.

Boszydar, villa sub parochia S. Petri de Sandomiria supra Vislam sita, alter fundus praebendae Dwyekoszkey, pro magna parte in suis campis et pertinentiis a flumine Visla absorpta est, sunt tamen adhuc in ea quatuor lanei cmethonales, et solvit quilibet pro censu mediam marcam, duos choros avenae confertos, item duos gallos, item viginti ova; ad *powabam* etiam tenentur unum diem pro vernis, alium pro hyemalibus frumentis; item

decimam manipularem solvit vicariae huius praebendae Dwyekoszka villa universa, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item non est in ea praedium, non taberna, non hortulania. Item confinat cum villis Dwyekoszy, Slupcza, Sczythniky, item fuit ibi quondam unicum et insigne praedium Demetrii regni Poloniae primum vicethesaurarii deinde marsalci, ex quo se titulabat, quod in Zawichostensi monasterio apud fratres minores sepultus requiescit, sed huius praedii agri a Visla absorpti sunt, hic cum tres filias reliquisset, haereditates suae opulentae in alienas transversae, et natu quidem maiorem Catharinam habuit in coniugio Dobeslaus de Syenno, palatinus Sandomiriensis, alteram Annam Andreas de Thanczyn, castellanus Woiniciensis, tertiam Byeatam Dobrogostius de Schamotuli, castellanus Posnaniensis.

Decimae manipulares.

Byalaczow, villa habens in se ecclesiam parochialem muratam, cuius haeres Stanislaus de armis Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum medietate solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas decima canapalis praebendae Dwyekoszkey non annis continuis, sed alteratis, altero enim de huiusmodi medietate laneorum percipit eam praebenda Dzywkowska Sandomiriensis, neque ex omnibus frumentis, sed uno anno hyemalibus, altero aestivalibus, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur quando percipit hyemalia, ad sex marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Byalyaczow.

Schadow, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres Szusanna, Cristini Magero filia, de armis Rawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Dwyekoszka, non annis continuis sed alteratis, altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dziwkowska et valor eius aestimatur ad quinque marcas, canapalis solvitur per quatuor ierugas et ducitur per cmethones in horreum a canonico locandum. Item tabernae, item hortulani; item praedium militare non est aliquod in eadem villa.

Skronyna, villa sub parochia ecclesiae de Goworzyczow sita, cuius haeres eadem Szusanna, Cristini Magero filia, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Dwyekoszka, non tamen annis continuis sed alteratis, altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dzywkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi unicum

militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Goworzyczow.

Myedzwne, villa sub parochia ecclesiae de Byalyaczow sita, cuius haeres Msczugius de armis Vulpium, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Dwyekoszka, non tamen annis continuis sed alteratis, altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dziwkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Byalyaczow.

Byalaczow, villa iam aliquoties nominata, habens parochialem ecclesiam in se, cuius haeres Stanislaus supra dictus, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum medietate solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Dwyekoszkey, non annis continuis sed alteratis, altero enim anno de huiusmodi medietate laneorum percipit illam praebenda Sandomiriensis Dzywkowska, neque ex omnibus frumentis et campis, sed uno anno hyemalibus, altero aestivalibus; et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur, quando percipit aestivalia, ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Byalyaczow.

Wamblany, villa sub parochia ecclesiae de Byalyaczow sita, cuius haeres Strassius Byalyaczowsky de armis Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Dwyekoszkey, non tamen annis continuis sed alteratis, altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dzywkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi unicum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae in Byalyaczow.

Parczow Maior, villa sub parochia ecclesiae de Byalyaczow sita, cuius haeres Andreas Parczowsky de armis Odrowansch, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Dwyekoszkey, non tamen annis continuis sed alteratis; altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dzywkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item taberna una, item hortulaniae, item praedium militare non est aliquod in eadem villa.

Parczow Minor, villa sub parochia ecclesiae de Pyotrukozy sita,

cuius haeres idem Andreas Parczowsky; in qua sunt lanei tres cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Dwyekoszkey, non tamen annis continuis sed alteratis, altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dzywkowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item tabernae non sunt; item hortulaniae, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Potrukoszy.

Potrukozy, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Stanislaus Potrukoszky de armis Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Dwyekoszkey, non tamen annis continuis sed alteratis, altero enim anno percipit illam praebenda Sandomiriensis Dzwykowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae ibidem in Potrukozy; item praebenda praefata Dwyekoszka habet Sandomiriae in coemeterio domum bonam et aream sacristiae confrontatam.

Item praebenda praefata iuxta antiqua et nova regestra taxata est ad duodecim marcas.

Vicaria Praebendaè Dwyekoskey.

Sandomiriensis praebenda Dwyekoszka habet habereque consvevit perpetuam vicariam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus Dwyekoszky pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc obtinet Nicolaus de Chodczya presbyter, dictus Nadzey, quae pro sui subsistentia atque dote habet decimas et introitus infrascriptas, quarum descriptionem subnectimus.

Dwyekozy, villa sub parochia de Gory sita, cuius proprietas et dominium ad canonicum praebendae Dwyekoszkey pertinet, ut in superioribus descripsimus, in qua est praedium bonum canonici, de cuius agris solvitur decima manipularis vicariae Sandomiriensi Dwyekoszkey et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item decima manipularis post laneos et agros cmethonales et alios agros eiusdem villae, solvitur pro praebenda Dwyekoszka.

Bozydar, villa sub parochia ecclesiae Sancti Petri de Sandomiria supra Vislam sita, ad proprietatem et dominium praebendae Sandomiriensis Dwyekoszkey, ut in superioribus scripsimus, pertinens, quae etsi ab alluvione Vislae in suis campis pro magna parte absorpta, remanent

tamen adhuc in ea quatuor lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur vicariae Dwyekoszkey, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est in ea praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Prussy, villa sub parochia ecclesiae de Przibislawicze, cuius haeres Joannes Grad de armis Rawa, in qua sunt quatuor campi alias *niwy*, circumferentialiter fossatis, quatenus dignoscerentur, et occupari truncarique non possent, distincti, item unum pratum, pertinentia ad vicariam praefatam Dwyekoszka perpetuo, quae arendata solvunt vicariae praefatae pro annuo censu unam marcam.

Theloneum Sandomiriense.

Item vicaria praefata Dwyekoszka habet in theloneo regio Sandomiriensi decimam hebdomadam in anno provenientem, in qua omne theloneum, quantumque magnum et crassum, praefatae cedit vicariae, quod arendare vicarius consvevit pro integro anno, quinque videlicet, interdum sex hebdomadis, pro sex marcis. Item quilibet vicarius pro tempore vicariae praefatae, tenetur ad praedicandum in ecclesia Sandomiriensi in quatuor festivitatibus, videlicet in die Natalis Domini in die Epiphaniarum, in die Paschae et in die Assumptionis Sanctae Mariae, per se vel per alium idoneum, et ratione illius praedicationis et laboris, percipit in illis tantummodo quatuor diebus quartam partem omnium oblationum ecclesiae Sandomiriensis. Item gerit curam animarum omnium scholarium ecclesiae Sandomiriensis, audiendo confessiones et procurando illos divinissimo Eucharistiae viatico, et propterea vulgato nomine appellatur plebanus scholae alias *Skolny Pleban.*

Praebenda Krzczonowska.

Praebenda Sandomiriensis Krzconowska denominationem suam accepit a principali decima sua in Krzczonowicze, cuius collatio, provisio et quaevis dispositio, ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, quam nunc tenet Stanislaus Czayka de Nowy Dwor, nobilis de domo Dambno, cuius sunt decimae infrascriptae et proventus.

Krzczonowycze, villa sub parochia ecclesiae de Schydlowyecz, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quorum octo solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae . . . ., et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad

decem, interdum ad duodecim marcas. Item de aliis octo laneis cmethonalibus percipit decimam manipularem ecclesia parochialis in Sidlowyecz. Haeredes huius villae sunt Nicolaus Czayka de armis Dambno, Nicolaus Slysz de armis Habdank et Bogdan Krampsky de armis Janina. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Schydlowiecz.

Brzeszye, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeredes Clemens, Joannes, Wilhelmus, de armis Oxa, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Sandomiriensi Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad sedecim marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi unicum militare de quo decimatur ecclesiae et plebano in Pkanow.

Lypowa, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeredes Domarath de Podolye de armis Grzymalya, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium unicum, de quo decima manipularis ecclesiae in Pkanow solvitur. Item ecclesia et plebanus de Pkanow habet in eadem villa duos proprios et distinctos laneos et unam tabernam habentem agros, de quibus ipsa ecclesia in Pkanow tollit decimam manipularem.

Podolye, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeres idem Domarath de Podolye, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per sex ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad unam sexagenam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Trambanow, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeres Nicolaus Przeiuszky de armis Szulima, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per sex ierugas canapalis praebendae Krzczonowskiey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item tabernae . . . ., item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris decimam manipularem percipit ecclesia in Pkanow.

Przeyuschyn, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeres idem Nicolaus Przeiuszky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decimae perceptio diversificatur; nam de laneo tollit eam praesens praebenda Krzconowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam, de aliis autem laneis tollit

eam episcopus Cracoviensis. Item tabernae . . ., item hortulani . . ., item praedia . . .

Circa Opoczno decimae manipulares Canonicatus Sandomiriensis Jasszkowska.

Januschowycze, villa sub parochia de Oppoczno sita, cuius haeres et dominus serenissimus Poloniae rex, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor, interdum ad quinque aut sex marcas. Item tabernae in villa huiusmodi non sunt; item hortulani sunt in villa praefata, sed non habent agros, item praedium unicum regium, de quo decima manipularis datur ecclesiae parochiali in Brudzowicze.

Dambrowka, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeres Zawisza de armis Owad, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis praebendae Krzconowskiey, cuius valor aestimatur ad unam sexagenam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium unum, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Skorkowicze.

Slawno, villa habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeredes Joannes, Nicolaus et Petrus fratres, de armis Drzewicza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzconowskiey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae tres habentes agros ex curia largitos, de quibus solvunt decimam manipularem ecclesiae in Slawno, item hortulani sunt, sed non habent agros, item praedium duplex, et de quolibet datur decima manipularis ecclesiae in Slawno.

Groszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Slawno sita, cuius haeres Petrus Kothuszowski Groszowsky de armis Serpentum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad duas, aliquando ad quatuor marcas. Item tabernae non sunt in villa praefata; item hortulani sunt, sed non habent agros, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Slawno.

Wygnanow, villa sub parochia ecclesiae d[illegible] cuius haeredes praefati Johannes, Nicolaus et P[illegible]

sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres, aliquando ad quatuor marcas. Item tabernae ibi non sunt, item hortulaniae non sunt, praedium non est aliquod ibi militare.

Koszynyn, villa sub parochia ecclesiae de Slawno sita, cuius haeredes dicti Pirogowye de armis . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae, hortulani, praedium.

Schewczycze, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeredes Johannes Jaszensky, Szewczyczscy, de armis et familia Rosae, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Skorkowicze.

Rosznek, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeres Nicolaus Krzathkowsky de armis et domo Flammarum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis solvitur praebendae Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad mediam marcam, aliquando ad unam, aliquando ad duas marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium ibi unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Skorkowicze.

Sthara, villa sub parochia ecclesiae de Skorkowicze sita, cuius haeres Zawyszya Starsky de armis Taurorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzczonowskiey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Variatur autem eius perceptio, nam scholastria Sandomiriensis percipit de . . . ., praebenda vero praesens percipit eam de laneis . . . Item hortulani, item praedium unicum militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Skorkowicze, de aliquibus vero percipit eam ecclesia in Zarnow.

Czechomyn, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius haeres . . . de armis . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Krzczonowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae, item hortulani, item praedium . . .;

item praefata praebenda Krzczonowska non habet domum, neque aream in Sandomiria.

Item praefata praebenda Krzconowska iuxta antiqua et nova regestra taxata est ad sedecim marcas.

Vicaria Praebendae Krzczonowskey.

Praebenda Sandomiriensis Krzczonowska habet habereque consvevit in ecclesia Sandomiriensi perpetuam vicariam, cuius canonicus praefatae praebendae Krzconowskiey, pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Johannes Lyaszaka presbyter, quae pro sua dote atque proprietate unicam habet decimam manipularem in Rosochi.

Rossochy, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeres Jacobus de Konieczpolye de armis Pobodzye, in qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item duae hortulaniae non habentes agros, de quibus perceptio decimae diversificatur; nam duas partes decimae tollit praesens vicaria in campis et agris versus Gedczicze et Sandomiriam, et etiam in agris versus villam Brzesze, usque ad viam, quae ducit in Oppathow, et etiam in agris versus villam Pkanow, post sepem, usque ad convallem, et ducitur per cmethones in horreum a vicario locandum et valor aestimatur eius ad decem marcas; tertiam autem partem et minorem tollit ecclesia in Pkanow in agris, incipiendo a convalle usque ad ecclesiam in Pkanow. Item decima canapalis per sex ierugas solvitur, sed varie; nam si semen canapi seminatur in agris decimam manipularem vicariae reddentibus, tollit et cedit etiam sibi decima canapi; si autem in agris decimam manipularem ecclesiae in Pkanow reddentibus, cedit decima canapi plebano. Item praedium ibi militare unicum, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Pkanow, eo quod ecclesia in Pkanow creditur esse sita in haereditate villae Rossochy.

Praebenda Mydlowska.

Praebenda Sandomiriensis Mydlowska, denominationem suam accepit a sua principali decima, quam habet in villa militari Midlow, cuius collatio, provisio et quaevis dispositio ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, quam nunc tenet Stanislaus de Woyczicze, Decretorum Dr, nobilis de armis Schyeligi, cuius sunt decimae infrascriptae.

Mydlow, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, honori et titulo Beatae Mariae Virginis Assumptioni dicatam, cuius haeredes Joannes de Oleschnica de armis Dambno, Petrus Gramatica et Nicolaus

Ozyablowsky de armis Ostoya, in qua sunt septem lanei cmethonales, duae tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Mydlowskey, et ducunt eam incolae ad horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas. Sunt tamen inter laneos cmethonales aliquae pecies agrorum vocata *niwy*, quae olim erant militares, videlicet de duobus campis quatuor laneorum, in quibus nunc quatuor cmethones resident, videlicet: Okun, Johannes Wyexa, item Rasszek, item Stanislaus Zila, de quibus datur decima ecclesiae in Mydlow. Item duae hortulaniae habentes agros, de quibus partim decimatur canonico, partim plebano. Molendinum non est. Item duae curiae et duo praedia militaria, ex quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Mydlow; item scoltetia, de cuius duobus campis pro ecclesia in Midlow, de tertio pro praebenda Sandomiriensi Mydlowska.

Mydlowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Mydlow sita, cuius haeredes Nicolaus Chrosczel, Stephanus, Petrus et Joannes dicti Tucznyowye, omnes de armis Ostoya, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Mydlowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Sunt etiam inter laneos cmethonales et agros hortulaniarum aliquae pecies agrorum vocatae *nywae*, quae olim erant militares, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae in Mydlow. Molendinum non est. Item sunt ibi tres curiae et tria praedia militaria, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Mydlow.

Krampa, villa sub parochia ecclesiae de Mydlow sita, cuius haeredes Stanislaus, Nicolaus Kozak, Petrus Grammatica, Nicolaus Chrosczel, Stephanus, Petrus et Johannes dicti Tucznyowye, omnes de armis Ostoya, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur et per quatuor ierugas canapalis praebendae Mydlowskey, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas. Item sunt ibi tres curiae et praedia tria militaria, de quibus decimam manipularem partim tollit canonicus, partim plebanus Mydloviensis; item ibi unum molendinum habens agros, quod solvit decimam manipularem ecclesiae in Mydlow.

Placzkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Mydlow sita, cuius haeres Nicolaus Placzkowsky de armis Srzenyawa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas

canapalis, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas. Item tabernae ...., item hortulani ...., item unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Mydlow.

Vicaria praebendae Mydlowskey.

Praebenda Sandomiriensis Mydlowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Sandomiriensi, cuius canonicus praebendae Mydloviensis pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Johannes Czelątko de Kostrzyn presbyter, quae pro sua dote et proprietate habet decimas infrascriptas.

Suburbium circa S. Paulum.

Sandomiriensis oppidi suburbium circa S. Paulum in antiquo oppido Sandomiriensi et sub parochia ecclesiae eiusdem S. Pauli situm est, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in quo sunt agri notabiles et uberes, ad quatuor aut quinque laneorum amplitudinem iuxta aestimationem se extendentes, de quibus solvitur tantummodo manipularis decima vicariae canonicatus Mydlowskey, et ducunt eam suburbani praefati in horreum a vicario locandum et valor eius aestimatur ad sex aut septem marcas, aliquando ad decem. Item praefati agri decimam manipularem non solvunt, item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae.

Ostrow, villa sub parochia ecclesiae de Trzesznya sita, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Wanhocensem pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales largi, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis vicariae praefatae, et aestimatur valor eius ad duas marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Suburbium Markuschowske.

Sandomiriensis oppidi suburbium, quod communi appellatione ad differentiam aliorum vocatur Markuschowske, sub parochia ecclesiae de S. Petro in Sandomiria situm est, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in quo sunt agri notabiles et uberes, ad quinque aut sex laneorum amplitudinem se extendentes, iuxta aestimationem, de quibus solvitur manipularis duntaxat decima vicariae canonicatus Mydlowskiey, et ducunt eam suburbani praefati in horreum a vicario locandum et valor aestimatur eius ad septem aut octo marcas. Item praefati agri decimam canapalem non solvunt, item

non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae; item praefata praebenda Mydlowska non habet domum, neque aream in Sandomiria circa ecclesiam.

Item praefata praebenda Midlowska iuxta regestra nova et vetera taxata est ad decem marcas.

Vicecustodia Sandomiriensis.

Est in ecclesia Sandomiriensi vicecustodia perpetua, magis officium redolens, quam personatum; ecclesiae enim Sandomiriensis cumnilia habet vicecustos Sandomiriensis pro tempore in sua potestate, regimine et custodia; item et sanctuarios in sua gubernatione et disciplina habere debet, almuciatus quoque incedere, vocem in capitulo habere non ut praelatus, aut canonicus, sed ut notarius capitularis, sed et horas nocturnas et diurnas, caeteraque ecclesiastica officia cum caeteris vicariis per se, vel per alium explere, vinum et panes azimatos pro universa ecclesia Sandomiriensi administrare consvevit. Provisio autem, collatio, et quaevis praefatae vicecustodiae dispositio ad capitulum tantummodo Sandomiriense spectat et pertinet pleno, quod tenetur ad officium huiusmodi virum probatum eligere, et loci ordinario instituendum praesentare, is nunc est Andreas de Mloszowa, vicecustodiae autem praefatae proventus sunt infrascripti.

Zarzykowycze, villa sub parochia ecclesiae de Trzesnya, et in ripa fluminis Vislae sita, utramque retinens ripam, cuius proprietas et dominium plenarie ad vicecustodiam Sandomiriensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu solvit vicecustodi octo scottos, triginta ova et duos gallos; caseos non solvunt, neque avenam. Item in eadem villa est praedium speciale vicecustodis, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam solus percipit et in horreum suum inducit; item agri cmethonum in solutione decimae manipularis diversificati sunt, nam de agris iacentibus versus villam Trzesznya percipit illam ecclesia parochialis in Trzesnya, de agris vero circa villam Zarzykowicze sitis, percipit illam vicepraepositura Sandomiriensis; item confinat cum Trzesznya, Wyelyawies et Nabrzesze, et ubique signa.

Pyekary, villa sub parochia ecclesiae de Obraszow sita, cuius dominium diversificatum est, nam custodia Sandomiriensis habet in ea quatuor laneos et unam tabernam; praebenda Sandomiriensis dicta Pyekarska habet in ea duos laneos cmethonales, qui quondam erant praediales, et vicaria eiusdem praebendae Sandomiriensis Pyekarska habet in ea duos cmethonales, praesens autem vicecustodia Sandomiriensis habet in ea tres laneos cmethonales, a laneis custodis, canonici et vicarii distinctos, quos olim Theodoricus vicecustos et plebanus in Sczeglicze propriis sumptibus apud

sanctimoniales Sancti Andreae de Cracovia coemens, vicecustodiae appropriavit, quorum quilibet pro censu annuo solvit vicecustodiae unam marcam cum media, nullos labores faciendo, et decimam manipularem archidiaconatui Sandomiriensi ....

SWYANTHNIKY, villa sub parochia ecclesiae de Obraszow, cuius inhabitatores ad ecclesiam pertinentes, servientes in ea ministerio die ac nocte, in qua est una taberna habens agros ad vicecustodiam pertinentes, quae pro annuo censu solvit unam marcam.

MANKOSZYN, villa sub parochia ecclesiae ad S. Petrum in Sandomiria sita, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, in qua sunt tres lanei cmethonales ex una parte Vislae, item agri praediales curiae regalis, usque ad granicies villae Rzeczicza protensi, de quibus omnibus solvitur decima manipularis eidem vicecustodiae Sandomiriensi et per cmethones non ducitur, sed per proprios currus vicecustodis in horreum a vicecustode locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor aliquando ad sex marcas; decimam canapi non solvunt.

SANDOMIRIA. In oppido regio Sandomiriensi agri advocati Sandomiriensis, progressum habentes a vinea vicecustodis Sandomiriensis usque ad stratam publicam ducentem in Oppathow; item ex omnibus agris praedialibus senioris Tylman, in quos filius suus Johannes pro medietate, et Hincza aurifaber pro altera medietate successerunt, percipit decimam manipularem vicecustos, et propriis eam ex antiquo abusu conducit curribus et valor aestimatus eius ad duas marcas; decimam canapi agri praefati non solvunt.

VINEA, circa oppidum Sandomiriense circa coemeterium, sive sepulturam Iudaeorum ab una, et inter agros advocati Sandomiriensis sita, dicta Kawyary, ad proprietatem vicecustodiae pertinens, libera cum suis incolis ab omni dacia, labore et tributo, tam regali quam civili, occasione cuius vicecustos ecclesiam Sandomiriensem in vino tenetur administrare.

Item eadem vicecustodia habet domum et aream optimam perpetuam areae custodis et praebendae Radoszyczska intermediam.

Item praefata vicecustodia taxata est ad duas marcas iuxta omnia regestra.

Altare Sancti Laurentii.

Altare S. Laurentii in ecclesia Sandomiriensi situm, habet propriam capellam contiguam choro a parte meridionali, quae iam in sortem mansionariorum translata est, quis autem altaris huiusmodi fuerit fundator et dotator,

ad liquidum dignosci non potest, privilegio fundationis amisso, coniecturor tamen, illius fundatorem fuisse Bodzantham episcopum Cracoviensem, qui iuxta atque in altaris S. Martini in ecclesia Cracoviensi fundationem altaristam praesentem ad solariandum vicarios pro cantu missae roratae in adventu, una cum dimidia marca obligavit; eius nunc altarista est Stanislaus de Swyradzicze, canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Zabawa, dotis autem eius tres sunt decimae infrascriptae.

Chotkow, villa sub parochia ecclesiae de Lunyow sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de S. Andrea in Cracovia pertinet, in qua agri hinc inde sparsi, sunt ad sex aut ad octo laneos aestimati. Item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis altari et per cmethones ducitur in horreum ab altarista locandum et canapalem per sex ierugas; et valor aestimatur eius ad novem, aliquando ad decem marcas. Item taberna una ibi habens agros, de quibus decima pro altari, item praedium unicum sanctimonialium est in eadem villa, de cuius agris aliquibus solvitur decima manipularis altari, de aliquibus vero solae moniales percipiunt et in horreum suum inducunt.

Myedzigorze, villa sub parochia ecclesiae de Malicze sita, cuius haeres Johannes Myedzygorsky, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales. Item tabernae . . . Item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per sex ierugas canapalis et per cmethones ducitur in horreum ab altarista locandum et aestimatur eius valor ad octo marcas; item est ibi molendinum, sed non habet agros, item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris aliquibus solvitur decima manipularis altari S. Laurentii, de aliquibus vero ecclesiae parochiali in Malicze.

Rzeczycza Szucha, villa sub parochia ecclesiae de S. Paulo extra muros Sandomirienses sita, in qua consistunt praedia oppidanorum de Sandomiria ad quinque laneos aestimata, de quibus solvitur decima manipularis altari S. Laurentii et valor eius aestimatur ad quatuor aliquando ad quinque marcas. Item incolae praedictorum praediorum ex veteri abusu non ducunt decimam in horreum altaristae, sed solus altarista eam conducit proprio sumptu, item non solvunt decimam canapi.

Rzeczycza Mocra, villa sub parochia ecclesiae de S. Paulo in Antiqua Sandomiria sita, cuius haeredes Andreas Osszka de domo Rawitarum et Thomas Pyeczimucha de domo Szulima, huius autem villae perceptio diversificatur; nam agri praediales omnes Thomae Pyeczimucha solvunt decimam ecclesiae S. Pauli, agri vero cmethonales praefati Pyeczimucha omnes solvunt decimam altari; item agri praediales Andreae Osszka et suorum cmethonum pro medietate solvunt altari, et pro medietate

ecclesiae S. Pauli, et ducunt eam in horreum ab altarista locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas; canapum non dant. Item altarista altaris praefati oneratus est ad solvendum unam cum media marcas universitati vicariorum Sandomiriensium pro cantu missae roratae, quem faciunt in adventu Domini.

Item altare praefatum iuxta omnia regestra taxatum est ad decem marcas, item altarista oneratus est ad legendum in altari praefato.

Item ius patronatus praefati altaris vendicavit sibi episcopus Cracoviensis, licet asseratur ad praesentationem Sandomiriensis capituli pertinere.

Ecclesiae Sandomiriensis villae, decimae et proventus in communi.

Pro cultus divini et sua ministratione, subsistentiaque habet ecclesia Sandomiriensis duas villas in communi per reges et principes regni Poloniae priores eidem donatas, quarum proventus in refectionem et restaurationem ecclesiae, et in coemptionem olei, cerae, et carbonum atque thuris caeterarumque necessitatum ecclesiae converti solent, quas unus ex praelatis aut canonicis ecclesiae per capitulum Sandomiriense eligendus, regere et procurare consvevit, quarum nomina et positionem describemus.

Villae.

Opoka, villa sub parochia ecclesiae de Szwyechow sita, et supra ripam fluminis Visla, quae Minor Oppoka appellari consvevit, cuius proprietas et dominium ad capitulum Sandomiriense pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet solvit capitulo pro annuo censu mediam marcam, duos gallos, triginta ova, duos caseos, et quilibet unam diem in hebdomada proprio curru aut aratro laborare tenetur. Item ibi una taberna habens agros, quae pro censu solvit unam marcam; item ibi navigium in Visla, de quo communiter solvuntur quinque marcae; hortulaniae ibi non sunt. Item est ibi praedium capitulare, de cuius agris capitulum nulli dat decimam, sed eam pro se tollit et in suum horreum inducit, item cmethones de suis laneis solvunt decimam manipularem episcopo Cracoviensi; item villa praefata confinat cum Jakubowicze, Maiori Oppoka et Rachow.

Zabno, villa sub parochia ecclesiae de Wrzawy sita, cuius proprietas et dominium ad capitulum Sandomiriense pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet solvit capitulo pro annuo censu mediam marcam, triginta ova, duos caseos, duos gallos, et quilibet in hebdomada

unum diem proprio curru aut aratro tenetur laborare. Item sunt ibi tres hortulani habentes agros, quorum quilibet solvit pro annuo censu fertonem et unum diem in septimana pedester laborat, item taberna; item inter praefatos quatuor laneos sunt duo lanei habentes mellificia, qui solvunt capitulo unam urnam mellis; item est in eadem villa praedium capitulare, cuius agri nulli solvunt decimam, sed eam capitulum percipit et in horreum suum inducit. Item cmethones et hortulani de suis agris solvunt decimam manipularem capitulo Sandomiriensi et ducunt eam propriis curribus in horreum capitulare, cuius valor aestimatur ad quinque marcas; item confinat villa praefata cum Wrzawy, Pnyowy et Jaszkowicze, item est in villa eadem lacus optimus, quia flumine Szan foecundatur piscibus.

Theloneum Sandomiriense.

Defectum magnum luminarium in ecclesia Sandomiriensi Vladislaus Secundus Poloniae rex, suppleturus, donavit eidem ecclesiae Sandomiriensi donatione perpetua quatuor lapides cerae in theloneo suo regali Sandomiriensi, obligans theloneatores ad solvendum in quibuslibet quatuor temporibus unum cerae purae lapidem, sub censuris, quos quatuor lapides ecclesia Sandomiriensis percipit ex theloneo praedicto.

Decimae manipulares.

Beatae memoriae Thomas primus dictus Strzampinsky, Cracoviensis episcopus, legavit testamentaliter et donavit Sandomiriensi ecclesiae mille quingentos Hungaricales florenos, quos Joannes senior Dlugosch canonicus tunc Sandomiriensis, distractionem eorum veritus, de consensu aliorum praelatorum et canonicorum Sandomiriensium Joanni Gruszczynsky, Gneznensi archiepiscopo, in ecclesiae Gneznensis necessitates concessit, et donationem novem decimarum manipularium mensae archiepiscopalis in districtu Langonicensi de consensu capituli Gneznensis perpetuo, de quo habet ecclesia Sandomiriensis optima munimenta et litteras praefati archiepiscopi et capituli Gneznensis, factam, ab eo obtinuit; eoque modo Sandomiriensis ecclesia in ius et possessionem praefatarum decimarum devenit, quarum conditiones describere pergo.

Pothworow, villa, propriam parochialem ecclesiam habens in se, cuius haeredes Paulus Potworowsky, nobilis de armis Polukozya, et Jacobus de Rzeszethkowa Wola, nobilis de armis Cygnorum, in qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones

in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad quindecim, aliquando ad sedecim marcas. Item tabernae sex, sed non habent agros, item hortulaniae duae, sed non habent agros, item praedium est ibi unicum militare Pauli Potworowsky, quod solvit decimam manipularem ecclesiae in Potworow.

Dlugye, villa in dioecesi Gneznensi sub parochia ecclesiae de Potworow sita, cuius haeredes Slawyecz et Paulus, nobiles de armis Polukosza, in qua sunt decem et novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor aestimatur eius ad septem aliquando ad octo, aliquando ad decem marcas. Item tabernae non sunt in eadem villa aliquae, item hortulaniae duae sunt, sed non habent agros, item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Potworow.

Pothworowska Wolya, alias Kozyakaley, villa in dioecesi Gneznensi sub parochia ecclesiae de Potworow sita, cuius haeredes Jacobus Labącz cum fratribus, nobilis de armis Cygnorum, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae non sunt aliquae, hortulaniae etiam non sunt, item non est aliquod praedium militare in villa praedicta, de cuius agris solveretur decima manipularis ecclesiae parochiali in Pothworow.

Dlusga Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Pothworow in dioecesi Gneznensi sita, cuius haeres Andreas Dluszky, nobilis de armis Polukoza, in qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum, cuius valor ad tres marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item est ibi praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Pothworow.

Kaschow, villa in Gneznensi dioecesi, parochialem ecclesiam ligneam sub titulo S. Johannis Baptistae habens, fundatam et dotatam per Jaszkonem Kaschowsky militem de armis Janina, cuius haeres Johannes Derslai filius, et nepos Jaschkonis praefati fundatoris, in qua sunt sedecim cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad duodecim, aliquando ad decem et octo marcas,

Item tabernae sunt ibi sex, una haeredis, quinque plebani, sed non habent agros, nisi per plebanum datos; item hortulaniae duae sunt in villa praefata, quibus ex praedio agri aliquando largiuntur, item est ibi unicum praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Kaschow.

Kaschowska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Kaschow et in Gneznensi dioecesi sita, cuius haeres praefatus Johannes Kaschowsky de armis Janina, in qua sunt viginti unus lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et tenentur eam ducere cmethones propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad sedecim, aliquando ad viginti marcas. Item tabernae non sunt in villa praefata, item hortulaniae non sunt, item praedium non est ibi aliquod militare.

Guthow, villa in Gneznensi dioecesi sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita, cuius haeres Johannes Guthowsky, nobilis de armis Polukosza, in qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et cmethones tenentur eam ducere propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor eius ad duodecim, aliquando ad viginti marcas aestimatur. Item tabernae decem habentes agros, et solvunt decimam in *gonithwam*, item hortulaniae tres, et solvunt decimam in *gonithwam*, item praedium est ibi unicum, cuius agri solvunt decimam manipularem ecclesiae in Jankowicze.

Guthowska Wolya, villa in Gneznensi dioecesi sub parochia ecclesiae de Jankowicze sita, cuius haeres Johannes Zaszada, nobilis de armis Polukosza, in qua decem et octo lanei cum medio cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae Sandomiriensi et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor eius aestimatur ad duodecim, aliquando ad decem et octo marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, molendinum est, item praedium unum militare, de quo decima solvitur ecclesiae parochiali in Jankowicze; in hac villa de sedecim laneis cmethonalibus, quos Johannes Guthowsky haeres, depositis cmethonibus, pro praedio colit, Nicolaus plebanus in Jankowicze capit decimam.

Czarnoczyn, villa in Gneznensi dioecesi sub parochia ecclesiae de Bukowno sita, cuius haeres Groth Nowomyeszczky palatinus Ravensis, nobilis de domo Rawa, in qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis ecclesiae Sandomiriensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab ecclesia Sandomiriensi locandum et valor aestimatur eius ad quatuor marcas, aliquando ad quinque. Item tabernae non sunt aliquae in

villa praefata, item hortulaniae in eadem villa quatuor sunt, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et eius plebano in Bukowno.

Collegium Mansionariorum ecclesiae Sandomiriensis.

Nonnulli amore et devotione in deum ferventes viri, praemium sibi et retributionem aeternam comparaturi, collegium mansionariorum Sandomiriensis ecclesiae, in decus et gloriam Virgini Sanctissimae Mariae Dominae nostrae, psalmodiam in horis diurnis et nocturnis expleturum constituere, et perpetua fundatione erigere magnopere conati sunt, inter quos primarius fuit magister Nicolaus Peyszer, Sacrae Theologiae professor, archidiaconus Sandomiriensis, qui apud Dobrogoscium de Schamotuly, castellanum Posnaniensem, datis illi ducentis octuaginta marcis latorum grossorum, decem et octo marcas annui census latorum grossorum perpetuo, sub specie tamen reemptionis in villis suis haereditariis in Maiori Polonia inscriptas. Item apud Nicolaum Tomyczsky super villa Gywno inscriptas, datis triginta marcis latorum grossorum, duas marcas coemerat, annisque multis ex censibus huiusmodi sustentata, Petro Rog de Gwyaszdowo vicepraeposito Sandomiriensi, calices, ornatus, libros et alios apparatus officio et ministris largiente, res divina et iubilatio in capella ecclesiae ad meridiem contigua procedebat. Perierat tandem, et in totum absorpta erat, dum Hincza de Rogow, castellanus Sandomiriensis, pecunia capitali ducentarum et octuaginta marcarum latorum grossorum a Dobrogostio de Schamotuly accepta, et censu decem et octo marcarum latorum grossorum in se, et villam suam Rogow translato et inscripto, villam ipsam Rogow aliis onere census suppresso, vendidit; et contractum a se cum ecclesia Sandomiriensi celebratum, penitus extinxit et evacuavit. Quod Johannes Dlugosch senior, tunc canonicus Sandomiriensis non ferens, traxit illum in iudicium et capitali summa ab eo iuridice repetita, sexingentis marcis adiunctis, duas villas Okalyna et Goyczow pro mille marcis emit pro mansionariis, et praebendam suam S. Adalberti extra muros Sandomirienses, et altare S. Hedvigis contentato altarista mansionariis incorporari procuravit, atque ex his corpus mansionariae contexuit; praebendae autem S. Adalberti haec quondam fuerunt, et quae nunc sunt mansionariorum manipularis decimae; fundatio autem mansionariorum Sandomiriensium facta est per Johannem Luthkonis episcopum Cracoviensem, ad instantiam praefati Johannis Dlugosch, anno Domini 1470.

Decimae manipulares Mansionariorum.

JAGNYN, villa sub parochia ecclesiae de Strzeszowicze sita, cuius haeres Nicolaus Zyrniczsky de armis Rosarum, in qua sunt octo lanei cmethonales, inclusis praedialibus, quoniam praediales ex cmethonibus depositis sumpti sunt; item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis mansionariis Sandomiriensibus, et ducunt eam cmethones in horreum a mansionariis locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae ibi aliquae non sunt; item sunt ibi duae curiae militares, sed ambae de praediis decimant mansionariis; erat enim villa Jagnin monasterii Sanctae Crucis Calvi Montis, sed Matthias abbas cambivit eam pro villa . . .

POKRZYWIANKA, villa sub parochia ecclesiae de Olbiyrzowicze sita, cuius haeres Andreas Ossolinsky de armis Bippennium, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae manipularis variatur, nam ex agris, qui sunt ex illa parte fluminis Koprzywyanka versus Sandomiriam et Beradz, percipiunt decimam mansionarii Sandomirienses, et canapalem per quatuor ierugas et ducunt eam cmethones in horreum a mansionariis locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas; ex agris versus Olbiyrzowicze sitis, cedit decima ecclesiae parochiali in Olbyerzowicze. Item est ibi una taberna habens agros, item hortulaniae habentes agros, de quibus in quarta parte cedit mansionariis decima, in tribus vero ecclesiae de Olbiyrzowicze; item non est ibi aliqua curia militaris neque praedium.

NAWODZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Olbyerzowycze sita, cuius haeredes Paulus Derslaus cum fratribus de Sborzenna, de armis Cygnorum, item Johannes Doluszky de armis . . . ., item Nicolaus Trzebyensky de armis Srzeniawa, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item molendinator unus, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis mansionariis Sandomiriensibus et per cmethones ducitur in horreum a mansionariis locandum, et valor aestimatur eius ad quindecim marcas. Item sunt ibi tria praedia militaria, item tredecim tabernae habentes aliquas pecies agrorum, item quatuor hortulaniae, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Olbyerzowicze pro uno anno, et pro altero anno datur pro ecclesia et plebano in Kyelczina; item tabernae tredecim, hortulaniae quatuor.

RYBNYCZA, villa sub parochia ecclesiae de Sulislawicze sita, cuius haeredes Derslaus cum fratribus de Sborzenna de armis Cygnorum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item unus molendinator habens agros,

item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis mansionariis Sandomiriensibus, et ducunt eam cmethones in horreum a mansionariis locandum et eius valor ad duas marcas aestimatur. Item non est ibi taberna, non est ibi aliqua curia militaris, neque praedium.

Krolewycze, villa sub parochia ecclesiae de Szulislawicze sita, cuius proprietas et dominium spectat ad monasterium et sanctimoniales Sancti Andreae de Cracovia, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, qui hortulaniae appellantur, de quibus perceptio decimae manipularis diversificatur; nam ex agris sitis ultra fluvium Koprzywyanka versus Gieraszowicze et de extremitatibus percipiunt illam mansionarii Sandomirienses, et ducunt eam cmethones in horreum a mansionariis locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas; de aliis autem agris percipit illam ecclesia parochialis in Szulislawicze. Item est ibi taberna una habens agros. Item decima canapalis tota cedit ecclesiae parochiali in Szulislawicze; item non est ibi curia aliqua coenobialis.

Geraschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Szulislawicze sita, cuius haeredes Derslaus cum fratribus de Sborzenna et . . . . Doluszky, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item molendinum habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis mansionariis Sandomiriensibus, et ducunt eam cmethones in horreum a mansionariis locandum et aestimatur valor eius ad quatuor marcas; diversificatur tamen, nam de agris sitis versus Szulislawicze cedit episcopo, sitis vero versus Nawodzicze, cedit mansionariis, sitis vero versus allodia cmethonum, cedit ecclesiae de Konyemlothy, cui soli cedit decima canapalis, tabernae non sunt neque praedia.

Hortus circa ecclesiolam ligneam S. Adalberti extra muros Sandomirienses situs cum area et domo, in qua olim praebendarius S. Adalberti habitasse ferebatur, quia mansionariis in perpetuam haereditatem concessus, solvit mansionariis pro annuo censu unam marcam.

Klin. Item in suburbio Sandomiriensi sunt agri aliqui oppidanorum Sandomiriensium, qui *Klin* appellantur, qui quondam praebendae S. Adalberti solvebant, nunc vero solvunt mansionariis decimam manipularem, quae aestimatur ad unam marcam.

Altare olim Sanctae Hedvigis, extinctum et incorporatum Mansionariis.

Fundaverat quondam Florianus Cracoviensis episcopus, videlicet anno Domini 1375. tertia Februarii, altare sub titulo S. Hedvigis in ecclesia

Sandomiriensi, conferens ei in dotem decimam manipularem de mensa episcopali in villa Gnyeschowicze, nulli alteri nisi vicario Sandomiriensi per episcopum Cracoviensem conferendum, obligans missas, ad duas missas legendum feriis tertiis pro defunctis, quintis vel sabbathi de Beata Virgine vel Sancta Trinitate. Item in die S. Hedvigis vigilias et missam in cantu pro vicario Sandomiriensi, pro anniversario praefati episcopi explendam, et una marca per altaristam solariandos.

Gnyeschowycze, villa sub parochia ecclesiae de Koprzywnicza oppido sita, cuius proprietas pro maiori parte pertinet ad abbatem et monasterium Koprzywniczense, qui habet ibi decem laneos cmethonales, item duas tabernas habentes agros; pro altera autem parte minori proprietas villae pertinet ad Paulum Martinum et alios fratres de Skothniky de armis Bogoria, qui habent ibi tres laneos cmethonales et duas hortulanias sine agris, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per sex ierugas canapalis mansionariis Sandomiriensibus, et ducunt eam cmethones in horreum a mansionariis locandum et valor aestimatur eius ad quindecim marcas. Item onera altaris praedicti, quamvis in titulo extincti, tenentur mansionarii Sandomirienses implere, tanquam eis inviscerati et incorporati; item molendina duo eiusdem villae pertinentia ad monasterium, et utr.que habent agros amplos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis mansionariis, et ambo in flumine Koprzywnicza unum iuxta villam, aliud, quod vocatur Thuczman, sub borra.

Item est ibi praedium unicum coenobiale, de quo solus abbas et conventus decimam percipit et in suum horreum inducit.

Villae Mansionariorum.

Perpendens Johannes Dlugosch senior, tunc canonicus Sandomiriensis, introitus mansionariorum Sandomiriensium, qui illis ex incorporatione praebendae S. Adalberti extra muros Sandomirienses et altaris S. Hedvigis cesserant, tenues et parum sufficientes esse, duas villas videlicet Okalyna et Goyczow prope Oppathow sitas, quas quondam Vincentius Cadlubkonis de Kargow, ex genere nobili et militari ortus, tunc praepositus Sandomiriensis, expost vero episcopus Cracoviensis, monasterio Szulyeoviensi, ordinis cisterciensis, Gneznensis dioecesis pure propter Deum in elemosynam perpetuam contulerat, a Nicolao abbate et conventu Szulyeoviensi pro mille marcis latorum grossorum, quas idem abbas et conventus in villam multo meliorem et suo monasterio viciniorem Blogye, illam de consensu illustrissimi Casimiri Tertii, regis Poloniae, per Johannem Dlugosch

aegre expedito, a militaribus coemendo, pro collegio mansionariorum Sandomiriensium una cum scoltetia villarum praedictarum emptione perpetua, de quo habentur litterae iudiciales, anno Domini 1470. emit, et comparavit; Annae quoque filiae Jacobi Czyrnykowsky et consortis Warszii de Zelychlin, scoltetiam huiusmodi sibi vendicanti, conatus.

Okalyna, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium omnimodum et plenum ad mansionarios Sandomirienses pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, quorum quilibet pro annuo censu solvit unum fertonem, duos capones, triginta ova, caseos non dant, *obyedne* solvunt per quatuor quadrantes de laneo. Item sunt ibi duae tabernae habentes agros, quorum quilibet solvit unam marcam pro censu annuo; item sunt ibi tres hortulaniae non habentes agros, quae censum non solvunt, sed unam diem pedestres in septimana laborant, item quilibet de laneo tenetur ad laborandum *obroky* in praedialibus agris, id est unam mensuram pro hyeme, alteram pro vere, arare, arpicare, seminare, metere et conducere. Item de undecim laneis cmethonalibus solvit quilibet pro rege duas mensuras avenae, item unam siliginis mensurae Sandomiriensis confertae, de quatuor vero laneis tollit scoltetia, item in praedio sunt quatuor lanei liberi ultra cmethonales; item omnes agri praediales, cmethonales, tabernarum, solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem archidiaconatui Sandomiriensi; item pratum bonum curiae, quod cmethones, tabernatores et hortulani disponunt, item gayum magnum quercinum et pinosum, in quo sunt apiaria de triginta arboribus, item tres piscinae bonae sub villa; molendinum non est, molunt ubi possunt. Item confinat cum Czyrnikow, Wamborkow, Karwow, Tudorow, Wlostow, Goyczow et Zyrniky, et ubique *ugyaszdy*.

Goyczow, villa sub parochia de Wlostow sita, cuius proprietas et dominium ad mansionarios Sandomirienses plene pertinet, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, ex quibus undecim pertinent ad dominium, duo ad scoltetiam, quorum quilibet pro annuo censu solvit unum fertonem, duos capones, triginta ova, caseos non dant, *obyedne* solvunt per unum grossum de laneo. Item est ibi una taberna habens agros, quae solvit pro annuo censu unam marcam, item sunt ibi duae hortulaniae habentes agros, nulli censum solvunt, sed laborant pedestres unam tantummodo diem in septimana, item quilibet de laneo tenetur ad laborandum *obroky* in praedialibus agris, id est unam mensuram pro hyeme, alteram pro vere, arare, arpicare, seminare, metere, conducere; item de undecim laneis cmethonalibus solvit quilibet pro rege duas mensuras avenae, item unam mensuram siliginis mensurae Sandomiriensis confertae, de duobus vero laneis tollit scoltetia; item pro praedio sunt quatuor lanei liberi ultra cmethonales, de quorum mediet-

quae fuit militaris, solvitur decima manipularis ecclesiae in Wlostow, de altera vero medietate, quae fuit scoltetialis, solvitur archidiaconatui Sandomiriensi in *gonithwam*. Item omnes agri cmethonales, tabernae, hortulaniarum, et medietas praedialium, solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem archidiaconatui Sandomiriensi, item pratum magnum curiae quod cmethones, hortulani et tabernator disponunt, item habet duo gaya quercina, unum maius, ab una parte villae versus Wlostow, aliud minus, ab alia parte villae versus Jagnin. Item non sunt ibi piscinae, non est molendinum; molunt ubi possunt.

Item confinat cum Wlostow, Grocholicze, Ugnin, Jagnin Okalina, et ubique *ugyaszdy*.

Lacus Pabianow. In villa Pabianow sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius proprietas ad Petrum et Ymramum, cognominatos Quaszyek, pertinet, est lacus mansionariorum Sandomiriensium, quem a Nicolao Panchowsky, subiudice tunc Sandomiriensi et Petro et Imramo Quaszek de domo Janina, Petrus Rog de Gwyaszdowo, vicepraepositus Sandomiriensis, pro quadraginta marcis in sortem et proprietatem mansionariorum comparavit; erat enim tunc lacus ille famosus piscibus, et arendatus quatuor marcas dabat de annuo censu, processu vero temporis per alluviones sabulo impletus, sterilificatus et imminutus est, solvit tamen etiam nunc pro mansionariis annuatim duas marcas, et totam villam Pabianow circuit, rigatur quandoque et foecundatur a fluminae Visla.

Lapidea Sandomiriae. In oppido regio Sandomiria habet universitas mansionariorum Sandomiriensium lapideam, sitam in acie, confrontatam ecclesiae et monasterio Sanctae Mariae Magdalenae, ascendendo versus circulum, contiguam lapideae vicariorum ecclesiae collegiatae Sanctae Mariae Sandomiriensis, quae in sorte mansionariorum per praefatum Petrum Rog de Gwiaszdowo, vicepraepositum Sandomiriensem empta, expost vero ruinata; per Johannem Dlugosch seniorem, canonicum Cracoviensem, nomine mansionariorum data in perpetuam haereditatem Johanni Molenda, civi Sandomiriensi, sub unius sexagenae per ipsum et successores suos eiusdem lapideae inhabitatores, pro festo quolibet paschae solvenda perpetua pensione.

Lignea Domus Sandomiriae. In eodem oppido Sandomiriensi habet universitas mansionariorum Sandomiriensium domum ligneam et aream liberam, iacentem inter domos et areas Byeatae relictae Demetrii ab una, et inter Pelcze et Johannem de Lyszakow, et monasterii Koprzywnicensis partibus ab altera protensam usque ad viam seu vicum castri versus domum archidiaconatus Sandomiriensis, quam praefatus Petrus Rog de Gwiazdowo, vicepraepositus Sandomiriensis, primum a Praxede dicta Bogoryska, consorte Paschkonis de Baruthtwyerdz, A. D. 1433, expost vero a filio

eiusdem Praxedis, Nicolao Baruthtwyerdzsky, A. D. 1446. pro viginti marcis habuit emptam et in iure terrestri reformatam, quae arendata solvere consvevit mansionariis duas marcas.

Altera domus lignea Sandomiriae. Est et altera domus lignea in eodem oppido Sandomiriensi et area, iacens inter aream Johannis plebani de Wyelyawyesz et praebendae Sandomiriensis, quae dicitur Dwiekoszka ab una, et domum archidiaconatus Sandomiriensis partibus ab altera, secus vicum strictum ab ecclesia Sanctae Mariae collegiata, ad ecclesiam S. Petri ducentem, quam praefatus Petrus Rog de Gwiaszdowo, vicepraepositus Sandomiriensis, a Petro de Strzeszowicze 1416. pro una medietate decem marcis; pro altera vero medietate a Georgio de Byechow, alias de Strzeszowicze A. D. 1419. aliis decem habuit emptam et in iure terrestri reformatam, quam pulchris aedificiis refecit vivens. Cui postea Joannes Dlugosch senior, canonicus Cracoviensis, ambitum ultra murum civilem se protendentem, regio et civili consensu obtento, quo mansio mansionariorum foret ab omni foetore sequestratior, et cameras octo superaedificavit, et in eadem domo habitationem et mansionem mansionariorum ordinavit, atque constituit.

Proventus Vicariorum ecclesiae Sandomiriensis in communi.

Vicariorum Sandomiriensium ecclesiae Sanctae Mariae universitas habet nonnullos proventus in communi, aut devotione fidelium eis donatos, aut pecuniis privatis vel communibus coemptos, ratione quorum agunt quotannis pro animabus donatorum et benefactorum perpetua anniversaria, et proventus ipsos inter se aequabiliter partiuntur, de quibus singillatim faciemus descriptionem, nomina donatorum annotando.

Dwekozy, villa ad fluvium Lukawa et sub parochia ecclesiae de Gory sita, fundus primarius, ut in superioribus scripsimus, praebendae Sandomiriensis Dwyekoszka; in qua universitas vicariorum Sandomiriensium habet scoltetiam, quam Abraham de Senno, plebanus tunc in Pyotrawin et canonicus Sandomiriensis, praebendae Dwyekoszkey pro noningentis marcis latorum grossorum apud haeredem coemit et vicariis Sandomiriensibus perpetuo donavit, et eos ad psallendum voce submissa horas omnes Beatissimae Virginis Mariae, singulis diebus duplicibus festis et diebus sabbathi, quibus officium in ecclesia de Domina nostra agitur, duntaxat exceptis; habet autem scoltetia praefata duos laneos cum sylvis et pratis, item duas tabernas, quarum una solvit duas marcas, altera unam cum dimidia marcas, et ambae habent agros, item duo molendina optima in flumine Lukawa. Johannes itaque Tarlo de Sczekarzowicze, de armis Bippennium, cum esset canonicus praefatae praebendae, fecit ordinationem perpetuam cum universitate

vicariorum per episcopum Cracoviensem Joannem Luthkonis confirmatam, dando illis pro huiusmodi introitibus scoltetiae decem marcas census annui, et decimam manipularem post decem et octo laneos cmethonales, et agros tabernatorum et hortulanorum, cuius valor annis singulis aestimatur ad sedecim marcas.

Lapidea domus in Sandomiria in circulo. Item alia domus lignea etiam in Sandomiria: ambas domos praedictas in Sandomiriensi oppido sitas, videlicet muratam in circulo et ligneam, donavit universitati vicariorum Sandomiriensium donatione perpetua vir devotus Paulus Misznar dictus Lamberk; de utraque dantur tres marcae de annuo censu, ratione quorum aguntur sibi per vicarios in quibuslibet quatuor temporibus novem lectionum vigiliae et missa defunctorum in voce sonora.

Brascatorium in oppido Sandomiriensi consistens, donavit universitati vicariorum Sandomiriensium praefatus Paulus Misznar, dictus Lamberk, civis Sandomiriensis, quod arendatum solvit pro censu annuo vicariis Sandomiriensibus unam marcam, ratione cuius qualibet die veneris cuiuslibet hebdomadae legitur missa defunctorum in suae et omnium fidelium defunctorum animarum remedium, et pecunia proveniens inter vicarios Sandomirienses laborantes et praesentes aequabiliter partitur, qui ad refectionem et reformationem eiusdem brascatorii toties quoties opus est, et omnium supellectilium eius, tenentur intendere.

Macella carnificum in Sandomiria.

In macellis carnificum apud Sandomiriam consistentibus, advocatus Sandomiriensis, vocatus Lyaszkoszya, sex lapides sepi singulis annis solvendas, quae ad proprietatem et ius suae advocatiae Sandomiriensis pertinebant, vicariis Sandomiriensibus donavit et inscripsit donatione perpetua; ratione quorum habet apud vicarios Sandomirienses anniversarium perpetuum, et cantantur in remedium animae suae in quibuslibet quatuor temporibus vigiliae novem lectionum et missa defunctorum; hic Lyaszkosza imagines in Elbing receptas, ecclesiae Sandomiriensi curru suo advexit.

Area in platea S. Mariae Magdalenae.

Haec area in platea Sanctae Mariae Magdalenae Sandomiriae consistens, sita est inter domum Matthiae Raczno ab una, et domum Kolybaba partibus ab altera, quae per nobilem feminam Catherinam Sochaczowska universitati vicariorum Sandomiriensium perpetue donata est, de qua super aedificata domo unam marcam annui census percipiunt, ratione cuius

habet praefata femina Catherina Szochaczowska apud vicarios Sandomirienses perpetuum anniversarium, et cantantur in remedium animae suae, per vicarios in quibuslibet quatuor temporibus, vigiliae novem lectionum et missa defunctorum.

Brzezye, villa sub parochia ecclesiae de Pkanow sita, cuius haeredes Clemens, Johannes et Vilhelmus fratres de armis Oxa, in qua universitas vicariorum Sandomiriensium habet in omnibus cmethonibus, tabernatoribus et hortulanis, villam dictam incolentibus, quatuor marcas de annuo censu, quem apud praefatos haeredes, universitas vicariorum Sandomiriensium pro centum quinquaginta florenis, per Johannem Pyeczony, civem Sandomiriensem, eisdem donatis, foro reemptionis et titulo comparavit; ratione cuius habet praefatus Joannes Pyeczony apud vicarios Sandomirienses perpetuum anniversarium, et legitur in remedium animae eius, qualibet septimana, defunctorum missa.

Kobyerniky, praedium ante oppidum Sandomiriense, quod Wyeprzyek civis Sandomiriensis, universitati vicariorum Sandomiriensium donavit, quod arendatum per Pyoro, solvit vicariis pro annuo censu duas marcas. Donatio autem praefati praedii etsi perpetua sit, reemptionis tamen conditionem habet in se, nam reservatur facultas propinquioribus redimendi, solutis nonaginta marcis, vel censu duarum marcarum in aliis bonis pro vicariis coempto. Occasione autem huiusmodi praedii, habet idem Wyeprzek perpetuum apud vicarios Sandomirienses anniversarium, et cantantur in remedium animae suae, in quibuslibet quatuor temporibus, vigiliae novem lectionum et missa defunctorum.

Hortus situs penes pratum castri Sandomiriensis, emptus per universitatem vicariorum Sandomiriensium pecunia communitatis, pro octuaginta marcis, arendatus solvit pro censu annuo tres marcas, ratione quarum, agit universitas vicariorum perpetuum anniversarium, pro omnibus collegii sui benefactoribus, in quorum animarum remedium, cantantur per vicarios in quibuslibet quatuor temporibus, vigiliae novem lectionum et missa defunctorum.

Lapidea in platea prope S. Mariam Magdalenam in oppido Sandomiriensi sita, quam Nicolaus de Lancicia, primum in Mydlow, deinde in Pelcziska plebanus, propriis pecuniis emptam, universitati vicariorum Sandomiriensium donavit, quam expost exustam, Johannes Kon archidiaconus Zawichostensis reparavit; ratione cuius agunt vicarii Sandomirienses duplex anniversarium, unnm Nicolao Pelcziczsky ratione donationis, aliud Johanni Kon ratione reparationis, in quibuslibet quatuor temporibus cuilibet seorsum, cantando vigilias novem lectionum et missam defunctorum; lapidea autem praedicta arendata, solvit universitati vicariorum Sandomiriensium annuatim duas marcas.

Domus lignea et area in platea S. Mariae Magdalenae in oppido Sandomiriensi sita, quam Johannes Albus canonicus Sandomiriensis emit et aedificavit, et successoribus suis praebendam suam Sandomiriensem, quae Kobierniczska dicitur, obtinentibus, in proprietatem et successionem perpetuam, pro habitatione cuiuslibet canonici eiusdem praebendae reliquit; sub annua tamen pensione unius sexagenae universitati vicariorum Sandomiriensium dandae, ad quam solvendam quemlibet canonicum praebendae Kobierniczskey obligavit; ratione cuius sexagenae, habet idem Joannes Albus apud vicarios Sandomirienses perpetuum anniversarium, et cantantur in remedium animae suae per vicarios, vigiliae novem lectionum et missa defunctorum, in quibuslibet quatuor temporibus.

Hortus situs in valle, post portam monasterii S. Mariae Magdalenae, emptus per universitatem vicariorum pro viginti octo marcis, pecunia Jaroslai vicarii Sandomiriensis, et arendatus, solvit vicariis pro annuo censu unam sexagenam; ratione cuius, agit universitas vicariorum Sandomiriensium eidem Jaroslao perpetuum anniversarium, atque in remedium animae suae vigilias novem lectionum, et missam defunctorum, in quibuslibet quatuor temporibus decantat.

Privilegium erectionis et consecrationis ecclesiae S. Mariae in Sandomiria.

In nomine individuae Trinitatis. Anno 1121. (sic) indictione nona, epacta quarta, concurrente primo, et anno decennalis cycli quartodecimo, domino duce Casimiro in Polonia dominante, ad petitionem Cracoviensis episcopi, dominus Petrus Gneznensis archiepiscopus consecravit ecclesiam Sanctae Mariae in Sandomiria, coadiuvante domino Fulcone Cracoviensi episcopo, domino Vito Mazoviensi episcopo, et domino Stephano Cuiaviensi episcopo, et domino Arnoldo Lubusensi episcopo, cuius ecclesiae beneficia in praesenti privilegio continentur denotata. Capella de Zarnow cum suis redditibus, et omnes decimae castri eiusdem cum redditibus, eisdem decimis pertinentibus, capella Sancti Nicolai in Sandomiria cum suis redditibus, capella Sancti Joannis ibidem cum suis redditibus, capella de Polancz cum suis redditibus, capella Sancti Mauricii de Zawichosth cum suis redditibus, capella de Szeczechow cum suis redditibus, capella de Zwirsow cum suis redditibus, praeterea beneficia fori de Lukosin, et decimae harum villarum: Zycina, Pomisl, Piscatores, Vinitores, Cobernici, Grocholici, Cochonow, Policovici, Cachici, Corovo, Cristonovici, Trabanow, Bechanow, Raci, Mancosino, Lissowo, Pilsne, Bercogei, Janchovicze, Gorenino, Blischovici,

Dobesschow, Sucholnici, Golambici, Bogoria, Petrovo, Clonowo, Malchovo, Neumanovici, Bogurlavici, Grumcino, Polrehna, Pirstna, Margansko, Mlodnici; item villae canonicorum Hendrzischowicze, Socolnici, Sokolnici, Pistrasnici, Linow, Marsow, Sarnow cum nono et decimo foro, et nona et decima taberna, et cum grano per totam castellaniam super homines ducales, Sedlche cum servis, Gronovo cum sanctuariis, Ostrow cum servis, Ladusnici cum servis.

WISLICIENSIS.

Secundam post Sandomiriensem ecclesiam inter collegiatas ecclesias, Sanctae Mariae Wisliciensis ecclesia merito obtinet in dioecesi Cracoviensi locationem, sive secundum locum; quoniam et in loco celebri, insula videlicet, quam fluvius Nyda inter minores Poloniae fluvios notabilis conficit, in oppido populoso, quod quondam Vislaus comes Visliciensis condidisse, et ex nomine suo illud vocitasse memoratur, sita est, et pene sororia, iuxta atque Sandomiriensi clade insignita; plurimus etenim in illa polonicus, per Ruthenos tunc, atque in praesens scismaticos fusus est sanguis. Dum ex omni regione circumcirca sita, utriusque sexus populus, quasi hostiles impetus, veluti in loco tuto et undis ubique munito et stagnato evitaturus, se concumulasset, a Pannonio quodam satrapa, qui Polonis fugiendi in Visliciam, et se illic ante rabiem hostilem tutandi auctor extiterat, Boleslai enim tunc ducis et monarchae Poloniae familiaris, rara caritate amatus, arcem et oppidum Visliciense ducis Boleslai nomine gubernabat, Ruthenis in magno exercitu Visliciam ad diem, de qua inter eos convenerat, duce Boleslao tunc extera bella tractanti et in remotis agenti, advenientibus, proditus est, maximaque et memorabili Polonorum strage et cruore per Ruthenos tunc edita, locus ille sacratus est, in eo uno a Sandomiriensi sanctitate differens, quod illum Tartarica, hunc Ruthenica rabies sacratum et celebrem effecit, et homines Sandomirienses a machumetistis, Vislicienses a scismaticis pertulerunt martyria. Quo autem tempore, aut per quem Cracoviensem pontificem, aut sub quo Poloniae rege et principe praefata Visliciensis ecclesia in collegiatam ex parochiali redacta sit, non satis scrutinium mihi super hoc frequentius habenti, annalibus perditis, succurrebat; hoc unum ex fab[illegible] e accepi, quod

dignitates et praebendae ecclesiae praefatae, ex decimis et proventibus duarum parochialium ecclesiarum, videlicet Visliciensis et in Chotel, cum Chotlensis ecclesiae parochiae amplitudo in milliaria quinque, infrequentes etenim tunc erant, Polonis recenter ab idolatria ad iura christianitatis conversis, parochiae, tendebatur, pro maiori parte fundatae sunt. Habet autem Visliciensis ecclesia quatuor personas sive dignitates, videlicet praeposituram, cantoriam, scholastriam et custodiam, et quatuor praebendas et octo vicarios, de quarum singulis inferius in locis suis disseremus. Fabricata autem erat praefata Visliciensis ecclesia a primaeva sui fundatione quadro lapide, anguste tamen et obscure, cum cripta subterranea in priscorum et praesertim Graecorum more. Casimirus tandem Secundus, Poloniae rex, qui illam singulari venerabatur devotione et cultura, parens enim suus Vladislaus Loktek, Venceslaum fugiens, Poloniae et Bohemiae regem, et in cripta illius latitans, imaginis cuiusdam Beatae Mariae Virginis puerum baiulantis ex petra ruditer effigiatae, in suis tribulationibus, si quid veri vetus habet relatio, habere solebat solantia illum colloquia, angustiis illius abolitis, novam ecclesiam in loco priori etiam ex lapide quadro, iustioris tamen quantitatis fabricavit, et in memoriam imaginem ipsam uni columnae affixit, qua ad integrum consummata doluisse fertur, quod in loco basso, et non in eo, in quo est regia, fabricam eius posuerit, et loco meliori pro se reservato devotionem Deo consignaverit: qua de re poenitentia frequenti actus, ecclesiam iam perfectam demolire, et in regia novo opere illam erigere destinabat, nisi saluberrimum eius propositum importuna procerum consultatio, verentium, ne diem obiens fabrica relinqueretur, infecta damnasset.

Ecclesia Wisliciensis non solum collegiata, sed et parochialis est, curam habens animarum in vicarios Vislicienses aequaliter partitam, sub cuius parochia sonsistit oppidum Visliciense, item villae Konieczmoscze, Kuchary, Wawrowicze.

Praepositura Wisliciensis.

Dignitas seu personatus principalis in ecclesia praefata, quam nunc obtinet Jacobus Dominikowsky, nobilis de domo Grzymalitarum, quae pro sui dote habet in fundo duas villulas, videlicet Mistrzowicze et Symonowicze, et decem et octo decimas manipulares infra annotatas.

Mystrzowycze, villa prima fundi praepositurae Wisliciensis, sub parochia ecclesiae de Oppathowycez sita, in qua est curia bona cum pomeriis, pratis et aedificiis, atque gais. Item est ibi praedium bonum habens agros bonos, in quatuor campos distinctos, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum inducit; item pro sua

necessitate potest locare duos vel tres hortulanos in agris suis praedialibus, et ex illis habere censum et labores iuxta condictamen, item unam piscinam in medio villae, in qua secum nullus participat, item habet unum gayum bonum, de quo etiam nemo alius participat. Item est in eadem villa alius haeres et dominus Jacobus Koczinszky, nobilis de domo Rastrorum alias Grabye, qui habet ibi quatuor laneos, in quibus resident octo cmethones, qui decimam manipularem solvunt ecclesiae et plebano in Koczina, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium militare, sed in praediis militaribus locati sunt praefati cmethones, item etiam est ibi taberna, item non sunt hortulaniae ibi; item eadem villa habet granities cum villis Rzemyanowicze, Proszka, Kobyelya, Kanszow et Krolyewicze; item est ibi campus unus parvus, de quo decimatur episcopo, cuius valor ad . . .

Schymunowycze, villa altera fundi praeposituraе Visliciensis, sub parochia ecclesiae de Podgrodzye, et prope Novam Sandecz sita, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo praeposituraе Wisliciensi unam sexagenam. Item cmethones praefati non faciunt aliquos labores neque ducturas, non solvunt avenam, neque gallos, neque ova, neque caseos; item non est ibi aliquod praedium, neque taberna, neque hortulania, neque molendinum, neque piscina; item praefati quatuor lanei cmethonales solvunt decimam manipularem mensae episcopali Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Item villa praefata confinat cum villis . . .

Czarnkow Maior, villa sub parochia ecclesiae de Korczin sita, cuius haeres Andreas Trzczensky alias Czarnkowsky, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praeposituraе Visliciensi et valor eius aestimatur ad . . ., canapum non solvunt. Item praedium ibi unicum militare, de quo decimatur ecclesiae parochiali in Dambrowa et valor eius ad duas marcas. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt.

Wysznyowka, villa prope Cobilniky sita, sub parochia ecclesiae de Sancto Laurentio extra muros Vislicienses, quae hactenus tota deserta est, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua ob longam desertationem numerus laneorum sciri non poterat; alii asserunt et verius, quod illic villa nunquam fuit, sed quod campus praefatus pertinuit pertinetque ad villam regiam Cobilniky, in cuius vicinitate consistit, et quem cmethones de Cobilniky colere consveverunt, ob nascentia illic cerasa Wysznyowka in polonico appellatus, et cuius decimam propriis curribus conducere ad horreum a praeposito locandum tenentur, et valor decimae praefatae aestimatur ad duas marcas.

SKOROCZYCZE, villa sub parochia ecclesiae parochialis de Zagoszcz sita, cuius haeres Joannes de Thanczin alias de Crasznik, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraе Visliciensi, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in villa eadem una tantummodo curia militaris et praedium unum, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendae in Castro Thanczin.

KOSZLOW, villa sub parochia ecclesiae de Gramboszow, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua feruntur esse sex lanei cmethonales, vel potius sex cmethones sex pecies agrorum habentes, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeposituraе Visliciensi et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad unam marcam; alluvio enim fluviorum Vislae et Dunayecz, agros villae praefatae in basso sitos, frequenter absorbet. Item est ibi una taberna, quae de agris suis solvit decimam manipularem mensae episcopi Cracoviensis; item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae.

GRAMBOSZOW, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius haeres Johannes de Cziszow, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praeposituraе Visliciensi et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item sunt ibi duae tabernae, una haeredis, altera plebani habentes agros, item duo lanei cmethonales, inter duodecim numerati, de quibus decimatur ecclesiae in Gramboszow; item est ibi una curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis datur ecclesiae ibidem in Gramboszow.

CZARNKOW, villa sub parochia ecclesiae de Korczyn sita, cuius haeres Petrus Kanya minor, nobilis de domo Streparum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis praeposituraе Visliciensi, et valor eius aestimatur ad . . . Item canapalem decimam non solvunt; item praedia ibi duo militaria, de quibus decimatur ecclesiae parochiali in Dambrowa, et valor eius ad tres marcas; item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt.

KOCZYNA, villa habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas et dominium bifarie dividitur, medietatem enim illius obtinet Nicolaus et Johannes Szinowyecz germani, nobiles de domo Antiquorum Equorum, alteram medietatem Jacobus Koczinsky, nobilis de domo

Rastrorum alias Grabye, quorum utrique habent praedia, de quorum agris, item de sex hortulaniis habentibus agros, quorum tres sunt Nicolai et Johannis Szynowyecz, et tres Jacobi Koczinsky, solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Koczina, cuius aestimatur valor ad sex marcas. Item sunt ibi quatuordecim lanei cmethonales, quorum septem sunt Nicolai et Johannis Szinowyecz, et alii septem et una taberna habens agros, Jacobi Koczinsky, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praepositurae Visliciensi et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, non solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor praefatae decimae aestimatur ad quatuordecim marcas.

Soboszow, villa sub parochia ecclesiae de Probolowicze sita, cuius haeres Jacobus Slupowsky, nobilis de domo Leliwa, in qua sunt tantummodo sex lanei cmethonales, de quibus absque diminutione solvitur praepositurae Visliciensi decima manipularis, et tenentur illas cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor aestimatur decimae praefatae ad septem marcas, aliquando ad octo; non sunt ibi hortulaniae, non sunt tabernae. Item est in eadem villa una tantummodo curia militaris, habens unum praedium, de cuius agris datur decima manipularis pro medietate ecclesiae parochiali in Probolowicze, et pro medietate ecclesiae parochiali in Tarnawa prope Mstyczow.

Czeszkow Maior, villa sub parochia ecclesiae de Probolowicze sita, cuius haeres Johannes Rabstinsky, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis praepositurae Visliciensi. Item est ibi una taberna, extra villam in strata publica ex Vislicia in Scarbimiriam eundo sita, quae appellatur Nadrosznicza, habens agros speciales, de quibus etiam manipularis decima solvitur praepositurae Visliciensi, et valor totius decimae aestimatur ad septem vel octo marcas; item hortulaniae non sunt, molendinum non est. Item est in eadem villa praedium unicum militare, de cuius agris decima manipularis solvitur pro ecclesia parochiali in Solyecz, et valor aestimatur eius ad duas marcas.

Czeszkow Minor, villa sub parochia ecclesiae de Probolowicze sita, cuius haeres praefatus Johannes Rabstinsky de Crasznik, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Visliciensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item non est praedium aliquod militare in eadem villa, item non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae, item non est molendinum.

Czarnoczyn, villa habens in se ecclesiam parochialem lapide pulchro per Otthonem praepositum Gneznensem et regni Poloniae cancellarium, nobilem de armis Vulpium, anno Domini 1360. fabricatam, cuius haeres unicus Johannes Dlugosch de Czarnoczyn, nobilis de armis Wieniawa, in qua sunt decem et novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praepositurae praefatae et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor aestimatur eius ad duodecim marcas. Item est ibi praedium militare aestimatum ad duodecim laneos, item tres hortulaniae habentes agros, item taberna ad plebanum pleno iure pertinens, habens agros speciales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Czarnoczyn; item plebanus et ecclesia habent duos laneos liberos, de quibus nulli solvit decimam.

Crapycze, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Scarbimiriensis sita, cuius haeres Absalon Baliczsky, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Visliciensi, et valor eius aestimatur ad sex aliquando ad septem marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt; item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro . . .

Nyezaczicze, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Scarbimiriensis sita, cuius haeres Kelczius de Budziszewicze, nobilis de domo Habdank, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro praepositura Visliciensi, et valor aestimatur eius ad quatuor aliquando ad quinque marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Zastampow.

Beglow, villa sub parochia ecclesiae de Zastampow, cuius haeres Aegidius Suchdolsky, nobilis de domo Habdank, in qua sunt quinque lanei cmethonales et una taberna habens agros; item hortulaniae non sunt, diversificatur autem decimae praefatae perceptio, nam de duobus laneis tollit illam praepositura Visliciensis, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et solvunt decimam canapi per duas ierugas, cuius aestimatur valor ad duas marcas; item de tribus laneis tollit illam ecclesia parochialis in Zastampow sive Stradow, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item sunt in eadem villa duo campi, post stratam publicam eundo in Scarbimiriam siti, de quibus quoties seminantur hyemalibus aut aestivalibus, tollit decimam manipularem ecclesia parochialis

in Dzierzaszna pro annis duobus, in anno vero tertio remanentibus campis inseminatis nihil provenit.

Mylawczycze, villa sub parochia ecclesiae de Zastampow sive Stradow sita, cuius haeres Johannes Naschian de Ostrowcze, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quatuor hortulaniae habentes etiam agros, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis praeposituræ Visliciensi et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad octo aliquando ad novem marcas. Est ibi una curia militaris tantummodo, habens praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Stradow, cuius valor ad quinque marcas aestimatur.

Czuslicze, villa sub parochia ecclesiae de Zastampow sita, cuius duo haeredes Ottha de Plechow, iudex Sandomiriensis, nobilis de armis Bippennium pro una medietate, et Johannes Chlewiczsky, castellanus Czechoviensis, nobilis de armis Odrowansch pro altera medietate, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros; de medietate autem huiusmodi laneorum percipit decimam manipularem praepositus Visliciensis, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito Visliciensi constituendum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae cedens praeposito Visliciensi aestimatur ad quinque marcas; altera autem medietas decimae cedit plebano in Stradomya. Item hortulaniae non sunt; item in eadem villa est praedium militare unum, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Czarnoczyn, item prope villam eandem et in eius finibus est praedium aliud vocatum Szyeszelow, Joannis Chlewiczsky, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Stradow, sive Zastampow.

Nyegoslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Pelcziska, cuius haeredes Sandivogius Thanczinsky, nobilis de domo Bippennium, et Nicolaus Zlotczky, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, et decima in quatuor partes diversificatur; nam ecclesia et plebanus in Pelcziska de agris omnibus, in quibus alias nobiles et milites residebant, tollit, in quibus iam cmethones locati sunt; item ecclesia et plebanus de Slyaczina tollit de praediis Sandivogii Thanczinsky; item episcopus Cracoviensis tollit de aliquibus campis, sed paucis; praepositus autem Visliciensis etiam tollit de aliquibus campis, sed paucis, et valor aestimatur eius ad unam marcam.

Iurkow, supra Nidam sita villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres Stanislaus Lygansza, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima

manipularis praepositurae Visliciensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae praefatae aestimatur ad octo marcas, aliquando ad decem, nonnunquam ad duodecim vel quindecim. Item est in eadem villa una tantummodo curia militaris habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali ibidem in Jurkow; item est ibi taberna habens agros speciales et a cmethonalibus distinctos; item sunt ibi quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus etiam omnibus solvitur decima manipularis praeposito Visliciensi in *gonithwam*; item est ibi molendinum, sed non habet agros, item in eadem villa sunt aliqui campi cmethonales, versus villam Parszk-aszaczice siti, pauci tamen, de quibus datur decima manipularis praebendae Visliciensi, quae vocatur Strosziczska, et valor eius aestimatur ad mediam marcam. Item praepositura praefata habet domum et aream perpetuam in Vislicia pro sua inhabitatione, item praepositus quilibet Visliciensis tenetur ecclesiam Visliciensem de iure et consvetudine antiqua providere in vino et cera, quae res ut sine negligentia proveniret, Vincentius Kelbasza, tunc praepositus Visliciensis, villam Schymonowicze pro cera, decimam vero in Jurkow pro vino perpetuo privilegiavit et inscripsit, de quo habetur in ecclesia Visliciensi privilegium. Item praepositura praefata habet pratum bonum in haereditate custodis Visliciensis Chotel, quod appellatur Proboszczowka, cuius valor ad unam sexagenam aestimatur.

Item praepositura praefata iuxta antiqua et nova regestra taxata est.

Vicepraepositura.

Vicepraepositura Visliciensis, seu vicaria perpetua praepositi, quam nunc obtinet Johannes de Casimiria, a praeposito Visliciensi pro tempore dependet, cuius ipse praepositus unicus est collator et patronus, quae pro sui dotatione habet decimam manipularem in Charzowicze, et altare S. Catherinae, eidem vicepraepositurae ex nomine, aut alteri cuicumque vicariae Visliciensi annexum.

Charzowycze, villa sub parochia ecclesiae de Sokolina sita, cuius haeres Petrus Ugyeszdczky, nobilis de domo Druszyna, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicepraeposito Visliciensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a vicepraeposito locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item in eadem villa est unum tantummodo praedium militare,

item taberna habens agros, de quibus omnibus sólvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Szokolina.

Altare S. Catherinae.

CUCHARY. Item altare S. Catherinae in ecclesia Visliciensi sub pontificatu Petri Wisch, episcopi Cracoviensis, fundavit Elizabeth, relicta Adae civis Visliciensis, cum filio suo Augustino Sulkonis de Scarbimiria, anno Domini 1395., cui in dotem perpetuam unum laneum in villa Cuchari sub parochia ecclesiae Visliciensis consistente contulerunt, quem quidem laneum Hedvigis, Poloniae regina, per suas litteras libertavit; transtulit autem praefata Elizabeth principalis dotatrix iuspatronatus dicti altaris perpetuo in praepositum Visliciensem pro tempore, ea tamen conditione, ut illud nemini alteri nisi vicepraeposito, aut alteri vicario Visliciensi conferat, quod in hanc diem custoditum et servatum est, et quilibet vicepraepositus illud velut annexum suae vicepraepositurae obtinebat, implendo onera eiusdem altaris, videlicet unam missam defunctorum singulis hedomadis pro animabus dictorum Elizabeth, Adae relictae, Augustini Sulkonis de Scarbimiria et Nicolai scolastici Visliciensis; alteram vero de Beata Virgine aut de Sancta Trinitate. Item laneus praefatus in Kuchari solvit pro annuo censu vicepraeposito eiusdem altaristae duas marcas; item universitati vicariorum Vislicensium octo scottos pro perpetuo anniversario eorundem Elizabeth, Augustini et Nicolai, quod vicarii Vislicienses in die S. Catherinae pro animabus eorum explere consveverunt; item laneus praefatus solvit decimam manipularem cum aliis incolis de Cuchary mensae episcopali Cracoviensi in *gonithwam*, solutus et liber a solutione gallorum, ovorum, avenae, laborum et quorumlibet tributorum.

Cantoria Wisliciensis.

Cantoria Visliciensis secunda dignitas seu personatus in ecclesia praefata, quam in praesens possidet Sandivogius de Thanczyn, nobilis de armis Bippennium, quae partim ex decimis ecclesiae parochialis Visliciensis et introitibus, partim ex ecclesiae parochialis de Chotel fundata atque dotata est, habens duas villas pro fundo et undecim decimas manipulares infra descriptas, includendo decimam in Wawrowicze, quam habet vicecantor in perpetuam dotem sibi per cantorem Visliciensem largitam.

SZYEDLECZ, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Visliciensis, et ad fluenta Nidae sita, in qua est curia pulchre aedificata cantoris, et fundus et praedium bonum de gleba uberi et foecunda. Item tres hortulaniae habentes

agros et prata, quae nihil solvunt, solum laborant unum diem in septimana pedestres et decimam manipularem de agris solvunt cantori. Item sunt in eadem villa tres cum medio lanei ad illustrissimum Poloniae regem pertinentes, qui decimam manipularem solvere tenentur cantori Visliciensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum a cantore locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae praefatae aestimatur ad sex marcas; item sunt in eadem villa septem piscatores, quibus fluvius Nyda sursum et infra arendatur, et solvit quilibet ab huiusmodi piscatura mediam marcam et proveniunt in summa tres cum media marcae. Item confinat cum oppido Visliciensi et villis Kobilniky et Jurkow.

Oglandow, villa ad cantoriam Visliciensem universaliter pertinens, sub parochia ecclesiae de Kygye sita, in qua non est curia cantoris, neque praedium, sed sunt in ea quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo sedecim scottos, item triginta ova, item duos caseos, item quatuor gallos, avenam autem non solvunt; item laborant tantummodo in anno octo dies in villa Syedlyecz, quatuor videlicet diebus falcastrando foenum, et quatuor diebus fimum proprio curru ducendo, item est ibi taberna habens agros, quae solvit cantori pro censu unam marcam, item hortulani ibi non sunt, neque gaya, item tam cmethones, quam tabernator solvunt decimam manipularem cantori Visliciensi et ducunt eam in horreum et valor eius aestimatur ad duas marcas; item decimam canapi non solvunt neque ducturas faciunt. Item confinat cum villis Zydow, Szamostrzalow, Stawyani, et sunt inter illas pro scopulis *ugiaszdy*.

Stawyszycze, villa sub parochia ecclesiae de Pelczyska sita, cuius haeredes Johannes et Petrus, nobiles de domo Accipitrum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae Visliciensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore constituendum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad decem marcas. Item sunt in eadem villa duae curiae militares et duo praedia habentia agros, item una taberna habens agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Pelcziska et valor eius aestimatur ad quinque marcas; item est ibi unus laneus praebendae de Pelcziska, quem vel solus colit, vel arendat, de quo etiam decimam manipularem pro se tollit, et valor eius aestimatur ad duas marcas; item est etiam ibi unus laneus cmethonalis ultra descriptus, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Probolowicze, cuius valor aestimatur ad unam marcam.

Myernow, villa sub parochia ecclesiae de Probolowicze sita, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt

lanei cmethonales, item-praedium regale, item taberna una habens agros; decima autem manipularis villae eiusdem trifarie dividitur, nam de universo praedio regali, item de omnibus agris tabernae, item de maiori parte laneorum et agrorum cmethonalium cedit decima manipularis plebano et ecclesiae in Probolowicze, cuius aestimatur valor ad duodecim marcas; de duobus autem laneis et de aliquibus campis cedit cantoriae Visliciensi, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item de aliquibus agris cedit mensae episcopali Cracoviensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur. Difficile autem est certam facere descriptionem agrorum, cuius proprietati in solvenda decima subiaceant, quoniam agri huiusmodi incerti sunt, et in modum *skakorum* siti et locati, de omnibus autem laneis praeter duos tollit decimam canapi per duas ierugas plebanus de Probolowicze, de duobus cantor Vislicensis, episcopus vero in decima canapi non participat.

Zlotha Maior, villa sub parochia ecclesiae de Pelcziska sita, cuius haeres Nicolaus Zlothsky, nobilis de domo Polukoza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae Visliciensi, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item tres hortulaniae, habentes agros, quae omnes solvunt decimam manipularem cantoriae in *gonithwam*, item sunt in eadem villa agri quatuor, vel trium praediorum, quae erant militaria, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Pelcziska.

Probolowycze, villa habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius haeres Petrus Gnoyniczsky, nobilis de domo Canerorum, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus tollit decimam manipularem Visliciensis cantoria, et ducunt illam cmethones in horreum a cantore constituendum et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item sunt in eadem villa alii lanei cmethonales quinque, item una curia militaris habens agros praediales, item tabernae duae habentes agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Probolowicze, item est ibi molendinum, sed non habet agros; valor autem decimae, quae cedit ecclesiae in Probolowice, aestimatur ad sex marcas.

Cobilniki, villa sub parochia ecclesiae de S. Laurentio sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item duo lanei ultra hos advocatiae Visliciensis, item taberna advocati non habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in *gonithwam*, non tamen uniformiter, sed perceptio eius diversificatur; nam de agris sitis versus Buszko percipit illam praebendarius de Chotel militari, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas, de agris vero sitis

versus Visliciam percipit illam cantor Visliciensis, et valor aestimatur eius ad sedecim marcas; item decima canapi per quatuor ierugas solvitur; hortulaniae non sunt. Item ibi prope campus Wisznyowka, de quo decima manipularis datur praeposito Visliciensi.

LGANOW, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius haeres Msczugius Lganowsky, nobilis de domo Pobodzye, in qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae Visliciensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a cantore locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad septem marcas. Item est in eadem villa unum tantummodo praedium militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali et plebano in Chotel, item sunt duo hortulani habentes agros ex praedio largitos, qui etiam solvunt decimam manipularem ecclesiae in Chotel.

BANDZYSCHYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Szokolina sita, cuius haeres, nobilis de domo ...., in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, cuius perceptio decimae diversificatur; nam de sex laneis et taberna tollit mensa episcopi Cracoviensis, de tribus autem tollit cantoria Visliciensis, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

CONIECZMOSTY, villa sub parochia ecclesiae collegiatae sita, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis mensae episcopali Cracoviensi. Item sunt ibi hortulaniae habentes agros, de quibus decima manipularis solvitur cantoriae Visliciensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam; item est ibi praedium regale, de cuius agris tollit decimam manipularem ecclesia parochialis in Sidlow, cuius valor ad sex marcas aestimatur.

WAWROWYCZE. Item cantoria Visliciensis habet habereque consuevit vicariam perpetuam in ecclesia Visliciensi, cuius unicus est patronus cantor Visliciensis pro tempore, quam nunc tenet Stanislaus de Dzerzkowicze, quae pro sua dote habet decimam manipularem in villa Wawrowicze, sub parochia ecclesiae Visliciensis sita, post tres cum medio laneos cmethonales, qui vocantur Zaduszni, et quorum proprietas ad decanatum Sandomiriensem pertinet, et ducunt illam cmethones in horreum a vicecantore locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, aestimata ad quatuor marcas. Item sunt ibi alii undecim cmethones, quorum haeres Petrus Stawiszky, nobilis de domo Accipitrum; item taberna habens agros, de quibus decima manipularis solvitur scolastriae Visliciensi, aestimata ad duodecim marcas, item praedium ibi unum militare, quod solvit decimam manipularem ecclesiae in Slyanczyn. Item cantoria praefata habet duas

areas in oppido Vislicia, in quibus quondam pulchrae fuere domus, una in coemeterio, altera in platea Sidlowska, domui advocati Visliciensis ab una, et Jagelcze partibus ab altera contigua, item habet cantoria praefata unum pratum bonum in haereditate villae Chotel, vocatum Cantorowka, quod arendatur pro una sexagena.

Item cantoria praefata iuxta vetera et nova regestra taxata est ad viginti marcas.

Scolastria Wisliciensis.

Scolastria Visliciensis tertia dignitas, seu personatus in ecclesia praefata quam nunc obtinet Nicolaus de Boleslawyecz, vir honorabilis, quae pro sua dote atque fundo habet praedium optimum in Cuchary.

Kuchary, villa ante pontem et aggerem Visliciensem, ad illustrissimum Poloniae regem pertinens, sub parochia ecclesiae Visliciensis sita, in cuius fine est praedium optimum, quod est fundus scolastici Visliciensis, in quatuor campos distinctum, quod scolasticus Visliciensis suo colit aratro et sumptu, habens illic curiam bene aedificatam et prata; de agris autem praedialibus solvit scolasticus decimam manipularem suo vicario Visliciensi, quae villa sub parochia ecclesiae Visliciensis sita est.

Wawrowycze, villa sub parochia ecclesiae collegiatae de Vislicia sita, cuius haeres Petrus Stawyszky, nobilis de domo Accipitrum, in qua sunt undecim lanei cmethonales, item taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Visliciensi, et ducunt illas cmethones propriis curribus in horreum a scolastico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad ... Item sunt in eadem villa tres lanei vocati Zaduszny, ad proprietatem decanatus Sandomiriensis pertinentes, ultra alios laneos militares distincti, de quibus census decano Sandomiriensi, decima vero manipularis cedit vicecantori Visliciensi, aestimata ad quatuor marcas; non sunt ibi hortulaniae, item praedium militare ibidem, quod decimam manipularem solvit ecclesiae parochiali in Slyanczin.

Panczelycze, villa sub parochia ecclesiae de Sczeworzisz sita cuius haeres Joannes Panczeliczsky, nobilis de armis Grzymala, in qua scolasticus Visliciensis habet unum laneum liberum, a laneis militaribus distinctum, qui pro annuo censu solvit scolastico duas marcas, et nihil laborat, decimam autem manipularem solvit de agro suo.

Kamyona, villa sub parochia ecclesiae de Sokolina sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum et episcopatum Cracoviensem perpetuo pertinet, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, item praedium episcopale,

item taberna habens agros, item molendinum habens agros, de quibus omnibus absque diminutione percipit decimam manipularem scolastria Visliciensis, et ducunt illam incolae propriis curribus in horreum a scolastico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad sedecim marcas.

CHARBYNOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Szokolina sita, cuius haeres Stanislaus de Thanczin, nobilis de domo Bippennium, in qua sunt quinque cum medio lanei cmethonales; item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis scolastriae Visliciensi, et ducunt eam incolae in horreum a scolastico locandum propriis curribus et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad septem marcas. Item est in eadem villa curia una militaris, habens agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Szirchoslawicze.

SWOSZOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Czyarnoczyn sita, cuius haeres Paulus Szwoszowsky, nobilis de domo Griffonum, in ea villa est unus laneus integer, cuius medietatem incolit praefatus Paulus Szwoszowsky, et medietatem cmetho, de quo decima manipularis cedit scolastico Visliciensi, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam, de aliis autem agris cmethonalibus et praedialibus cedit decima manipularis ecclesiae parochiali et eius rectori S. Jacobi in Casimiria, iuxta Cracoviam.

KOCZINA, villa, habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Sinowyecz de armis Antiquorum Equorum, et Jacobus Koczinsky de armis Rastrorum, in qua sunt duo ieruga alias *stayanya* agrorum, de quibus decima manipularis solvitur scolastico Visliciensi.

MAKOWA, fluvius est seu rivus in flumine Nyda circa et prope Visliciam consistens, cuius longitudo protenditur a ponte, supter quem idem fluvius Makowa decurrit, usque quo praedium scolastici dictum Cuchary pertranseat; huius fluvii latitudo et longitudo, plena proprietas et dominium pertinet ad scolasticum Visliciensem pro tempore, sive illius usum sibi malit retinere, sive arendare; consvevit autem illum arendare tribus piscatoribus, quoniam in tria loca distinctus decurrit, et quilibet piscator solvit sibi pro censu mediam marcam.

SOKOLINA, villa, habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Petrus Szokolinsky, nobilis de armis Accipitrum, in qua sunt tria ieruga alias *stayanya* agrorum, de quibus decima manipularis solvitur scolastico Visliciensi.

Vicescolasticus.

Item scolasticus Visliciensis habet habereque consvevit perpetuum vicarium sive vicescholasticum in ecclesia Visliciensi, cuius ipse scholasticus unicus est collator et patronus, quem vicariatum nunc obtinet Nicolaus de Boleslawyecz, pro quo et suo solario consvevit tollere decimam manipularem in Cuchary, post agros praediales scholastici Visliciensis, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item superioribus annis scholasticus Visliciensis vicarium non habuit, sed magister scholae Visliciensis vicarii officium, si presbyter erat, per se ipsum, si minus, per unum ex vicariis implebat; verum Petrus de Walkow tunc scholasticus Visliciensis, sentiens id dispendiosum atque iniuriosum ecclesiae, specialem vicarium instituit, de capituli Vieliciensis consilio, impleturum officia ecclesiae, et alium magistrum scholae negotia scholarum tractaturum.

Magister scolae.

De scolae magistro scolasticus Visliciensis providet pro suo beneplacito, cui pro suo annuo solario dat dareque tenetur tres marcas de proventibus suae scolastriae. Item eidem scholae magistro ecclesia Visliciensis dat dareque tenetur unam marcam de petitorio sive trunco.

Item scholastria Visliciensis praefata iuxta vetera et nova regestra taxata est ad quindecim marcas.

Custodia Wisliciensis.

Quarta Visliciensis ecclesiae dignitas sive personatus, quam in praesentiarum Johannes Goslawsky de Goszlaw, nobilis de domo Wieniawa tenet, quae ex ecclesia parochiali in Chotel tunc ampla et fructuosa fundata est atque dotata, et eiusdem ecclesiae parochialis villam, quam primariam pro sua dote habebat, videlicet Chotel et septem decimas manipulares videlicet: in Chotel, Dobrowoda, Baranow, Gadawa, Byelicza, Holucza et suburbio Visliciensi sortita, unde et in signum huiusce rei, praefatae ecclesiae in Chotel unicus est collator et patronus custos Visliciensis pro tempore.

Chotel, villa, a qua fluvius qui subter illam decurrit, denominatur, habens in se parochialem sub titulo Sancti Stephani regis et confessoris ecclesiam, in qua sunt novem lanei cmethonales, ad custodem pertinentes, quorum quilibet pro censu pro festo S. Martini solvit septem scottos melioris monetae, item triginta ova, item duos caseos, item duos gallos, item

duas mensuras avenae de Visliciensi mensura; item quilibet cmetho de laneo a festo S. Joannis Baptistae, usque ad festum S. Michaelis laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro; ducturas etiam faciunt, sed ad rationem dierum in septimana debitorum. Item est in eadem villa taberna habens agros ad unum laneum aestimatos, item pratum, quae a laboribus et ducturis absoluta, solvit pro censu tres marcas, in utraque *powaba* laborans; item est molendinum habens aliquos agros, quod solvit pro censu tres marcas, aut metretas, quod Johannes Dlugosch reperiens haereditarium, viginti marcis redemit et in libertatem vendicavit; item hortulaniae in eadem villa non sunt. Item est ibi ecclesia parochialis, cuius custos Visliciensis pro tempore est unicus patronus, quam Johannes Dlugosch ligneam et putridam reperiens, muro pulchro lapideo fabricavit, vitris et casulis et calicibus et imaginibus, aliisque clenodiis adornavit, et in singulis partibus testitudinavit atque cocto latere texit; item est ibi praedium custodis cum optimis pratis, ex cuius agris et molendinatoris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Chotel; item curia cum pomerio, item sunt ibi duo lanei episcopales, episcopo Cracoviensi pro tempore censum et labores solventes, et pratum episcopale optimum et amplum vocatum Dobrowodka; item omnes lanei cmethonales, tam episcopales quam custodis, et agri tabernatoris solvunt decimam manipularem custodi et acervos ad locandum eam disponunt et propriis curribus eam in huiusmodi acervos inducunt, et decimam canapi solvunt per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; item est piscina optima per Johannem Dlugosch marcis trecentis laborata, cuius meatum subterraneum alias *ponyk*, idem Johannes Dlugosch magno sumptu et labore clausit. Item plebanus habet speciales agros et prata et hortos, item villa praefata habet bona gaya, et confinat cum suburbio Visliciensi et villis Gluszice, Holucza, Byelcza, Dobrowoda, Pyaszek, Byedrzichowicze, a quibus omnibus illam praefatus Johannes Dlugosch per scopulos disterminavit; item praepositus, cantor et praebendarius Sancti Martini de Vislicia habent in eadem haereditate sua prata; item in eadem villa iuxta gayum custodis fuit et est pratum litigiosum alias *szwadna*, quod propter funus mulieris ibi repertae litigiosum, quod ad villam Byelczow pertinebat, sed illud Johannes Dlugosch senior, custos Visliciensis ab eius haerede Johanne Obulyecz triginta marcis redemit et custodiae Visliciensi reintegravit, de quo habetur littera iudicialis in ecclesia Visliciensi.

Dobrowoda, villa de proprietate episcopi Cracoviensis, habens in se ecclesiam parochialem, filialem ecclesiae matricis de Chotel, ad quam superioribus annis villae Dobrowoda, Lganow, Baranow et Gadawa iure parochiali pertinebant, quae per Joannem Grothonis erecta est,

episcopum tunc Cracoviensem, et dotata, et per Florianum episcopum etiam Cracoviensem lapide fabricata, in qua sunt octo lanei, septem quidem cmethonales, octavus vero plebani, qui quondam erat cmethonalis, de quibus omnibus absque aliqua diminutione decima manipularis solvitur custodiae Visliciensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad decem marcas. Item non sunt in eadem villa hortulaniae, item est una taberna habens agros ex praedio episcopali illi largitos, de quibus decimam manipularem solvit ecclesiae in Dobrowoda; item est ibi curia et praedium episcopale habens agros, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae et plebano loci eiusdem in Dobrowoda; item plebanus habet aliquas pecies agrorum in postico suae domus, de quibus non decimat custodiae Visliciensi, quia erant quondam praediales ex praedio episcopali.

Baranow, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius proprietas et dominium ad episcopatum Cracoviensem pertinet, in qua sunt decem et novem lanei cmethonales, item praedium episcopale de aliquot laneis, item taberna habens laneum, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum locandum, et solvunt decimam canapi de laneo per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad viginti marcas. Item unus laneus ibi specialis ecclesiae et plebani de Dobrowoda, non computatus inter laneos cmethonales et tabernae supra descriptos, qui cum omni iure et cum decima manipulari spectat ad plebanum, solvens decimam manipularem eidem ecclesiae et plebano in Dobrowoda, eo quod erat quondam praedialis; item non sunt in praefata villa hortulaniae.

Gadawa, villa sub parochia ecclesiae de Dobrowoda sita, cuius haeres Joannes Felix de Tarnow, castellanus Visliciensis, nobilis de domo Leliwa, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi et per cmethones villae propriis curribus conducitur in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad septem marcas. Item est in eadem villa una hortulania, de qua decima manipularis cedit ecclesiae et rectori alterius partis Omnium Sanctorum in Cracovia, qui pro dote habet ligneam .... Item non est in eadem villa taberna, sed praedium unum militare est, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae Omnium Sanctorum mediae partis domus ligneae.

Byelczow, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeres Joannes Obulyecz, nobilis de domo Odrowansch, in qua sunt sex cum medio lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi et per incolas

ducitur propriis curribus in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad sex marcas; item in eadem villa non sunt hortulaniae. Item in eadem villa est praedium militare et curia habens agros, de quibus decima manipularis abstracta est ab ecclesia in Chotel, ad quam spectabat iure parochiali, et solvitur ecclesiae parochiali et plebano in Michalow per usurpationem.

Holucza, villa sub parochia ecclesiae de Chotel sita, cuius haeres Derslaus Sborzensky, nobilis de domo Cygnorum, in qua sunt decem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item unum molendinum habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Visliciensi et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a custode locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad decem. Item tres sunt in eadem villa hortulaniae, quae de agris praedialibus locatae sunt, decimam ecclesiae parochiali in Chotel........ Item est in eadem villa curia militaris una, habens praedium, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali et plebano in Chotel, et aestimatur valor eius ad sex marcas.

Suburbium Wisliciense alias Przedmyescze.

Item custodia Visliciensis habet habereque consvevit vicarium seu vicecustodem perpetuum in ecclesia Visliciensi, cuius custos Visliciensis unicus est collator et patronus, quam nunc obtinet Stanislaus Chroberzsky, quae pro sua dote habet decimam manipularem in suburbio Visliciensi, quod sub parochia ecclesiae parochialis S. Laurentii extra muros Vislicienses est situm, in quo sunt sex cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus absque diminutione solvitur decima manipularis vicecustodiae Visliciensi et per possessores propriis curribus ducitur in horreum a vicecustode locandum, et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas. Item decimam canapi non solvunt, item non sunt in eodem suburbio neque hortulaniae, neque tabernae, neque molendina, neque praedia; item in eodem suburbio est plebanus S. Laurentii, habens unum laneum integrum.

Item custodia Visliciensis iuxta antiqua et nova regestra taxata est ad viginti marcas.

Item custodia Visliciensis et eius custos pro tempore habet pro mansione sua et residentia duas areas, quarum utramque Johannes Dlugosch senior custos Visliciensis existens, cum alias nullum habuerit custodia Visliciensis locum et domicilium, eidem perpetuo adiunxit, et unam quidem habet aream latam et spatiosam macellis contiguam, in qua quondam fuit habitatio mansionariorum vicariorum Visliciensium, per Jaszkonem de Tarnow

castellanum Cracoviensem, eis collata, et in custodiam Visliciensem, ex quo idem Johannes Dlugosch meliori situ coempto, vicariis novam fabricavit, ex muro domum translata, in qua possent duae habitationes sufficienter collocari. Item habet custodia Visliciensis alteram aream satis competentem, muratae domui vicariorum contiguam, quam idem Johannes Dlugosch custos Visliciensis, partim apud Johannem Ranoguth, partim apud filias Bednarcze propriis pecuniis coemit et libertavit, et sorti ecclesiasticae atque custodiae Visliciensi perpetuo adiunxit.

Praebenda Drocheczska.

Praebenda Drocheczska Visliciensis prima, a villa Drochecz, in qua est eius principalis decima manipularis, denominata, quam nunc obtinet Albertus de Nova Civitate, decretorum Dr. et rector ecclesiae parochialis in Pyotrawin, non habet aliquem fundum villae aut praedii pro suo fundo, sed habet sex decimas manipulares in villis infrascriptis.

Drochecz, villa sub parochia ecclesiae de Radlow parochialis sita, cuius haeredes Sigismundus Bobowsky, nobilis de domo Griffonum, et Johannes Zabawsky de domo Zabawa, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item unum molendinum habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt eam incolae propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad duodecim marcas; est ibi una curia militaris habens praedium, quod solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Ottwinow.

Zabawa, villa sub parochia ecclesiae parochialis de Radlow sita, cuius haeredes Sigismundus Bobowsky et Joannes Zabawsky superius descripti, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt illam incolae propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad quinque marcas.

Swirczkow, villa sub parochia ecclesiae de Gory sita, cuius Adam Swirczkowsky, nobilis de domo . . ., in qua sunt certi campi, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Visliciensi, cuius valor aestimatur ad unum fertonem.

Prosznyowicze, alias Wolya Prosznyowska, villa sub parochia ecclesiae de Radlow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopatum Cracoviensem pertinet. Hanc villam in palude et pratis sitam, Sbigneus cardinalis

et episcopus Cracoviensis, in alium locum aptiorem, ad ripam videlicet borrae Radloviensis transtulit, et de sterili villa optimam effecit; habebat autem antiqua villa tres laneos cmethonales, de quibus solvebatur et nunc villa translata solvit decimam manipularem et canapalem per quatuor ierugas, et ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas; item fuerunt et nunc sunt alii duo lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem capellae Beatae Mariae Magdalenae in Cracovia, item alii duo lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Radlow; item non est ibi praedium, neque hortulania, neque taberna, neque molendinum; novalia solvunt episcopo.

Ruthka, villa sub parochia ecclesiae de Radlow sita, cuius in una parte haeres Slanka, nobilis de domo Kopaschyna, qui habens illic curiam et praedium, solvit decimam manipularem de praedio ecclesiae parochiali in Radlow. Sunt illic quatuor hortulaniae habentes agros, item una taberna etiam habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et ducitur per incolas in horreum canonici, et valor eius aestimatur ad unam sexagenam. Item in altera parte villae dominium pertinet ad abbatem et monasterium Thyniciensem, in qua sunt quatuor lanei cmethonales et una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Opathkowicze prope Melstin, et valor eius ad quatuor aut quinque marcas aestimatur; item abbas habebat praedium in eadem villa, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in suum horreum inducit.

Wyrzchoslawycze, villa, habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeres Barthossius Charbnowsky, nobilis de domo Szulima, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a canonico locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae praefatae aestimatur ad octo marcas. Item est ibi curia militaris una tantummodo, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in eadem villa Wirzchoslawicze, item taberna . . ., item hortulani . . .

Comorow, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, cuius haeres Bartholomaeus Charbinowsky, nobilis de domo Szulima, in qua sunt aliqui campi cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt illam propriis curribus cmethones in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad fertonem. Item non est in eadem villa militaris curia, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt.

Vicaria Praebendae Drocheczska.

Lanka. Item praebenda praefata Visliciensis dicta Drocheczska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in eadem ecclesia Visliciensi, quam nunc tenet Stanislaus de Bodzanczin, cuius unicus patronus et collator est canonicus praefatae praebendae pro tempore, quae pro sua proprietate et dote habet decimam manipularem in villa Lanki prope Radlow; haec villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita est, cuius haeredes Nicolaus et Johannes Lanczssczy, nobiles de domo Streparum, in qua sunt octo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item quinque hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicariae praefatae et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a vicario locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item est in eadem villa una tantummodo curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Jurkow supra Dunayecz sitae. Item praebenda praefata non habet domum, neque aream in Vislicia.

Item praebenda praefata iuxta nova et antiqua regestra taxata est ad . . . .

Praebenda Strozyczska.

Praebenda secunda Visliciensis Strozyczska appellata, quoniam in Strosziska habet decimam principaliorem, quam nunc tenet Johannes Dzik de Kadlub, nobilis de domo Doliwa, item praebenda praefata habet quinque decimas manipulares in quatuor villis infrascriptis et praedium in Parszkaszicze.

Strozyska, villa, habens in se ecclesiam parochialem honori et titulo Sanctorum Omnium dicatam, fabricatam ex lapide per Michaelem militem, ipsius villae tunc haeredem, nobilem de domo Polukoza, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item duae hortulaniae etiam habentes agros, de quibus omnibus redditur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad sedecim marcas. Item est praedium regium in eadem villa, de cuius agris decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali ibidem in Strosziska, et valor eius ad quatuor marcas.

Uczeszkow, villa sub parochia ecclesiae de Strosziska consistens, cuius proprietas ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt undecim

lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad septem marcas. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, item non est molendinum.

Gorky, villa sub parochia ecclesiae de Stroszisk a sita, cuius haeres Joannes de Rythwyani, regni Poloniae marsalcus, nobilis de domo Accipitrum, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales inclusa taberna, quae etiam colit agrum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor decimae aestimatur ad quindecim marcas. Item non est praedium aliquod ibi militare, sed si quando agri deserti pro curia coluntur, de illis datur decima manipularis pro canonico in *gonithwam*; item non sunt ibi hortulaniae, neque molendinum.

Wolya Byedrzychowska, villa sub parochia ecclesiae de Stroszisk sita, quae a plurimis annis ob aquae penuriam extat deserta, et nec vestigia antiquorum inhabitatorum in ea cernuntur, cuius haeres praefatus Johannes de Rythwyani regni Poloniae marsalcus; coluntur autem agri eius per cmethones de Byedrzychowicze et alios incolas. villarum vicinarum, de quibus solvitur decima manipularis, sed trifarie, nam de aliquibus agris tollit eam praesens praebenda Vislicensis, de aliquibus vero mensa episcopi Cracoviensis, de aliquibus vero . . . .

Parszkaszycze, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow prope Nydam sita, cuius haeres Stanislaus Ligansza, nobilis de armis Polukoza; in hac villa habet praebenda Visliciensis Strosziczska unum praedium cum agris et pratis liberum, nec alicui tributo aut solutioni obnoxium, distinctum in campis et pratis, quod vel solus canonicus colit proprio aratro, vel alteri sub annuo censu arendat, cuius quidem praedii agri ad duos laneos vel citra aestimantur; de his autem agris praedialibus canonicus pro tempore nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Arendatur autem huiusmodi praedium una cum decima manipulari ex eo proveniente per canonicum pro tempore, interdum pro duabus sexagenis, interdum pro tribus marcis.

Vicaria Praebendae Stroszyczska.

Praebenda Visliciensis Stroszicz ska habet habereque consvevit perpetuam vicariam in ecclesia Visliciensi, cuius nunc vicarius est Stanislaus de

Pleszow, sacerdos, quae pro sui dote habet decimam manipularem in Madrzechow, cuius canonicus pro tempore unicus est patronus.

Mandrzechow, villa sub parochia ecclesiae de Boleslaw sita, cuius haeres Johannes Lipniczsky, nobilis de domo Polukozya, in qua non sunt lanei emensurati, neque distincti, sed sunt in illa decem cmethones habentes agros, secundum magis aut minus, neque ordinate illos colentes, sed pro proprio arbitrio et voluntate, de quibus omnibus solvunt solvereque tenentur decimam manipularem vicariae Visliciensi praefatae, et in horreum conducere a vicario locandum. Verum quia villa praefata in loco basso sita, et fluvius Visla undis et alluvionibus inflatus frequenter eius segetes devorat, incolae villae praefatae, ex pacto cum vicario pro tempore inito, solvunt sibi pro illa et eius iure annis singulis duas marcas. Item in eadem villa non est praedium militare, neque taberna, neque hortulania; item praebenda praefata non habet domicilium in oppido Visliciensi.

Item praebenda praefata iuxta antiqua et nova regestra taxata est ad . . . .

Praebenda Wyduchowska.

Tertia praebenda Wisliciensis Widuchowska vocatur, principalis etenim decima sua in villa Widuchowa consistit, a qua et praebenda appellationem sumpsit; eam nunc tenet Nicolaus Obulyecz de Brunoczicze, nobilis de domo Odrowansch, quae pro sua dote et proprietate non habet aliquam villam, sed tantummodo decimas manipulares cuiuslibet grani in villis infra descriptis.

Wyduchowa, villa sub parochia ecclesiae de Janina sita, cuius haereditas et dominium pro una medietate pertinet ad Johannem Naschian de Ostrowcze, nobilem de armis Bippennium; pro altera autem medietate pertinet ad Petrum Myedzigorsky, nobilem de domo Kopaszina, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item hortulaniae etiam habentes agros, et de ea quidem medietate, quae est Johannis Naschian, solvunt cmethones decimam manipularem et canapalem per quatuor ierugas praebendae praefatae, ducendo illam in horreum, et valor eius aestimatur ad octo marcas; in altera autem medietate, quae est Johannis Myedzigorsky, solvunt eam vicariae Visliciensi, ad praebendam praefatam pertinenti. Item in eadem villa sunt duae curiae militares tantummodo, habentes duo praedia, videlicet Johannis Naschian et Petri Myedzigorsky, et agri utriusque praedii solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali et eius plebano in Janina, et valor eius aestimatur ad . . .

STAMPOCZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Lubczya sita, cuius haeres Nicolaus Rosza de Dworzischowicze, castellanus Zawichostensis, nobilis de domo Rosarum, in qua sunt septem lanei cmethonales, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Visliciensi Widuchowska, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad decem marcas; item non est in eadem villa taberna, neque molendinum. Item est in eadem villa una tantummodo curia militaris, habens agros praediales, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Dziekanowicze prope Wyeliczkam, cuius valor aestimatur ad duas marcas; item eadem praebenda Widuchowska non habet in Wislicia aliquam domum pro sui recollectione.

Item praebenda praefata iuxta vetera et nova regestra taxata est ad . . . .

Vicaria Praebendae Wyduchowska.

Praebenda Visliciensis Widuchowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Visliciensi, quam nunc tenet Johannes Grabya, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quae pro sua proprietate et dote habet medietatem decimae in Widuchowa et decimam manipularem integram in Podborowicze.

WYDUCHOWA, villa sub parochia ecclesiae de Janina sita, cuius duo haeredes videlicet Johannes Naschian, nobilis de armis Bippennium, habens medietatem villae, in qua sunt octo lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem praebendae Widuchowska, ut in prioribus scripsimus; alter autem haeres Petrus Myedzigorsky, nobilis de armis Kopaschina, habens alteram medietatem villae, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicariae praefatae, et ducunt illam cmethones in horreum a vicario constituendum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor aestimatur eius ad octo marcas. Item duo praedia militaria in eadem villa solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Janina.

PODBOROWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Janina sita, cuius haeres . . ., nobilis de armis . . ., in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicariae praefatae Visliciensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a vicario locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad sex marcas; item non est ibi praedium militare, neque taberna, neque hortulania.

Praebenda Nyeprowska.

Quarta et ultima praebenda Visliciensis vocatur Nyeprowska, a principali decima cognomentum sortita, quam nunc tenet Matthias rector parochialis ecclesiae in Trzesznya, quae pro sua dote et proprietate habet tres manipulares decimas et quartam pro vicaria, quarum nomina et conditiones inferius describemus.

Nyeprowycze, villa sub parochia ecclesiae de Chroberz sita, cuius haeredes Joannes Nyeprowsky de domo Wyeniawa, item Stanislaus, item Czarnoczsky, item Przeczslaus, habentes quatuor praedia, de quibus omnibus solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali S. Laurentii ante Visliciam. Item est ibi unus laneus cmethonalis, largos habens campos, in quo quatuor cmethones resident; item sunt septem hortulaniae, habentes campos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae et canonicatui praefatis et per incolas ducitur propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item decimam canapi solvunt per quatuor ierugas de laneo. Est ibi una taberna habens agros, cuius proprietas pertinet ad ecclesiam et plebanum S. Laurentii ante Visliciam, quae pro censu et pro decima manipulari solvit eidem plebano S. Laurentii duas marcas annuatim.

Rudawa, villa sub parochia ecclesiae de Chroberz sita, cuius haeredes Jacobus et Johannes de Myedzigorze, nobiles de armis Kopaszina, in qua sunt duo lanei cmethonales cum dimidio laneo; item est ibi una taberna, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae praefatis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor decimae aestimatur ad quatuor marcas. Item sunt ibi duae curiae militarium et duo praedia, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali S. Laurentii ante Visliciam.

Vicaria Praebendae Nyeprowska.

Zakrzow. Item praebenda Visliciensis Nyeprowska praefata habet habereque consvevit perpetuam vicariam in eadem ecclesia Visliciensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Nicolaus Paczonowsky, quae pro sua dotatione unam tantummodo habet decimam manipularem in villa Zakrzow, quae sub parochia ecclesiae de Młodzowi sita est, cuius haeres Crzeslaus de Curoszwanky, nobilis de armis Rosarum, in qua sunt lanei cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis vicariae Visliciensi

praedictae, et cmethones ducunt eam propriis curribus in horreum a vicario locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item est in eadem villa una curia militaris, unum habens praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Mlodzowy; item praebenda praefata non habet aliquam domum seu aream in oppido Visliciensi, in qua posset residere.

Item praebenda praefata Nyeprowska iuxta vetera et nova regestra taxata est ad ....

Habitatio, necnon domus vicariorum Visliciensium, per Johannem Diugosch Seniorem, custodem Visliciensem et canonicum Cracoviensem, ex lapide quadro et latere cocto Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo murata.

Tristis et misera, si veterum famae et conditioni standum est, fertur fuisse priscorum vicariorum Visliciensium ecclesiae conditio, qui nullam habentes habitationem in communi aut privato stabilem, sedibus et locis incertis per oppidum Visliciense pretio aut prece cameras et mansiones arendando vagabuntur, quo eveniebat, ut neglectus plurimi in ecclesiastico officio tam nocturno, quam diurno a vicariis per loca diversa sparsis, omnifarii committerentur, post longi temporis, ex quo Visliciensis ecclesia fundata est, decursum, dum nemo alius id curae haberet, Johannes alias Jasszek de Tarnow, castellanus Cracoviensis vir nobilis frugi et religiosus de domo et nobilitate Lelivitarum, ammoturus, pro habitatione vicariorum communi haereditariam illis aream non solum perpetue largitus est, sed cum illa ob aretitudinem spatii minus vicariorum capax foret; alteram apud Lyganszam palatinum Lanciciensem aream suae vicinam coemens, domum propriis sumptibus pro vicariorum habitaculo in duabus huiusmodi areis iuxta macella regia sitis, aedificavit; sed cum haec quoque ob frequentia incendia, quibus oppidum Visliciense flagrabat, in cineres redigeretur, et vicarios Vislicienses contingeret, ob id sumptibus ad excitandum novum aedificium deficientibus, in loca varia dispergi et ecclesiam ac plebem Visliciensem in suis aedificiis et re divina et salute animarum negligi et fraudari, Johannes senior Dlugosch de Czarnoczin pietate et compassione religiosa motus, duabus domibus, coemeterio contiguis, apud Johannem Ranoguth et filias Bednarcze coemptis, et regia auctoritate atque civili ad eius instantiam libertatis, ut ministris Christi sicco vestigio, quos alias sub opacis noctibus per lubrica gradum facere oportebat, adire templum liceret, novam domum a fundamentis initians, lapide simplici et quadrato, deinde latere Anno Domini 1460 pro sempiterno memoriali prohibiturus, exustiones fortuitas et caumata, expendendo in illius

consummationem duo marcarum millia, fabricavit, quam duodecim canonicis pro totidem vicariis illam inhabitaturis, stuba libraria caminata, triplici sala, sex cellariis, coquina, balneo, vitro, fonte, secreto, tegmine insuper laterico, quod eius conflagrationem, dum Anno Domini 1471. die XIX Augusti universum oppidum Visliciense proprio nocturno et subito igne arsisset, egregie avertit, reddidit insignem. Tale autem ac tantum beneficium vicarii Vislicienses praesentes, et quos habebit postera successio in parte aliqua recogrituri, non sibi tantummodo sed et parentibus suis Johanni Dlugosch de Nyedzelsko et Byeatae de Borowno, item Bartholomaeo de Klobuczsko, patruo germano, item Johanni Dlugosch iuniori, canonico Cracoviensi fratri germano, caeterisque omnibus progenitoribus, fratribus et successoribus suis, singulis hebdomadis unam missam defunctorum feria quarta ordinarie per vicarios Vislicienses legenda, item impositionem collectae penultimae pro defunctis in qualibet die feriata et non feriata, et in qualibet matura missa, quae sonore cani consvevit, explendam; item in quibuslibet quatuor temporibus vigilias novem lectionum cum missa defunctorum per quemlibet ex vicariis singillatim peragenda, pari passu et in die obitus praefati Johannis Dlugosch anniversarium perpetuum quotannis per vigilias novem lectionum et missam a quolibet vicariorum agendam instituunt, et per litteram specialem ad omnia suprascripta complenda se obligant, et veterem aream pro custodia Visliciensi perpetuo resignant, cuius pro evidentiori verificatione praemissorum inseruimus copiam et exemplar.

In Nomine Domini Amen.

Ad perpetuam rei memoriam. Cum labilis sit omnis rerum humanarum status et actio, nisi illas perennet, quatenus apud posteros crebrius valeant, innovari perpetuitas literarum. Proinde Nos Gallus de Wartha, viceprae-positus, Stanislaus de Dzerzskowycze, vicecantor, Stanislaus de Nyepolomicze, vicescolasticus, Stanislaus de Oppathowyecz, vicecustos, Joannes Grabya de Machczyno, Nicolaus Paczonowsky, Nicolaus Syedleczsky de Kobilnyky et Nicolaus Gyemyelensky vicarii perpetui ecclesiae Sanctae Mariae Visliciensis dioecesis Cracoviensis, significamus tenore praesentium, quibus expedit universis tam praesentibus, quam futuris, qualiter diligenti et exacta recensentes consideratione, quod venerabilis dominus Joannes senior Dlugosch, custos Visliciensis canonicus Cracoviensis, ad honorem Omnipotentis Dei et gloriosae eius genitricis Virginis Mariae ecclesiae quoque Visliciensi commoditatem et stabilimentum, comparata pro nobis et universitate vicariorum Visliciensium ad numerum duodecim personarum amplianda in civitate Visliciensi domo et area aciali

in platea Cracoviensi, ciminterio confrontata, apud providum Johannem Ranoguth, civem Visliciensem, pro certa pecuniae quantitate, ipsam etiam per illustrissimum principem dominum Casimirum, Poloniae regem, magnum ducem Lithvaniae, Russiae, Prussiaeque dominum et haeredem, et consulatum Visliciensem absolutione perpetua ab omnibus oneribus et solutionibus universis libertari, plateam quoque domum ipsam et ciminterium publica strata intersecantem, pro substantia et quiete ampliori domus praefatae, ut ciminterio sine ulla mediatione cohaereret, applicari apud praefatum consulatum Visliciensem obtinuit, ac ex muro coctili in ipsa area et plateae portione pulcherrimam domum gravi et difficili impensa sumptuose cameris, stubis, cellariis caeterisque atriis et officinis refertam, pro perpetua nostra et successorum nostrorum duodecim vicariorum Visliciensium inhabitatione, providens nostrae indemnitati, qui frequentibus damnis per exustionem civitatis Visliciensis subiacebamus, aedificavit; alteram quoque domum et aream apud Annam Gertrudim et Elizabeth, filias olim Doleatoris civis Visliciensis, coemens, pro curia, balneo, coquina, in usum nostrum habendis muro circumdans adiunxit, habitationique nostrae securitatem praestitit, et in ecclesiam transitum sub tempore praesertim hyberno, pluviali et nocturno compendinavit. Cupientes igitur pro tam pio in nos et successores nostros ecclesiam Visliciensem opere liberaliter effuso, praefato domino Johanni Dlugosch custodi Visliciensi memorato aliquo spiritualis retributionis officio, pro aliorum incitamento, pro nostrae et successorum nostrorum vicariorum Visliciensium possibilitatis modulo, utcumque respondere; unam missam defunctorum voce submissa, per unum ex collegio nostrae communitatis et successorum nostrorum singulis hebdomadis feriis quartis, aut quocumque alio die explendam, a primo usque ad ultimum ordinem continuando; item singulis diebus feriatis et non feriatis in missa matura, quam sonora cantamus voce, ad imponendam penultimam collectam pro defunctis videlicet fidelium, Deus in salutem animae praefati domini Johannis Dlugosch senioris, et in salutem animarum parentum suorum nobilium dominorum Johannis Dlugosch de Nyedzelsko et Byeatae de Borowno, et patrui sui germani honorabilis domini Bartholomaei rectoris olim parochialis ecclesiae in Klobuczsko, et venerabilis domini Johannis Dlugosch iunioris, canonici Cracoviensis fratris germani, omniumque praedecessorum et successorum generis sui, et omnium fidelium defunctorum huiusmodi missam maturam etiamsi pro defunctis caneretur, missam, quam legere tenemur, non evadendo; item in die obitus praefati domini Johannis Dlugosch senioris per quemlibet nostrum, unam missam legendam et vigilias sub novem lectionibus defunctorum, pro anniversario suo, pro ipsius domini Johannis Dlugosch senioris et suorum progenitorum, fratrum, consangvineorum,

benefactorum et omnium defunctorum; item pro anima honorabilis domini Nicolai olim plebani in Pelczíska unam tantummodo missam semel in anno, in crastino Sancti Martini confessoris, nos et quoslibet successores nostros legere et adimplere perpetuis temporibus obligatione perpetua et irrevocabili sub conscientia, et alias sub poena mortalis peccati astringimus et obligamus. Item ne domum tam insignem per inadvertentiam et negligentiam aut nostram aut successorum nostrorum in suis structuris pati detrimentum contingat, vel laesuram, ordinamus et statuimus, quod inhabitatores ipsius vicarii Visliciensis duodecim numero praesentes et futuri, in primo illius ingressu unum fertonem et consequenter in antea, singulis quatuor temporibus et annis quilibet duos grossos pecuniae currentis pro reficiendis aedificiis domus praedictae contribuant et contribuere sint astricti, quique pro huiusmodi pecunia communi conservanda unam habeant ladulam sub tribus clavibus, per vicepraepositum, vicescholasticum et vicecustodem pro tempore tenendis, quam unus frater de nostro gremio, qui ad hoc magis aptus et idoneus videbitur, et quem caeteri duxerint eligendum, conservabit, qui contributionem huiusmodi a fratribus ingressis et ingressuris exiget, et in reparationem domus praefatae et eius officinarum de fratrum caeterorum scientia et voluntate exponet. Quod si aliquis in solvenda huiusmodi contributione rebellis aut pertinax fuerit, omnibus portionibus ecclesiae, usquequo plenam satisfactionem impenderit, ipsum irremissibiliter decernimus puniendum. Item licet universitas nostra nonnisi octo vicarios iuxta numerum praelatorum et canonicorum ecclesiae Visliciensis in se contineat, si tamen processu temporis per devotionem et ordinationem cuiuscumque personae ecclesiasticae vel mundanae numerus vicariorum ecclesiae Visliciensis, quocumque pacto, causa, occasione vel respectu de quatuor vicariis auctus fuerit, illos ad inhabitandum nobiscum in domo praefata et ad consignandam cuilibet cameram specialem, ut duodenarius noster numerus iuxta desiderium praefati domini Johannis Dlugosch senioris impleatur, admittemus et admittere tenebimur, qualibet contradictione non obstante, singula onera et anniversaria domus praefatae nobiscum laturos, et ex aequo impleturos, non tamen participaturos nobiscum de portionibus quotidianis, oblationibus et quaestu, caeterisque nostris proventibus communibus, nisi per nos aut successores nostros forent admissi. Item, ut praefatus dominus Johannes Dlugosch senior, custos Visliciensis, vicissitudinem gratitudinis nostrae qualemcumque in se et successoribus suis custodibus Visliciensibus sentiat depromptam, sibi et custodiae suae Visliciensi suisque successoribus custodibus Vislicien., de domo nostra lignea et area veteri, iuxta macella carnium sita, quam hactenus inhabitabamus et de iure illius titulo proprietate et dominio, nihil nobis aut successoribus nostris, iuris, proprietatis et dominii

in eadem reservantes, non per errorem aut improvide, sed de certa nostra scientia, cessione et resignatione perpetua et irrevocabili cedimus et resignamus, et omne ius, quod nobis in eadem domo et area quomodolibet competebat, in dictum dominum Johannem Dlugosch seniorem velut custodem, suamque custodiam suosque successores custodes Vislicienses perpetuo transfundimus et derivamus; in cuius rei testimonium praesentes nostras recognitionis, ordinationis, obligationis et resignationis ac submissionis litteras, subscriptione circumspecti Christopheri Pauli de Dambowdzal, clerici Cracoviensis dioecesis, et publici imperiali auctoritate notarii, scribi et publicari, nostraeque universitatis sigillo iussimus communiri. Actum et datum Visliciae in domo habitationis nostrae solitae, die Mercurii, quindecima mensis Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, indictione decima quinta pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri Pauli, divina providentia prope Secundi, anno ipsius tertio hora nonarum vel quasi praesentibus.

Duo braxatoria. Vicarii Vislicienses habent pro communi mensa duo braxatoria lignea versus portam Cracoviensem, muro civitatis proxima, de quorum quolibet proveniunt eis annis singulis quatuor et amplius marcae. Item circa eadem braxatoria habent domum ligneam iure perpetuo illis donatam et inscriptam, quae arendata solvit eis annuatim unam cum media marcas.

Cuchary. Item praefati vicarii Vislicienses habent in communi praedium, cuius agri aestimantur ad unum laneum, in villa Cuchary in iure civili Visliciensi consistens, quod illis contulit Stanislaus alias Stano scolasticus olim Visliciensis, pro anniversario suo perpetuo, de quo vicariis solvitur una cum media marca annuatim, per agricolam agrorum huiusmodi arendantem; ratione cuius praefati vicarii in quibuslibet quatuor temporibus vigilias novem lectionum, et unam missam defunctorum pro anima praefati Stano scolastici singulis annis explere tenentur. Item de laneo praedicto datur decima manipularis episcopo Cracoviensi in *gonithwam*.

Suburbium Wisliciense. Item praefati vicarii Vislicienses habent in communi aliud praedium in suburbio Visliciensi circa Sanctum Laurentium in iure civili Visliciensi consistens, quod illis contulit Wlostiborius plebanus de Probolowicze, pro perpetuo anniversario, de quo vicariis solvitur pro annuo censu una marca; ratione cuius praefati vicarii singulis annis et in quibuslibet quatuor temporibus vigilias novem lectionum et unam missam defunctorum pro anima praefati Wlostiborii de Probolowicze explere tenentur. Item de laneo praefato datur decima manipularis vicecustodi Visliciensi in *gonithwam*.

Altare decem millium Martyrum.

Spectatae devotionis et religionis femina Anna, relicta Philippi civis de Vislicia, animae suae perpetuum remedium quaesitura, anno Domini 14 .... altare sub titulo millium Martyrum in ecclesia Sanctae Mariae Visliciensi de speciali voluntate et consensu Sbignei tunc episcopi Cracoviensis, fundavit et erexit, cui in dotem duo braxatoria in eodem oppido Visliciensi consistentia contulit, iuspatronatus vero dicti altaris in Johannem Glowacz de Oleschnica, regni Poloniae tunc marsalcum, et eius successores transfudit, ea tamen conditione, ut non possit alius, nisi unus de numero et gremio vicariorum Visliciensium praesentari et institui, de quo habetur ipsius Sbignei episcopi privilegium speciale.

Duo braxatoria. In oppido Visliciensi duo habentur braxatoria secus murum civilem, lignea, quorum quodlibet annis singulis quatuor marcas afferre, interdum quinque, nonnunquam sex marcas, iuxta pluralitatem aut paucitatem braxantium seu coquentium cervisias. Item altare praefatum per privilegium episcopale fundationis oneratum est; item altare praefatum taxatum est ....

Praebenda Sancti Nicolai.

Praebenda S. Nicolai in oppido Visliciensi fundata et erecta fuit ab antiquis et superioribus temporibus, extra ecclesiam collegiatam Visliciensem sita, speciale habens oratorium ligneum, contra chorum ecclesiae collegiatae et prope scolam situm, sed iam in stratam publicam conversum, cuius ego vidi et novi reliquias; quis autem dictae praebendae primarius fuerit fundator, nulli compertum habetur, collator tamen eius et patronus est illustrissimus Poloniae rex pro tempore; habet autem praebenda praefata pro sui dote unicam decimam manipularem in Boguczicze, et unum praedium. Item praebenda praefata licet perperam et iniuste incorporata est per Zophiam reginam Poloniae, capellae Sanctae Trinitatis in ecclesia Cracoviensi ab ea fundatae, processu temporis ad primaevum suum locum reditura.

Boguczycze, villa parochialem ecclesiam sub titulo Sancti Christoferi habens in se, quam quondam Casimirus Secundus, Poloniae rex, lapideo muro fabricare coeperat, sed morte perventus reliquit imperfectam, cuius dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae praefatae, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praebendario locandum, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas et valor aestimatur eius ad sedecim marcas.

Item in eadem villa sunt tres tabernae, quarum duae sunt regiae, tertia est plebani, sed non habent agros; item in eadem villa est curia regia habens praedium optimum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Boguczicze.

Item praebenda praefata S. Nicolai et eius oratorium per praebendarium pro tempore administratur et officiatur.

Item praebenda praefata taxata est ad ....

Praebenda Sancti Martini.

Praebenda Visliciensis S. Martini extra corpus ecclesiae collegiatae Visliciensis sita est, proprium habens ligneum oratorium, quam nunc tenet Johannes Rogula scolasticus Scarbimiriensis, quae pro sua dote habet duas decimas manipulares in villis Mankarzowicze et Budzischewicze, et unum pratum in villa Chotel, cuius patroni sunt Johannes Dlugosch senior de Mankarzowicze, nobilis de armis Wyeniawa, et Johannes de Budzischowicze, nobilis de armis Habdank, quo autem tempore et per quem fundata praefata praebenda et dotata fuerit, incertum habetur.

Mankarzowycze, villa sub parochia ecclesiae de Czarnoczin sita, cuius principalis haeres Johannes Dlugosch senior de Czarnoczin, nobilis de armis Wyenyawa, in qua sunt lanei novem cmethonales, item agri nobilium quinque in praedia divisi, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Sancti Martini, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praebendario locandum et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Budzyszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Czarnoczin sita, cuius haeres Joannes Budzisewsky, nobilis de armis Habdank, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, item taberna una, item duae hortulaniae habentes agros, item praedium unum militare habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a praebendario constituendum et decima canapalis solvitur per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad octo, aliquando ad decem marcas. Item praefata praebenda habet pratum bonum in haereditate Chotel custodis Visliciensis, quod aestimatur in suo valore ad unam marcam; item oratorium praefatum S. Martini per praebendarium pro tempore administratur et officiatur una missa.

Item praebenda praefata taxata est ad ....

Hospitale Wisliciense.

Fundatio Visliciensis hospitalis primariam suam originem coepit a biduo viris spectabilibus et religiosis, Jacobo videlicet de Zabow, decretorum Dre. canonico Cracoviensi, nobili de domo . . . . , molarem lapidem in campo coelestino pro insigni deferentium, et magistro Johanne Oszkowsky de Dobra, medicinae Dre, qui miserabilium personarum, in oppido Visliciensi degentium, conditioni compassi, hospitale illud a. D. 14 . . . de facultatibus suis iuste acquisitis, sub pontificatu Sbignei de Oleschnica cardinalis et episcopi Cracoviensis, fundarunt, et coemptis quibusdam proventibus, quos inferius annotabimus dotarunt, statuentes et volentes, ut praefati hospitalis regimen et gubernatio apud consules Vislicienses perpetuo consisteret.

Szedlyecz, villa sub parochia ecclesiae Visliciensis collegiatae, et ad fluenta fluvii Nida sita, cuius proprietas pro maiori parte ad cantoriam Visliciensem pertinet; alia vero medietas minor ad serenissimum Poloniae regem pertinet. In ea itaque media parte regis villae Szedlyecz est praedium Pauli notarii civitatis Visliciensis, in tres campos distinctum, habens prata specialia, censuale regi, et quod pro censu regio annuo solvere tenetur octo scottos pecuniae communis, et cuius quidem praedii agri ad duos laneos aestimantur. Hoc itaque praedium in villa Syedlyecz, duo praefati doctores Jacobus Zaborowsky et Johannes Oszkowsky pro quadringentis marcis latorum grossorum Pragensium a Paulo praedicto notario Visliciensis civitatis pecunia effectuali et numerata comparatum, hospitali Visliciensi donatione perpetua appropriarunt, annexerunt et incorporaverunt, quod a consulibus Visliciensibus et rectoribus Visliciensibus arendatum, solvit pro annuo censu hospitali Wisliciensi quatuor marcas communes, pro rege vero censu ultra hoc solvit octo scottos. Item de praefatis agris praedialibus hospitalis solvitur decima manipularis, et de quolibet laneo per quatuor ierugas canapalis cantoriae Visliciensi, et tenetur eam colonus praedii proprio curru ducere in horreum cantoris in Szyedlyecz.

Macella carnificum, macella sutorum in Wislicia. Pertinebat autem macella huiusmodi ad advocatiam Visliciensem iure perpetuo, et macella quidem carnificum solvebant pro annuo censu sex marcas communis pecuniae advocatiae Visliciensi, macella vero sutorum solvebant etiam eidem advocatiae unam marcam communis pecuniae. Hunc itaque censum septem marcarum, in utrisque macellis, praefatus magister Jacobus de Zaborow decretorum doctor canonicus Cracoviensis, ab Imramo advocato Visliciensi pro trecentis marcis latorum grossorum Pragensium, data venditori effectuali et numerata pecunia comparavit, et resignatio census praefati

in iure Theutonico supremo castri Cracoviensis in personam Matthiae de Grodzecz, vicarii Cracoviensis et executoris testamenti praefati doctoris Zaborowsky, est celebrata.

Administratur autem hospitale praefatum, quantum ad spiritualia, per collegium vicariorum Visliciensium, qui per unum ex suo numero in hospitali praefato duas missas singulis hebdomadis explent, daturque eis merces eorum laboris singulis annis, duae marcae et unus ferto, pro vini comparatione.

Residui autem omnes proventus in necessitates egenorum in praefato hospitali degentium, aut in profectus hospitalis convertuntur per consules Vislicienses, hospitalis gubernatores.

KIELCENSIS.

Tertium inter collegiatas ecclesias obtinet locum ecclesia Sanctae Mariae Kyelciensis,

quam Gedeon alias Getka felicis memoriae episcopus Cracoviensis, nobilis de genere et domo Griffonum, sui pontificatus tempore, et ex quadris molaribus lapidibus fabricasse, et ex bonis mensae episcopalis pro incremento bonorum Kyelciensium asseritur dotasse; nulla enim super his extant fundationis aut dotationis privilegia, aut per negligentiam priscorum, aut rabiem barbarorum, Thartarorum videlicet et Lithvanorum, usque ad locum illum penetrantium, aut per frequentia incendia suppressa et devorata. Sunt autem in ecclesia praefata quatuor praelaturae et sex canonicatus et decem vicariae, cum singulis vicariis, qui tam diurnas, quam nocturnas explent horas, et in quos est cura animarum late protendentis se parochiae translata, et de qualibet singillatim scribere ordiemur.

Praepositura Kyelciensis.

Primaria in ecclesia Kelcziensi dignitas praepositura, quam nunc obtinet Stanislaus de Swirądzicze nobilis de domo Zabawa, quae ex ecclesia parochiali in Swyathamarza, et eius decimis et proventibus in parte maiori fundata atque dotata est. Quapropter et dictae ecclesiae in Swyantha-

marza etiam in hanc diem retinet collationem, quae quondam inter ecclesias parochiales illius orae celebris fuerat et famosa, et quae pro fundo suo villam Grabkow habuerat, et quae data est praeposituræ Kelcziensi in fundum principalem et dotem.

Grabkow, villa sub parochia ecclesiae de Swyathomarza sita, fundus principalis praeposituræ Kelcziensis, curiam habens bene aedificatam, hortos, pomeria et prata, item agros praediales in quatuor campos divisos, de quibus decimam manipularem nulli solvit, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item in eadem villa sunt octo lanei cmethonales, et quilibet habens laneum solvit censum annuum pro praepositura Kelcziensi quatuor grossos propter brevitatem agrorum, item unum diem in septimana laborant proprio curru aut aratro; item duae hortulaniae habentes agros, qui non solvunt aliquem censum, sed unum tantummodo diem pedestres in septimana laborant pro Kelcziensi praeposito, item in eadem villa est tertia hortulania specialis, habens speciales agros, quae ad episcopatum Cracoviensem pertinet, quae nullum censum solvens, unum diem pedester in septimana pro episcopo Cracoviensi, decimam tamen manipularem de agris suis tenetur praeposito Kelcziensi reddere, et in suum horreum illam propriis curribus tenetur hortulanus inducere; item omnes cmethones et omnes hortulani villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem cmethones praeposituræ Kelcziensi, et eam propriis curribus in horreum praepositi in Grabkow tenentur inducere et valor eius aestimatur ad sex marcas.

Item villa praefata confinat cum villis episcopalibus, videlicet Dambrowa, Tharszěk, Craykow, Jeszorko, Dambno.

Lomno, villa, alter fundus praeposituræ Kelciensis, sub parochia ecclesiae de Swathamarza sita, in qua sunt tres lanei cmethonales ad praeposituram Kelcziensem pertinentes, quorum quilibet pro censu solvit praeposituræ per mediam marcam pro festo S. Martini. Item praefati cmethones praeposituræ Kielciensi solvunt decimam manipularem, et canapalem ecclesiae in Swathamarza, item sunt in villa praefata nobiles: Jacobus Karzel de domo Dambno, Stanislaus Dulek de domo Oksza, item Martinus Kuczek, Martinus Gosdz, Andreas Ottha de domo Tarnawa, item Paulus de domo Dambno, item Nicolaus de domo Oksza, qui de eorum praediis dant decimam manipularem ecclesiae in Swyathamarza, et etiam canapalem.

Swyatha Marza, villa ad fluvium Swiszlina sita, habens in se parochialem ecclesiam sub titulo Virginis Gloriosae Mariae dicatam, cuius unicus patronus est Kelcziensis praepositus, et quam a fundamentis Boguphalus Rogalya, filius Petri militis haeredis de Klonow, Vladislaviensis dioecesis de armis Rogalya praepositus olim Kielcziensis, petra murare, A. D. 1367. vigesima quarta Julii incipiens, morte praeventus imperfectam reliquit, cuius

proprietas pro una parte pertinet ad Cracoviensem episcopum, pro alia ad Kelcziensem praepositum, et est praefata villa tertius fundus praepositurae Kelcziensis, ex titulo autem ecclesiae et villa cognomen sumpsit, eo quod Poloni in exordio fidei Beatam Mariam Swyathamarza appellabant, in qua sunt tres cmethones, vel potius hortulaniae habentes agros, de quibus non solvunt aliquem censum praeposito, sed unum diem in septimana pedestres omnem laborem, quem iubentur, laborant. Item ex huiusmodi agris et hortulaniis solvunt decimam manipularem praeposito Kelcziensi; item episcopus Cracoviensis habet in praefata villa quatuor hortulanias et pratum episcopale, et praefatae hortulaniae habent proprios agros et prata, item tabernam unam habentem agros; et de omnibus solvitur decima manipularis pro episcopo Cracoviensi, item habet ibi episcopus piscinam et molendinum.

Rzepynek, villa sub parochia ecclesiae de Swyathamarza sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad abbatem pro tempore monasterii Calvi Montis, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Kelcziensi et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas, aliquando ad quinque aut sex. Item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, item non est aliquod praedium.

Szmyathka, villa sub parochia ecclesiae de Tarszek sita, cuius proprietas ad Cracoviensem episcopum pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item unus laneus tredecimus quondam cmethonalis, nunc scoltetialis, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis; sed anno quolibet eius solutio diversificatur, nam de primo campo datur praeposito Kelcziensi, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum, et valor aestimatur eius, dum hyemalia proveniunt ad sex marcas, dum vero aestivalia, ad quatuor marcas; item de secundo campo datur praebendae Kyelcziensi Schyradowskiey; item de tertio campo datur ecclesiae parochiali in Dambno. Item est ibi laneus quartusdecimus ad plebanum in Bodzaczin pertinens, liber a decima; item non est ibi praedium neque molendinum.

Rzepyn, villa, cuius medietas sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, et medietas sub parochia de Swyathamarza sita est, cuius proprietas et dominium ad monasterium et ad abbatem atque conventum Sanctae Crucis Calvi Montis pertinet, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Kelcziensi, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum, cuius valor aestimatur ad duodecim, aliquando ad quindecim marcas; item quatuor tabernae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis

praeposituræ Kelcziensi, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis praeposituræ Kelcziensi, item praedium ibi unicum coenobiale, de cuius agris solvitur etiam decima manipularis pro praeposito, eamque praepositus Kelcziensis percipit et in horreum suum inducit, et agri praediales ad tres laneos aestimantur.

Brzeszye, villa sub parochia ecclesiae de Swathomarza sita, quae ad proprietatem et dominium episcopi Cracoviensis pertinet, in qua sunt undecim lanei cmethonales, item est una taberna habens agros, item est unum praedium episcopale, inter et campos distinctum, ex quibus omnibus solvitur integraliter decima manipularis praeposito Kielciensi, et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, et valor aestimatur eius ad quatuordecim marcas. Item non sunt ibi hortulaniae, item non est molendinum.

Jadownyky, villa sub parochia ecclesiae de Swyathamarza sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum et fratres monasterii Miechoviensis pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Kelcziensi, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item tabernae sunt ibi duae habentes agros, et dant decimam manipularem praeposituræ Kelcziensi in *gonithwam*, item hortulaniae sunt ibi etiam duae habentes agros, et solvunt decimam manipularem praeposituræ Kielcziensi; item praedium est unicum in praefata villa coenobiale, de cuius agris decima manipularis etiam solvitur praeposito Kielcziensi et in suum horreum inducitur. Item molendinum non est.

Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeredes pro una parte Prandota Konyuszky, nobilis de armis Rawa, item pro altera parte Raphael Chlewysczy, nobilis de domo Odrowansch, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item duae tabernae, habentes agros, item hortulania una, habens agros, et de omnibus solvitur decima praeposituræ Kielczyensi; item praedia militaria, de quorum uno videlicet Prandotae datur decima manipularis ecclesiae parochiali de Schidlowyecz, de altero vero videlicet Raphaelis, ecclesiae parochiali in Chlewyszka.

Wyelyeborowycze, villa sub parochia ecclesiae de Chibicze sita, cuius haeredes Janussius, habens praedium militare et duos cmethones in mediis laneis; item Msczislaus dictus Wilk, ambo nobiles de domo Radwanowye, et ambo nobiles. Item ambo cmethones solvunt decimam manipularem

praeposituræ Kielciensi in *gonithwam*, et valor eius aestimatur ad unam marcam; praefati etiam nobiles duo, et etiam duo cmethones ex aliquibus campis solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Pawlow. Item sunt ibi alii nobiles videlicet Murcz, item Stanislaus Zakowicz, item Barthossius, omnes de domo Nyeczuya, habentes cmethones et hortulanias, de quorum omnibus agris et praediis solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Pawlow; item aliqui agri solvunt decimam pro episcopo Cracoviensi, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

Trzaszkow, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeres Anna, relicta Stanislai Grusczinsky, femina nobilis, filia Joannis Gnyewoszy de domo Szgraya, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Kielcziensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, valor eius aestimatur ad octo marcas. Diversificatur tamen eius perceptio inter episcopum Cracoviensem et praepositum per campos, nam de aliquibus percipit episcopus, de aliquibus praepositus. Item taberna una habens agros, ex quibus etiam decima diversificatur inter episcopum et praepositum; item hortulaniae non sunt in villa praefata; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Pawlow.

Koprzywnycza, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeres praefata Anna, relicta Stanislai Grusczinsky, filia Joannis Gnyewoszy, nobilis de domo Szgraya, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Kelcziensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum et valor aestimatur eius ad octo marcas. Diversificatur autem praefatae decimae perceptio, nam de laneis percipit episcopus Cracoviensis, de . . . vero laneis praepositus. Item tabernae duae in villa eadem habentes agros, quae solvunt et ducunt decimam manipularem pro praeposito Kelcziensi, item hortulania una, habens agros, de quibus solvitur et ducitur decima manipularis pro praeposito Kelcziensi, item praedium unum militare ibi, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et eius plebano in Pawlow.

Jablona, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeres Raphael Chlewiczsky, nobilis de domo Odrowansch, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Kelcziensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum et eius aestimatur valor ad quatuor marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium militare non est aliquod in villa praefata.

Dzurow, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeredes Stanislaus et Nicolaus Schidlowieczsczy, nobiles de armis Odrowansch, in qua sunt sex lanei cmethonales inclusa taberna, quae unum laneum colit, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis et per incolas propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum, et eius valor ad duas marcas aestimatur. Item est in eadem villa unicum praedium militare, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Schidlowiecz oppido; item hortulaniae non sunt, neque tabernae. Hanc villam Michael abbas et conventus Sanctae Crucis Calvi Montis de consensu Casimiri Tertii Poloniae regis, pro centum triginta marcis ratione ripae a. D. 1474. et fabricavit in flumine Kamiona optimam foecundamque piscinam.

Swyanszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow sita, cuius haeres Johannes Swyanszkowsky, nobilis de domo Szrokomlya, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituraе Kelcziensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis et ducitur praeposito Kelcziensi; hortulaniae non sunt; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Chibicze.

Strupycze, villa sub parochia ecclesiae de Wasznyow sita, cuius haeres Jacobus Swyanskowsky, nobilis de domo Srzokomlya, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Kelcziensi, et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Chibicze.

Kosszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius haeres Martinus Michowsky cum fratribus novem, nobiles de domo Rawa, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praepositurae Kelcziensi, et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a praeposito locandum. Item tabernae duae habentes agros, de quibus solvitur et ducitur decima manipularis praeposito Kelcziensi, item hortulania una habens agros, de quibus solvitur et ducitur decima manipularis praeposito Kelcziensi; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Manina.

Wythoslawycze, villa sub parochia ecclesiae de Wasnyow sita, cuius

haeredes Nicolaus, nobilis de domo Nyeczuya, Albertus Gulyacz, Albertus Grabyonek et Johannes Grabyonek, nobiles de armis omnes Nyeczuya, in qua sunt duo tantummodo lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, ad Nicolaum haeredem pertinentes, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Kelcziensi, et ducunt eam incolae propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item non sunt hortulaniae in villa eadem; item sunt in eadem villa quatuor curiae militares seu praedia, habentes proprios agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Wasznyow.

Szirzawy, villa sub parochia ecclesiae de Swyathamarza sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duo lanei scoltetiales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis; sed perceptio eius inter praepositum Kielcziensem et episcopum Cracoviensem dividitur, nam de certis laneis tam cmethonalibus, quam scoltetialibus et etiam tabernae, solvitur praeposituræ Kielcziensi, et ducunt eam incolae propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; de certis autem campis percipit illam episcopus Cracoviensis. Item in eadem villa non est aliquod praedium, item non est molendinum.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeres Prandotha Koniusky, nobilis de armis Rawa, in qua sunt duo lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania etiam habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praeposituræ Kelcziensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas; item non est praedium militare in villa praefata; haec decima datur vicepraeposito Kelcziensi.

Vicepraepositura Kyelcziensis.

Praepositura Kielcziensis habet habereque consvevit vicarium perpetuum sive vicepraepositum ex bonis praeposituræ dotatum, vicariam autem ipsam sive vicepraepositurам habet nunc Nicolaus de Chanczini presbyter, cuius unicus collator et patronus praepositus Kyelcziensis pro tempore, quae quidem vicepraepositura habet proventus infrascriptos.

Czarnyow Minor, villa sub parochia ecclesiae Kyelcziensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua ultra sex laneos cmethonales ad episcopum Cracoviensem pertinentes, sunt alii duo lanei cmethonales, pleno iure ad vicepraepositurам pertinentes, et quilibet

solvit pro censu annuo vicepraeposito mediam marcam et unam mensuram avenae confertam, et unum currum lignorum tenetur adducere in septimana, item fimum educere, item hortum in Kelcze et pratum in Czyarnyow disponere et sepire; non solvunt gallos, neque ova, neque caseos, nec alios labores. Item ex dictis duobus laneis solvitur decima manipularis vicepraepositurae, et ducunt eam cmethones in horreum a vicepraeposito locandum et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad duas marcas; decima autem manipularis post sex laneos cedit episcopo Cracoviensi.

Zagnansko, villa sub parochia ecclesiae Kielcziensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, item duo lanei scoltetiales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicepraepositurae Kielcziensi, et ducunt eam tam cmethones quam scoltetus in horreum a vicepraeposito locandum, et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item est ibi taberna, non sunt hortulaniae.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Pawlow sita, cuius haeres Prandotha Koninsky de armis Rawa, in qua sunt quatuor agri cmethonales indimensurati, de quibus incolae solvunt decimam manipularem vicepraeposito Kelcziensi et canapalem per duas ierugas, et ducunt eam propriis curribus in horreum a vicepraeposito locandum, et valor eius aestimatur ad unam cum dimidia marcas, aliquando ad duas marcas. Item non est ibi praedium, sed una hortulania, una taberna.

Decanatus Kyelclensis.

Kelcziensis decanatus per primarium ecclesiae Kelcziensis fundatorem Gedeonem Cracoviensem episcopum, ex decimis manipularibus ecclesiae parochialis in Antiqua Radom dotatus est, cuius iuspatronatus et collatio ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinebat, nunc vero iuspatronatus praedictum, ad decanum Kelcziensem pro tempore pertinet, quod sibi in signum dotationis relictum est; annexa est autem decanatui praefato plurimarum ecclesiarum parochialium circumcirca Radom consistentium, visitationis cura, in quas archidiaconali fungitur auctoritate; decanatum autem praedictum Kelcziensem, qui etiam a nonnullis Radomiensis appellatur, obtinet nunc Dobeslaus de Schenno, nobilis de domo et familia Dambno, decimas autem et proventus praefati decanatus inferius describimus, et annotamus.

Janyschow, villa sub parochia de Antiqua Radom sita, cuius haeres Jacobus Yedlensky, nobilis de domo Polukosza, in qua sunt lanei

cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad . . . Item tabernae, item hortulani, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Antiqua Radom.

Dambrowka, villa sub parochia ecclesiae de Nowaczirkyew sita, cuius haeredes Jacobus et Nicolaus de Pakoslaw, nobiles de armis Habdank, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad quindecim, aliquando ad viginti marcas. Item taberna . . ., item hortulani . . ., item praedium ibi est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nowaczirkew.

Dambrowka Podląszna, villa sub parochia ecclesiae de Nowa Czirkew sita, cuius haeres Jacobus Staroszyedlsky de armis Habdank, in qua sunt sedecem lanei cmethonales, item quinque tabernae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum, cuius valor aestimatur ad sedecim marcas. Item hortulaniae octo, sed non habent agros, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali et plebano in Regow.

Thaczow, villa sub parochia ecclesiae de Nowaczirkew sita, cuius haeres Msczugius cum fratribus de armis Powalya, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum, et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item tabernae duae habentes agros, et solvunt decimam decanatui, item hortulaniae non sunt; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nowaczirkew.

Thaczowska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Nowaczirkew sita, cuius haeredes Msczugius cum fratribus de Thaczow de armis Powalya, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum, cuius valor ad sex marcas aestimatur. Item tabernae non sunt ibi, item hortulaniae non sunt, item non est ibi aliquod praedium militare.

Mleczkow, villa sub parochia ecclesiae de Nowaczirkew sita, cuius proprietas et dominium ad illustrissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor

ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum. Item taberna, item hortulani, item praedium est ibi unicum regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nowaczirkew.

Byenyądzicze, villa sub parochia ecclesiae de Jaroslawicze sita, cuius haeredes Jaxan in medietate villae de armis . . . . ., et Joannes Goszdzsky alias Byenyadzsky de armis Dolywa, item Joannes Goszdzsky de armis Dolywa, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones ducitur in horreum a decano locandum, et valor eius aestimatur ad . . . . Item taberna . . . ., item hortulani . . . ., item praedia . . .

Krzyszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jaroslawicze sita, cuius haeres Joannes Socha de armis Buncza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones ducitur in horreum a decano locandum. Item tabernae . . ., item hortulani . . ., item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Jaroslawicze.

Jaroslawicze Minor, villa, in qua est ecclesia parochialis lignea, cuius haeredes Andreas Marczuszowsky de domo Lewarth, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum; item tabernae, item hortulani, item praedium.

Gaczkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jaroslawicze sita, cuius haeres Stanislaus Socha, nobilis de armis Buncza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui Kelcziensi et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum, et decima canapi solvitur per quatuor ierugas. Item taberna una, sed non habet agros, item hortulani, item praedium est ibi militare unicum, ex cuius agris, quia quondam fuerunt cmethonum, solvitur decima manipularis etiam decanatui Kelcziensi in *gonithwam*.

Kowalye, villa sub parochia ecclesiae de Cowalska Wolya sita, cuius haeredes Pakosius Duszotha de armis Habdank, et Joannes Pakoschek de Habdank, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum; item taberna, item hortulani, item duo sunt ibi praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kowalska Wolya.

RUDA, villa sub parochia ecclesiae de Wyrzbicza sita, cuius haeredes Stanislaus de armis Serpentum, qui maiorem partem habet villae; item Gambka— de armis ...., item .... dictus Wylk de armis ...., item ..... de armis ....., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis et ducitur propriis curribus in horreum a decano locandum. Item taberna, item hortulani, item sunt ibi tria militaria praedia, videlicet Gambcze Wylkonis et ...., quia quondam agri eorum fuerunt cmethonum, solvunt decimam manipularem decanatui Kelcziensi; item praedium Stanislai solvit decimam manipularem ecclesiae parochiali in Wyrzbicza.

GAMBORSOW, villa sub parochia ecclesiae de Skarzeszow sita, cuius haeredes Nicolaus et Jacobus fratres, nobiles de domo et familia Powalya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis ducitur curribus in horreum a decano locandum. Item tabernae, item hortulani, item praedia militaria sunt, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Skarzeszow.

MAZOWSCHANY, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeres Johannes Kanimir de armis Zgraya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum. Item tabernae, item hortulani, item in praefata villa non est aliquod praedium militare.

THRAWLYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeres Johannes Podkansky de armis Cervorum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum. Item tabernae, item hortulaniae duae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Antiqua Radom.

DLUGOYOW, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeres Johannes Strzalkowsky de armis Polukozya, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, alias duodecim lanei, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Kelcziensi et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item tabernae non sunt. Item hortulaniae duae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis decanatui; item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Antiqua Radom, cuius valor ad duas marcas aestimatur.

RZYCZ, alias DLUGOYOWSKA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, in qua sunt terrigenae et nobiles vocati et appellati Glininsczy, in qua sunt duo lanei cmethonales, et tam de agris militaribus quam cmethonalibus solvitur decima manipularis et canapalis pro decanatu Kelcziensi.

GOLAMBYOW, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, in qua proprietatem et dominium habent consules et cives de Nova Radom, et in qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis solvitur decanatui Kelcziensi per unum fertonem de laneo. Item tabernae, item hortulani, item praedium est scoltetiae.

Horti in antiqua Radom . . . .

. . . .

ZAKRZOW, villa, in qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus diversificatur decimae perceptio, habens in se parochialem ecclesiam, cuius haeredes duo fratres Derslaus Andreas et Eustachius de armis Lewarth, in qua est unus campus cmethonalis et quem cmethones villae Zakrzow arant, situs circa agrum Mleczkow, de quo solvitur decima manipularis decanatui Kelcziensi et per eius cultores ducitur propriis curribus in horreum a decano locandum, et valor aestimatur eius ad . . . . . ., et est una pars; secunda pars est post aliquos agros, et cedit monasterio Szeczechoviensi et fluvius Dunay dividit; tertia pars de agris, versus villam sitis, post quindecim laneos cedit praeposituraе Sandomiriensi et aestimatur ad duodecim marcas. Item est ibi unum praedium militare, tres tabernae, quinque hortulaniae, de omnibus decimatur ecclesiae ibidem in Zakrzow.

CHROSLYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Nowa Czirkew sita, cuius haeredes terrigenae et nobiles, agros laneosque, qui quondam erant cmethonales, colunt et in eis resident.

JASCHOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Nowaczirkew sita, cuius haeredes terrigenae et nobiles agros laneosque, qui quondam erant cmethonales, colunt et in eis resident.

Item decanatus Kelcziensis habet aream perpetuam, hortum et pomerium et domum ligneam, circa ecclesiam Kelcziensem propinquam coemeterio, ad austrum sitam et domui scolastici contiguam. Item idem decanatus Kelciensis habet aliam aream perpetuam et domum in oppido Radom, proximam portae ad occidentem positae, liberam ab omni iure civili et tributo. Item decanatus praefatus Kelcziensis pro tempore, quod suus decanus habet ius visitationis multarum ecclesiarum parochialium, ut superius praemisimus. Item decanatus praefatus Kelcziensis taxatus est iuxta omnia . . . . . .
nova ad . . . . . .

Vicaria decani Kyelcziensis sive vicedecanatus.

Decanatus Kyelcziensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam, sive vicedecanatum in ecclesia Kelcziensi, quam nunc obtinet Jacobus de Rudnik presbyter, cuius unicus collator et patronus est decanus Kelcziensis, qui illam ex sui decanatus proventibus dotavit, cuius infrascripti proventus sunt et decimae.

Moycza, villa sub parochia ecclesiae Kyelcziensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt duo lanei ad vicarium decani seu vicedecanatum pertinentes, cmethonibus locati, et unus laneus solvit vicedecano pro censu annuo unam marcam, alter vero tres fertones. Item habent praefati cmethones mellificia, sed nihil solvunt de eis, item unum diem in anno tantummodo quilibet pro vicedecano laborat; item non solvunt gallos, neque ova, neque caseos, neque ducturas faciunt, neque labores, item non est ibi praedium, neque taberna, neque hortulania. Item in eadem villa sunt duo lanei cmethonales ad episcopum Cracoviensem pertinentes, solventes sibi episcopo censum et iura cmethonalia consveta. Item de omnibus quatuor laneis villae Moycza, tam videlicet propriis, quam episcopalibus, et de quinto laneo molendinatoris percipit decimam manipularem integre vicedecanus Kyelcziensis, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a vicedecano locandum, cuius aestimatur valor ad sex marcas; item decimam canapalem solvunt vicedecano per quatuor ierugas. Item in eadem villa Moycza est piscina et circa illam molendinum ad vicedecanatum pertinentia, item molendinum praefatum habet unum laneum agrorum, sub proprietate vicedecani consistentem, qui de illo et molendino nihil solvit, solum decimam manipularem pro vicedecano, et aggerem piscinae quotiescumque necesse est, reformat.

Yaszowicze, villa sub parochia ecclesiae de Nowaczirkew sita, cuius haeredes dicti Owadowye de armis ....., in qua sunt lanei cmethonales, item tabernae, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicedecano Kelcziensi, et per cmethones ducitur in horreum a vicedecano locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item tabernae non sunt in villa eadem; item praedium militare ab antiquo unum tantummodo ibi fuit, sed multiplicatis haeredibus militibus, amotis cmethonibus, occuparunt agros cmethonum et per violentiam dant de illis decimas ecclesiae et plebano in Nowaczirkew.

Wolycza, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Radom sita, cuius haeredes vocati Glynsczy de armis ...., in qua non sunt aliqui lanei, sed neque agri cmethonales, neque hortulaniae, neque tabernae,

sed sunt tantummodo duo praedia militaria, de quibus praefati milites solvunt decimam manipularem vicedecano Kelcziensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas; decimam autem canapalem non solvunt.

Dambrowka Pankoszlawska, villa sub parochia ecclesiae de Cowalye sita, cuius haeredes Andreas et Johannes fratres germani Kowalsczy, de armis Habdank, in qua duo nunc tantummodo sunt lanei cmethonales nondum per nobiles occupati, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicedecano Kelcziensi, et per cmethones ducitur in horreum a vicedecano locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item praedium militare ab antiquo unum tantummodo ibi fuit, sed multiplicati haeredes cmethonibus depositis, fecerunt sibi nova praedia, de quorum agris cum iniuria vicedecani solvunt decimam manipularem ecclesiae et plebano in Cowalye.

Scolastria Kyelciensis.

Tertia ecclesiae Kelcziensis dignitas sive personatus scholastria, quae pro aliqua sui parte ex bonis et introitibus ecclesiae parochialis quondam Sancti Adalberti in Kelcze, cuius adhuc extant ligneae videlicet ecclesiae extra Kelcziense oppidum reliquiae, fundata atque dotata est, quam nunc obtinet Nicolaus de Znoyna, vir frugi et singulari redolens probitate. Scolastici autem officium est, de scholae magistro providere et domicilia scholae aut de novo parare, quoties necesse est, aut instaurare, scolaeque magistrum solariare. Sunt autem scolastriae Kelcziensis proventus annui infrascripti et decimae.

Zagorze, villa sub parochia ecclesiae Kelcziensis sita, et oppido Kelcziensi proxima, fundus scolastriae Kelcziensis, quae olim plebaniae Kelcziensi dos erat primaria, in qua scolasticus Kelcziensis habet bonam curiam, pulchris aedificiis structam, item pomerium, item praedium bonum, in tres campos divisum, de cuius agris nulli solvit decimam, sed eam solus percipit et in suum horreum inducit. Item habet mellificia propria ad curiam pertinentia, item prata, item duas piscinas proprias liberas; item villa ipsa in iure Theutonico locata est. Item sunt in eadem villa sex cum medio lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo scolastriae Kelcziensi mediam marcam, item quatuor gallos, item decem ova, duos caseos, item duas mensuras avenae confertas; item praedium scolastriae in omnibus tribus campis pro vere et hyeme arant, colunt, grano scolastici serunt, metunt et in horreum scolastici propriis curribus conducunt, prata falcastrant et disponunt atque conducunt; item duo ex cmethonibus habent mellificia, quorum unus solvit scolastriae Kelcziensi unam quartam mellis, alius mediam

quartam mellis. Item in eadem villa est scoltetus, qui ultra laneos cmethonales habet duos proprios laneos liberos, item molendinum in piscina scolastici maiori, de quo solus scoltetus percipit emolumenta, item septimum denarium de censu, item obligatur scholastico ad servitia et ad deferendas litteras, item solvit scholastico ratione *obyedne* unum fertonem; item cmethones non solvunt *obyedne* et molere tenentur in molendino scolteti, item est ibi unus hortulanus scolastici, qui nullum censum solvens, diem pedester in septimana laborat. Item non sunt ibi tabernae, item omnes agri cmethonum et scoltetiae solvunt decimam manipularem scholastriae Kelcziensi, et tenentur eam incolae inducere in horreum scolastici; canapales solvunt per quatuor ierugas, valor eius ad sex marcas.

Villa praefata habet granities cum oppido Kelcze, et villis Moycza, Domaszowicze et Sukow.

Umyanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Kygye sita, cuius proprietas ad coenobium sanctimonialium de Sancto Andrea in Cracovia pertinet, in quo sunt viginti lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Kelcziensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus inducere in horreum a scolastico locandum et valor eius ad viginti marcas aestimatur; item non sunt in villa praefata tabernae, neque hortulaniae. Item est in eadem villa praedium coenobiale, de cuius agris sanctimoniales de Sancto Andrea decimam nulli reddunt, sed solae eam percipiunt et in horreum suum inducunt. Item decimam praefatam manipularem in Umyanowicze, quondam episcopalem, Bodzantha tunc episcopus Cracoviensis de armis Rossa a. D. 1364. prima die Octobris, per arbitramentum Floriani praepositi, Arnoldi scolastici, Petri cantoris Cracoviensium, Nicolai praepositi Scarbimiriensis, et Nicolai de Kurnik licentiati in decretis, canonicorum Cracoviensium, in recompensam tabernarum, quas scolastria Kelcziensis habuit in oppido episcopali Tharszek, et in recompensam decimae granarii episcopalis Kelcziensis, quam scholastria Kelcziensis percipiebat, fuit eidem scolastriae Kelcziensi tempore Joannis scolastici Kelcziensis perpetuo inscripta et collata, de consensu capituli Cracoviensis, de quo habetur in ecclesia Kelcziensi speciale privilegium, sigillis praefati Bodzanthae episcopi Cracoviensis et capituli Cracoviensis, quod ego originaliter vidi et legi, munitum.

Wyrzbye, villa sub parochia ecclesiae de Drugnya prope Schidlow sita, cuius proprietas ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis scolastriae Kyelcziensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a scolastico locandum, et valor eius

aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium aliquod, item non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae.

ZLOTHA, villa prope Sandomiriam et sub parochia ecclesiae Sancti Petri de Sandomiria, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua scolastria Kyelcziensis habet pro fundo duos laneos cmethonales ad proprietatem et dominium scolastriae cum omni iure pertinentes, et quilibet laneus solvit pro censu annuo scolastriae Kelcziensi unam marcam. Item dicti duo lanei scolastriae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem scholastico Kyelciensi et tenentur eam in horreum suum inducere, et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item felicis recordationis Sbigneus cardinalis et episcopus tunc Cracoviensis, cambiverat dictos duos laneos cum Nicolao de Znena scholastico tunc Kielciensi, pro decima manipulari in Ostrow prope Kyelcze, sed commutatio ipsa utrique utilis, fuit reiecta.

Vicaria Scolastriae Kelcziensis.

Scolastria Kyelciensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam sive vicescolastriam in ecclesia Kyelciensi, cuius scolasticus Kyelciensis pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Adam de Buk .... presbyter, quae pro sua dotatione et fundo habet proventus infrascriptos.

STROYNOW, villa sub parochia ecclesiae de Pyrzsznycza sita, cuius haeres Jacobus Lubansky, nobilis de armis Grzymala, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicescholastriae Kyelcziensi et per cmethones ducitur in horreum a scholastico locandum, et valor eius aestimatur ad tres, aliquando vero ad quatuor marcas. Item sunt in villa praefata alii lanei et agri cmethonales, qui asseruntur olim fuisse praedii militaris, de quibus manipularis decima solvitur ecclesiae parochiali in Pyrsznycza, et sunt in eis tres nobiles ad tres laneos aestimati, et nobiles praefati sunt de armis Grabye.

Magister Scolae Kyelciensis.

Scolastria Kyelciensis habet habereque consvevit scolam, quam locat iuxta suum beneplacitum viro idoneo, et in disciplinis scolasticis atque in cantu ecclesiastico erudito, qui scolas regit et scolares informat, et qui singulis diebus dominicis, festivis et ferialibus habet onus cantandi voce sonora missam primam et vesperas; in diebus vero ferialibus tantummodo missam summam, sive maiorem; ad cantandum aut matutinas non obligatur nisi.....

Item praefatum scolae magistrum scolasticus Kyelcziensis pro tempore solariat, et singulis annis tenetur sibi pro solario dare .... Item scola praefata habet aream propriam inter ecclesiam et oppidum Kyelcziense sitam, et domum in ea constructam, quam cum stuba caminata, palatio et cameris sufficientibus construxit et aedificavit per suos sumptus Nicolaus de Znena tunc scolasticus Kyelciensis, ad cuius etiam aedificationem et restaurationem quotiescumque aliquo casu collapsa vel destructa fuerit, quilibet scolasticus Kelciensis pro tempore obligatur.

Item scolastria Kyelciensis habet propriam aream cum pomerio, horto et prato in parte meridionali ecclesiae Kyelcziensis sitam, quam Nicolaus de Znena tunc scolasticus Kyelcziensis pulchris et singularibus aedificiis construxit.

Item scolastria praefata Kyelcziensis iuxta omnia regestra ecclesiae Cracoviensis taxata est ad ....

Custodia Kyelciensis.

Quarta ecclesiae Kelciensis dignitas sive personatus custodia, ipsa quoque in sui notabili parte ex decimis et proventibus plebaniae olim Kelcziensis Sancto Adalberto dicatae, fundata atque dotata est, et vicecustos, sive vicarius custodis Kelcziensis, ex ecclesia Sancti Adalberti extra oppidum Kelcziense sita, solus percipit omnem ex ea, in signum huius dotationis, oblationem; custos etiam Kelcziensis pro tempore ecclesiam Kelcziensem collegiatam in cera et vino, quemadmodum tempore plebanatus facere consueverat, administrat, res ecclesiae et quaelibet cimelia in sua tenet cura et custodia, et sanctuarium ecclesiae Kelcziensis unicum instituit et destituit, pro suo libito et bene placito. Custodiam praefatam tenet nunc Johannes de Dambrowka artium, theologiae et canonum Dr., vir in sacris litteris et humanis optime eruditus, cuius quidem custodiae hi sunt proventus.

Oppidum Kielcze, in quo, ut supra scripsimus, collegiata ecclesia existit, et sub cuius parochia praedictum oppidum Kielcze situm est, cuius quidem oppidi proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pleno iure pertinet, in quo sunt viginti quatuor lanei civiles, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in uno anno plene et integre pro custodia Kielcziensi, in altero autem anno decima praefata diversificatur; nam una medietas eius cedit custodiae Kielcziensi, altera vero medietas eius cedit praebendae Kielcziensi, vocatae Pirzszniczska, et tenentur illam oppidani propriis curribus ducere in horreum a custode Kielcziensi, vel canonico locandum, et valor eius, dum est integra, aestimatur ad quindecim marcas, aliquando ad viginti marcas; quando vero est dimidiata, aestimatur ad decem

marcas. Item in eodem oppido Kyelcziensi est domus bene aedificata cum area pro custodia, item habet hortum proprium et liberum deprope ecclesiam ligneam Sancti Adalberti extra oppidum; item in eodem oppido sunt duo lanei speciales a praefatis civilibus distincti, ad custodiam Kielczensem pertinentes, quos custos Kyelcziensis pro tempore, pro suo fundo et praedio tenet et colit, qui lanei sunt liberi ab omni solutione, censu et tributo, de quibus etiam laneis custos ipse nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item in eodem oppido Kyelcze sunt iterum alii duo lanei speciales a praefatis viginti quatuor laneis civilibus distincti, ad canonicatum et praebendam Kielcziensem Pirszniczska pertinentes, quos canonicus Kielciensis praefatae praebendae pro tempore pro suo fundo et praedio tenet et colit; qui lanei solvunt quilibet mediam marcam pro censu et tributo, de quibus etiam laneis ipse canonicus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se canonicus praefatus tollit et in horreum suum inducit, item praefati duo lanei solvunt canonico quilibet tres mensuras avenae non confertas; item censum de eisdem laneis et decimam consvevit tollere vicarius canonicalis praebendae Kyelcziensis Pyrsznyczska, et solam avenam percipit canonicus.

NYDA, villa sub parochia ecclesiae de Brzezyny sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Cracoviensem, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, sed perceptio eius alternatis vicibus sive annis diversificatur; uno enim anno percipit illam integre custodia Kyelcziensis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad quatuor, aliquando ad quinque marcas; altero vero anno percipit eam praebenda Kyelcziensis appellata Pirszniczska. Item decimam canapalem solvunt per quatuor ierugas; item non est aliquod praedium episcopale in praedicta villa, item non est scoltetia, item non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae.

KRAYNO, villa sub parochia de Dalyeshicze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duo scoltetiales lanei, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis; sed perceptio eius alternatis vicibus sive annis diversificatur, uno enim anno percipit illam integre custodia Kyelcziensis, et ducunt eam cmethones propriis curribus et etiam scoltetus in horreum a custode locandum, et valor aestimatur eius ad duodecim marcas; altero vero anno percipit eam praebenda Kyelcziensis Pyrszniczska. Item in eadem villa non est aliquod praedium episcopale, item non est taberna, item non sunt hortulaniae.

WLOSCZOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Pyotrkowycze sita, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, cuius proprietas et dominium pertinet

ad monasterium monialium S. Andreae in Cracovia. De omnibus autem praefatis laneis sedecim solvitur decima manipularis integre, et per quatuor ierugas canapalis custodiae Kyelcziensi et tenentur illam cmethones inducere in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad tredecim, aliquando ad quindecim marcas; item in eadem villa non sunt tabernae aliquae, non sunt hortulaniae. Item in eadem villa est praedium unicum coenobiale, de quo praedictae moniales nulli solvunt decimam, sed illam pro se tollunt et in suum horreum ducunt.

Czysszow, villa sub parochia ecclesiae de Dalyeszycze sita, cuius haeres Przedborius de Konyeczpolye, nobilis de armis Pobodze, in qua sunt decem lanei cmethonales, qui solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem custodiae Kyelciensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas, perceptio tamen eius diversificatur in alternatas vices; nam uno anno percipit illam cum omni iure custodia Kyelcziensis, altero vero anno percipit illam praebenda Kyelcziensis, etiam cum omni iure, quae vocatur Pyrsznyczska sive Barthdzska. In eadem villa est unicum praedium militare ex agris cmethonum factum, de quo solvitur decima manipularis in *gonithwam* custodiae Kyelciensi aut praebendae Pyrsznyczska; item non sunt in eadem villa tabernae, neque hortulaniae.

Bardo, villa, habens ecclesiam parochialem Omnium Sanctorum ligneam in se, cuius haeres Nicolaus de Kuroszwanky, nobilis de armis Roszae, in qua sunt quatuordecem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodiae Kyelcziensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode locandum et valor aestimatur eius ad octo marcas, perceptio tamen eius diversificatur in alternatas vices; nam uno anno percipit illam cum omni iure custodia Kyelcziensis, altero vero anno percipit illam praebenda Kyelcziensis etiam cum omni iure, quae vocatur Pyrszniczska. Item in eadem villa sunt duae tabernae habentes agros, quarum una est haeredis, quae solvit decimam in *gonithwam* custodi aut canonico; altera vero est plebani, quae solvit decimam plebano; item hortulania ibi una scolteti, de qua decima manipularis custodiae et canoniae in *gonithwam;* item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae parochiali ibidem in Bardo, item scoltetus ibi habens duos laneos, de quibus solvit decimam manipularem custodiae et canoniae in *gonithwam.*

Czyzow, villa sub parochia ecclesiae de Bardo sita, cuius haeres idem Nicolaus de Kuroszwanky de armis Rosza, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi Kyelciensi, et ducunt eam cmethones in horreum a custode

locandum propriis curribus et valor eius aestimatur ad duas marcas; perceptio tamen eius diversificatur in alternatas vices, nam uno anno percipit illam cum omni iure custodia Kyelcziensis, altero vero anno percipit illam praebenda Kyelcziensis etiam cum omni iure, quae vocatur Pyrsznyczska. Item non est in eadem villa praedium, item non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae; item est ibi scoltetia habens duos laneos, sed includuntur inter cmethonales.

Szadzywoyowycze, villa, habens in se parochialem ecclesiam ex lapide albo muratam, cuius haeres Petrus Obulyecz, nobilis de domo et armis Odrowansch, in media parte villae; in altera vero medietate villae haeres Nicolaus Chyczsky, nobilis de armis Griphonum, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi Kyelciensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode locandum et valor aestimatur eius ad octo, aliquando ad decem marcas, perceptio tamen eius diversificatur in alternatas vices; nam uno anno percipit illam cum omni iure custodia Kyelczensis, altero vero anno percipit illam cum omni iure praebenda Kyelcziensis, quae vocatur Pyrsznyczska. Item in eadem villa sunt tres tabernae, duae haeredum et tertia plebani, sed non habent agros; item in eadem villa hortulaniae non sunt. Item in eadem villa sunt duo praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Szadzyszowycze.

Klyszow, villa sub parochia ecclesiae de Kyie, cuius haeredes Dzyvyszius de armis Gelithonum, et Johannes Mnyowsky de armis Nyeczuya, Johannes Goly de armis Nyeczuya et Pelka etiam de armis Nyeczuya, in qua sunt unus cum dimidio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi Kyelcziensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam; perceptio tamen eius diversificatur in alternatas vices, nam uno anno percipit eam cum omni iure custos Kyelciensis, altero vero anno percipit illam praebenda Kyelcziensis cum omni iure, quae vocatur Pyrsznyczska; item in eadem villa non sunt tabernae. Item hortulaniae sex, quae habent agros largos cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis pro uno anno custodiae, et pro altero praebendae; item in eadem villa sunt quatuor praedia militaria, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Kyie.

Slothkow, villa sub parochia ecclesiae de Szadzywoyowicze sita, cuius haeres Zegotha de armis Bippennium, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi Kyelcziensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in

horreum a custode locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas. Perceptio tamen eius diversificatur in alternatas vices, nam uno anno percipit illam cum omni iure custodia Kyelciensis, altero vero anno percipit illam praebenda Kyelcziensis etiam cum omni iure, quae vocatur Pyrsznyczska. Item est ibi taberna una, hortulaniae duae, habentes agros, et de omnibus solvitur in *gonithwam;* item est ibi unicum praedium militare, de quo decima solvitur ecclesiae in Szadzywoyowicze.

Mochoczicze, villa sub parochia ecclesiae Kyelcziensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua praeter laneos episcopales est unus laneus cmethonalis, cuius proprietas pertinet ad custodem Kyelcziensem, qui pro annuo censu solvit sibi mediam marcam, item tres mensuras avenae confertas; item singulis septimanis tenentur ducere pro custode unum currum lignorum, item de agris eiusdem lanei percipit decimam manipularem custodia Kyelciensis, cuius valor aestimatur ad mediam marcam, sed illam vicecustodi dare consvevit.

Vicecustodia Kyelciensis.

Custodia Kyelcziensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam, seu vicecustodiam in ecclesia Kyelcziensi, cuius custos Kyelciensis pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Martinus de Widawa presbyter, quae pro sui dote et fundo habet proventus infrascriptos.

Grabowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Pyotrkowicze sita, cuius sunt haeredes Johannes Tharnowsky, item Nicolaus Rogynyczsky de armis Rosze, item Szeczypywo de armis Szewuya, item Roszpanth de armis Gelythonum, item Adamek Skothniczsky de armis Grzymala, qui omnes habent praedium unum militare, inter se per partes divisum, de cuius agris solvunt decimam ecclesiae suae in Pyotrkowicze. Item in eadem villa sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicecustodiae Kyelcziensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a vicecustode locandum et valor eius aestimatur ad duas, aliquando ad tres marcas; item in eadem villa non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Kyelcze, oppidum, habens in se collegiatam parochialem ecclesiam muratam, in quo sunt duo lanei speciales ad proprietatem custodis Kyelcziensis pertinentes, de quorum agris percipit decimam manipularem cum omni iure vicecustos Kyelcziensis, cuius valor aestimatur ad quinque marcas.

Chomathow, villa sub parochia ecclesiae de Szadziwoyowycze sita, cuius haeres Warcislaus de armis Vulpium, in qua sunt tres cum

medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicecustodiae Kyelcziensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicecustode locandum, cuius valor ad tres marcas aestimatur; perceptio autem eius diversificatur per vices alternatas, nam uno anno percipit eam vicarius Kyelcziensis de canonicatu et praebenda Pyrsznyczska, et altero vicecustos. Item tabernae non sunt in villa eadem; hortulania una habens agros ex praedio datos, item praedium unum militare, de quo et agris hortulaniae solvitur decima ecclesiae in Szandziwoyowicze.

Szulkow, villa sub parochia ecclesiae Kyelcziensis sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua est scoltetus habens duos laneos liberos, de quibus solvit decimam manipularem vicecustodi Kyelcziensi, et eius valor aestimatur ad duas marcas; perceptio autem eius diversificatur per vices alternatas, nam altero anno percipit eam vicaria praebendae Kyelcziensis, quae vocatur Pyrsznyczska.

Mochoczicze, villa sub parochia ecclesiae Kyelcziensis sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Cracoviensem, in qua unus laneus specialis ad proprietatem custodiae Kyelcziensis pertinens, de cuius agris solvitur decima manipularis vicecustodi Kyelcziensi, cuius valor aestimatur ad mediam marcam.

Sanctuarius alias Zacristianus.

Ecclesia Kyelcziensis a sui primaeva fundatione habet habereque consvevit unum sanctuarium, sive zacristianum, quem custos Kyelcziensis pro tempore, constituere, ordinare et providere consvevit, qui claves ecclesiae et zacristiae, et omnium vasorum et tecarum tenere, custodire et servare consvevit, et ipsi ecclesiae in omnibus deservire, qui habet aream propriam cum horto circa aream scolastici Kyelcziensis sitam; item habet decimam partem offertorii et omnium oblationum, item habet quaestum ex pulsu campanarum in quolibet funere, et quaestum ex oblatione baptizatorum.

Praebenda Zydowska.

Prima praebenda Kelcziensis ecclesiae appellatur Zydowska eo, quod habet villam pro fundo suo, quae Zydow appellatur; eam nunc obtinet Matthias de Zarnowyecz presbyter vicarius Cracoviensis. Hanc praebendam Vincentius Kadlubkonis episcopus Cracoviensis, nobilis de domo et familia Rosae anno Domini 1213., pontificatus sui anno quinto, existens illius unicus patronus et collator ex ecclesia parochiali in Kygye, in qua

erat sua primaria fundatio, in Kelcze transtulit, de qua translatione vidi ego praefati domini Vincentii episcopi privilegium originale per Johannem Groth episcopum Cracoviensem renovatum et exemplatum; praebenda autem praefata habet decimas infrascriptas, introitus et proventus.

Zydow Parva, villa sub parochia ecclesiae de Kygyie sita, quae est fundus unicus praebendae Kelcziensis, quae Zydowska appellatur, a qua traxit et habet cognominationem, in qua sunt tres lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo praebendae Kelcziensi Zydowskey unam marcam; item est ibi curia canonicalis, pulchris aedificiis constructa, habens praedium, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item cmethones villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem suo domino, canonico videlicet Kelcziensis praebendae Zydowska, et tenentur eam propriis curribus in horreum canonici inducere, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item villa praefata Zydow Parva confinat cum Zydow Militari, et limites inter eas currunt inter sepes; item cum Wolya Zidowska, item cum villa Golichow, item cum villa Stawyani, et loco scopulorum positi sunt pro graniciebus lapides magni; item in dicta haereditate Parva Zydow, villa Oglandow sub parochia ecclesiae de Kygyie sita, et quae est de proprietate cantoriae Visliciensis, habet aliquas pecies agrorum ab antiquo, de quibus solvit decimam manipularem cantoriae Visliciensi.

Stawyany, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum et fratres coenobii Myechoviensis pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item quatuor tabernae, item hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus integraliter solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kielcziensi Zidowska, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item in eadem villa est curia una et praedium unicum praepositi Myechoviensis, de cuius agris non solvitur decima manipularis, sed eam solus percipit praepositus Myechoviensis et in horreum suum inducit; est ibi unum molendinum habens agros, ex agris praedialibus sibi largitos, de quibus solvitur decima manipularis praeposito Myechoviensi et ducit eam molendinator in horreum praepositi.

Gotharthowycze, villa sub parochia ecclesiae de Kyje sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum et fratres coenobii Myechoviensis, in qua sunt septem lanei cmethonales, item unum molendinum habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus integraliter solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Zidowska, et ducunt eam cmethones, molendinator et hortulanus propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius

aestimatur ad septem marcas. Item in eadem villa est unicum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kyge; item est ibi una taberna habens ex praedio sibi datos, de quibus solvitur decima manipularis etiam ecclesiae in Kiye.

Sadowye, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum et fratres coenobii Myechoviensis, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kielcziensi Zidowska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas; sed diversificatur eius perceptio, nam de medietate una agrorum percipit illam praebenda Kelcziensis Zidowska, de altera vero ecclesia parochialis in Kygye. Item non sunt ibi aliquae hortulaniae, neque tabernae, neque molendinum. Item est in eadem villa unicum praedium coenobiale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Kyie.

Sarbkow, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum et sanctimoniales de Buszko ordinis praemonstratensium pertinet, in qua sunt novem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kelcziensi Zidowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item est ibi campus dictus Lyaskowyecz, de quo decimatur ecclesiae in Szandziwoyowycze et valor eius decimae ad unam marcam aestimatur; item praedium non est aliquod in villa praefata. Item est ibi scoltetus habens duos laneos, de quibus etiam solvit decimam manipularem praebendae Kelcziensi in *gonithwam*.

Chrosczicze, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius haeres Joannes Chrosczicz ski, nobilis de armis Ostoya, in qua sunt septem lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus integraliter solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kielcziensi Zidowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item est in eadem villa unicum praedium militare, quod habet aliquos agros cmethonales, ex quibus solvitur decima manipularis praebendae Kielcziensi Zidowska in *gonithwam*; item habet aliquos agros praediales, de quibus solvitur decima manipularis, sed diversificatur, nam ex medietate praedii una solvitur ecclesiae parochiali Omnium Sanctorum in Cracovia, ex altera autem medietate solvitur ecclesiae parochiali in Magna Pyaszek.

Sczepyecz, villa sub parochia ecclesiae conventualis de Pyadziczow sita, cuius haeres Andreas Pyadziczowsky, nobilis de domo Dambno, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur praeter paucos campos, decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Zydowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum per canonicum locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item sunt ibi aliqui campi, pauci tantum, de quibus cedit decima manipularis episcopo Cracoviensi, cuius valor ad mediam marcam aestimatur; item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis in *gonithwam* pro praebenda Kelcziensi Zidowska; item hortulaniae non sunt. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Lissow et valor eius aestimatur ad quinque marcas.

Brzescze, villa sub parochia ecclesiae conventualis de Pyadzyczow sita, cuius haeres Andreas Pyądziczowsky, nobilis de domo Dambno, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kielcziensi Zydowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad quinque, aliquando ad sex marcas. Item taberna ibi nulla est, item hortulaniae non sunt; item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae conventuali in Pyandziczow et parochiali, sed sunt agri valde pauci praediales.

Podlansze, villa sub parochia ecclesiae conventualis de Pyadziczow sita, cuius proprietas et dominium ad priorem et conventum monasterii Pynyczoviensis ordinis Beati Pauli primi eremitae pertinet, in qua sunt lanei quinque cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kielcziensi Zidowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Eadem villa Podlansze fuit antea nobilis Jacobi Podlansky de domo Lyelywa. Item taberna una, sed non habet agros; item hortulaniae nullae sunt; item praedium ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae conventuali in Pyadziczow, item molendinum ibi unum, sed non habet agros.

Zydowska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius haeres Raphael Goluchowsky, nobilis de armis Lelywa, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Zidowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius

valor ad quatuor marcas aestimatur. Item taberna ibi non est aliqua, item hortulaniae non sunt, item praedium nullum est in villa eadem.

Zydow Magna alias Militaris, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius haeres idem Raphael Goluchowsky de armis Lyelywa, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kielcziensi Zydowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius valor ad tres marcas extimatur. Item tres tabernae, duae habentes agros, et solvunt decimam manipularem praebendae Kelcziensi Zidowska in *gonithwam*, tertia etiam habens agros, quarta etiam habet agros, et omnes solvunt praebendae decimam. Item hortulaniae duae habentes agros, qui solvunt decimam manipularem praebendae Kelcziensi Zydowska in *gonithwam*, item praedium nullum est in villa eadem.

Item praefata praebenda Kielcziensis Zidowska taxata est ad ......

Vicaria praebendae Zydowska.

Praebenda Kyelcziensis Zidowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Kielcziensi, quam nunc obtinet Mathias de Labiszyno presbyter, nobilis de domo Acervorum, cuius unicus collator et patronus est canonicus praebendae Zidowskiey pro tempore, quae pro sui fundo et dote habet proventus infrascriptos.

Poszlowycze, villa sub parochia ecclesiae Kielcziensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua ultra tredecim laneos cmethonales ad episcopum Cracoviensem pertinentes, est unus laneus cmethonalis, pertinens ad vicariam canonicatus et praebendae Kyelcziensis Zidowskiey, de quo quidem laneo praefatae vicariae solvunt pro censu annuo cmethones in eo residentes, unam cum media marcas, item octo choros avenae aequales, item disponunt hortum vicarii in Kelcze; non faciunt aliquos labores, neque ducunt ligna, neque solvunt ova, neque caseos, neque gallos; item idem laneus cmethonalis in Poslowicze solvit decimam manipularem de agro suo vicariae praefatae Zidowskiey, et cmethones in praefato laneo residentes ducunt eam proprio curru in horreum a vicario locandum, et solvit pro decima canapi quatuor ierugas, et eius aestimatur valor ad mediam marcam.

Phalowicze, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius haeres Joannes Szlydzyen de armis Griffonum, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicariae praefatae Kyelcziensi, et ducunt eam cmethones propriis

curribus in horreum a vicario locandum et aestimatur valor eius ad quinque marcas. Item in eadem villa non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item est ibi praedium unicum militare, de quo solvitur decima ecclesiae in Kyge.

Praebenda Schewyenska.

Secunda Kelcziensis ecclesiae praebenda vocatur Schewyenska eo, quod de introitibus et decimis ecclesiae parochialis villae episcopi Cracoviensis Schewna fundata et dotata est, in cuius evidentiam et signum canonicus Kelcziensis praebendae praefatae habet solus iuspatronatus et praesentandi ecclesiae praedictae in Schewna; eam nunc obtinet Stanislaus Czayka de Nowidwor, nobilis de domo Dambno, cuius decimas et proventus describere pergemus.

Schewna, villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam S. Nicolai, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Schewyenskey, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item inter laneos cmethonales est unus laneus duodecimus, cuius olim agri erant plebanales, qui omnia iura solvit praebendae Schewyenskey et eius canonico, videlicet duas marcas annui census pro festo S. Martini; non facit autem labores aliquos, item non solvit gallos, neque avenam, neque caseos, neque ova. Item est ibi hortulania e regione curiae episcopalis, habens tantummodo hortum, pertinens ad praebendam Kelcziensem cum omni iure, solvens unum fertonem pro censu, et unum diem in septimana pedester laborans; item sunt in eadem villa tabernae quatuor episcopales, habentes agros, de quibus solvunt decimam manipularem canonicatui Kelcziensi, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus solvunt decimam manipularem canonicatui Kelcziensi; item est praedium unicum episcopale, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Schewna.

Stryczowycze, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius proprietas et dominium ad episcopatum Lubuczensem pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Schewyenskey et per cmethones ducitur propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Perceptio autem decimae praefatae interdum variatur; sunt enim in villa praefata aliqui campi, qui decimam manipularem solvunt ecclesiae in Manina ultra fluvium; item tabernae non sunt ibi. Item hortulania una habens agros, de quibus decimam percipit aliquando canonicus,

aliquando plebanus in Manina; item praedium non est aliquod in villa praefata; item molendinum unum habens agros, de quo decimam solvit in *gonithwam* canonico Kelcziensi.

Czyrweona Gora, villa sub parochia ecclesiae de Ruszkow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopatum Lubuczensem pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, item tres hortulaniae habentes agros, item duae tabernae habentes agros, item molendinum unum habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Schyewyenskey et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Variatur autem praefatae decimae perceptio; sunt enim plerique agri in villa praefata, ex quibus decimam manipularem episcopus Lubuczensis percipit, agri videlicet siti versus villam Biskupicze, de agris autem versus septentrionem percipit eam ecclesia in Manina; de omnibus residuis percipit eam praesens praebenda Schewyenska. Item praedium non est aliquod in villa praefata.

Ruszkow, villa, habens in se ecclesiam parochialem S. Stanislai ligneam, per haeredem villae Zawischium de Oleschnica militem de armis Dambno, subiudicem Sandomiriensem, sanctae memoriae Sbignei cardinalis et episcopi Cracoviensis patrui germani, fundatam et dotatam, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Schewyenskey et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item tabernae non sunt aliquae in eadem villa; item hortulaniae sunt quinque in eadem villa, sed non habent agros, item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Ruszkow.

Sadowye, villa sub parochia ecclesiae de Ruszkow sita, cuius haeres Eustachius Sprowsky castellanus Radomiensis de armis Odrowansch, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Schyewyenskey et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvit decimam canonico in *gonithwam*, item hortulaniae quatuor habentes agros, de quibus solvunt decimam in *gonithwam*; item praedium ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Ruszkow.

Gromadzycze, villa sub parochia ecclesiae de Schewna sita, cuius haeredes Nicolaus, Johannes, Michael, Martinus, Albertus Strasz, Urbanus et Silwester de armis Wyenyawa, in qua sunt

quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et per quatuor ierugas canapalis non solvitur praebendae Schewyenskey, et per cmethones propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum; et valor eius aestimatur ad decem marcas, includendo decimam de agris hortulaniarum, et de agris praediorum. Item tabernae non sunt aliquae in villa eadem. Item hortulaniae decem et septem habentes singulae agros, de quibus decima manipularis solvitur canonico in *gonithwam*; item praedia militaria quatuor, sed varie solvunt decimam, nam de agris praedialibus, quos habent versus villam Mirkowicze, solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali et plebano in Schewna; de agris vero sitis ultra fluvium Skarszina versus Oppathow oppidum, quoniam hi agri quondam erant cmethonales, solvunt decimam manipularem praebendae Kelcziensi Schewynska in *gonithwam*. Item est in eadem villa molendinum, sed non habet agros, item decimam canapalem villa praefata et eius cmethones et incolae ex consvetudine praescriptam, non solvunt.

Vicaria praebendae Schewyenska.

Praebenda Schewyenska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Kyelcziensi, quam nunc obtinet Hynek de Goriinicze presbyter, cuius unicus collator et patronus est canonicus Kielcziensis praebendae praefatae Schewyenska, quae pro suo fundo atque dote habet proventus infrascriptos.

Radlin, villa sub parochia ecclesiae de Kyelcze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua est ultra novem laneos cmethonales ad episcopum Cracoviensem pertinentes, unus specialis laneus ad vicariam canonicatus et praebendae Kyelcziensis Schewienska pleno iure et integro pertinens, qui vicario praefatae praebendae pro censu annuo solvit .... Item idem laneus vicarialis sive canonicalis solvit decimam manipularem de omnibus agris suis vicario praefato praebendae Schewyenska, et etiam decimam canapalem per quatuor ierugas, et ducit eam proprio curru in horreum a vicario locandum, et aestimatur eius valor ad mediam marcam.

Praebenda Sydlowyeczska.

Tertia ecclesiae Kyelcziensis praebenda, quae vocatur Schydlowyeczska a villa Schydlowyecz prope oppidum Kyelcze sita, et quae est fundus praebendae praefatae, trahens denominationem, quae quidem praebenda ex decimis et introitibus ecclesiae tunc parochialis Kyelcziensis, ad illam

iure parochiali pertinentibus, quarum aliquae in dioecesi Gneznensi et in vicinatu oppidi Chaczini, in quo minera lasuri optimi abunde effoditur, consistunt, fundata atque dotata est, et in quarum possessione pacifica et longaeva praebenda praefata Schydlowyeczska fuit et est a tempore vetusto, quod nulla hominum memoria comprehendit non obstando, quod decimae praefatae non in propria Cracoviensi dioecesi, sed in Gneznensi aliena sint situatae, quas malignitas nonnullorum plebanorum de Chaczini ad se rapere per invidiam, quae tandem optimo iure repressa fuit, moliebatur. Hanc nunc tenet Joannes Scalka de Szebyen canonicus Cracoviensis, nobilis de armis et familia Biberstinorum, cornu cervinum in campo rube deferens, cuius quidem praebendae infrascripti sunt proventus.

Szydlowek, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Kyelcziensis sita, fundus praebendae Kyelcziensis Schydlowyeczska, cuius proprietas et dominium ad canonicum praebendae Schydlowyeczskiey pro tempore pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet de laneo, propter paucitatem et sterilitatem agrorum, pro censu annuo solvit tantummodo sex scottos monetae usualis et currentis in regno Poloniae. Item praefati cmethones non faciunt aliquos labores pro canonico in septimana, sed nec in toto integro anno, item non faciunt aliquas ducturas; item praefati cmethones non solvunt pro canonico avenam, neque ova, neque gallos, neque caseos, nec aliquas dacias aut stationes. Item in eadem villa est scoltetus, habens duos laneos liberos cum pratis, qui servit canonico deferendo litteras, et alia servitia implendo, et habet septimum denarium de censu; item tam cmethones de suis laneis, quam scoltetus de suis, solvunt decimam manipularem canonico praebendae Kyelcziensis Schydlowyeczska, et per quatuor ierugas canapalem et ducunt eam in horreum propriis curribus a canonico vel vicario locandum, et valor eius ad duas marcas aestimatur; item in haereditate praefatae villae est piscina pertinens ad canonicum praebendae Schydlowyeczskiey pro tempore; item villa praefata conterminat cum oppido Kyelcze, item cum villis Domaszowicze.

Mlodzowy Maior, villa sub parochia ecclesiae de Minori Mlodzewy sita, cuius haeres Crzeslaus de Kuroszwanky, nobilis de armis Roszae, in qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi dictae Schydlowyeczska, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad decem marcas. Item tabernae, item hortulaniae quatuor, duae habent agros cmethonales et reddunt decimam praebendae Kelcziensi in *gonithwam*, quae vero habent agros praediales, solvunt decimam ecclesiae S. Laurentii in Michalow;

item praedium est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae S. Laurentii in Michalow.

Mlodzowy Minor, villa, in qua est ecclesia parochialis lignea, cuius haeres Stanislaus Mlodzowsky, nobilis de armis Bippennium, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis canonico praebendae Kyelcziensis Szydlowieczska, et tenentur illam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duas marcas, aliquando ad duas sexagenas. Item sunt ibi alii lanei tres cum medio cmethonales, item agri tabernarum et hortulaniarum, qui solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Minori Mlodzewy; item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali ibidem in Minori Mlodzewy.

Zalupa, alias Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Mlodzowy sita, cuius haeres Joannes Galka de Nyedzwyedz de armis Odrowansch, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Schidlowyeczska, et tenentur illam cmethones ducere in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas. Perceptio autem decimae praefatae alteratur inter praesentem praebendam et mensam episcopalem Cracoviensem, uno enim anno percipit eam praesens praebenda Schydlowyeczska, altero vero anno percipit illam mensa episcopalis Cracoviensis. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Chaczini, oppidum, habens in se parochialem ecclesiam muratam in dioecesi Gneznensi sitam, ad serenissimum regem Poloniae pertinens, cuius agri in quatuor campos divisi sunt, et quilibet campus singulariter decimam solvit singulari beneficio et ecclesiae; et primus quidem campus, qui communi et vulgari appellatione vocatur Yrzmanyecz, solvit decimam manipularem praebendae Kyelcziensi paesenti Schydlowyeczska, et non tenentur eam eius agricolae ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum, sed canonicus propriis vel conventis curribus eam conducit, et valor aestimatur eius ad tres marcas; item non tenentur ad solvendam decimam canapalem; et valor decimae de praefato campo Yrzmanyecz aestimatur ad duas marcas, item de secundo campo eiusdem oppidi Chancziny datur decima manipularis ecclesiae et plebano in Antiqua Chacziny; item de tertio campo praefati oppidi datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nova Chaczini; item de quarto campo eiusdem oppidi datur decima ecclesiae parochiali in Zlothnyky.

Gory, villa sub parochia ecclesiae de Chaczini et in Gneznensi dioecesi sita, cuius haeredes Clemens Yaszowsky de armis Owada, (qui

coronatum .... pro insigni deferunt) et Nicolaus de armis Griffonum, in qua sunt octo hortulaniae cmethonales, de quibus praebendae Kyelcziensi Schydlowyeczska solvitur decima manipularis et per duas ierugas canapalis non solvitur, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum et eius valor aestimatur ad duas marcas. Item non sunt ibi tabernae, item non sunt hortulaniae; item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nowa Chacziny.

Szewcze, villa sub parochia ecclesiae de Chacziny et in dioecesi Gneznensi sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua quatuor lanei cmethonales, de quibus praebendae Kyelcziensi Schidlowyeczska solvitur decima manipularis et per duas ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Item duae sunt ibi hortulaniae, quae agros habent, et solvunt decimam canonico in *gonithwam*; item praedium non est aliquod ibi, item non sunt ibi tabernae.

Bolyechowycze, villa sub parochia ecclesiae de Chaczini et in dioecesi Gneznensi sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad serenissimum regem Poloniae, in qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus praebendae Kyelcziensi Schidlowyeczska solvitur decima manipularis et per duas ierugas canapalis, et tenentur illam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum, et eius valor aestimatur ad sex marcas. Item non sunt in eadem villa tabernae, item non sunt hortulaniae; item est in eadem villa praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis plebano et ecclesiae in Nova Chanczini.

Rathkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Chaczini et in dioecesi Gneznensi sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus praebendae Kyelcziensi Schidlowyeczska solvitur decima manipularis et per duas ierugas canapalis, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non sunt in eadem villa tabernae; item hortulania una habens agros, de qua decimatur pro canonico, item est ibi praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nova Chanczini; item aliqui agri ab hortulania applicati sunt praedio, de quibus sibi conatur plebanus in Chanczini decimam iniuste usurpare.

Wolya Murowana, villa sub parochia ecclesiae de Chaczini et in dioecesi Gneznensi sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus non solvunt decimam manipularem, sed pecunialem, et tenentur quilibet cmetho

de laneo pro decima praebendae Kyelcziensi Schidlowyeczska solvere sex grossos monetae usualis, et proveniunt de praefata decima tres fertones una cum decima scolteti. Item in eadem villa non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, item non est aliquod praedium; item scoltetus est in eadem villa, habens duos laneos, de quibus solvit canoniae et praebendae Kelcziensi unum fertonem; sed hi duo lanei includuntur in quatuordecim laneis, item praefata praebenda Kyelcziensis Schidlowyeczska habet specialem aream et domum cum prato et pomerio in Kyelcze, versus partem occidentalem et piscinam episcopalem, contiguam domui et areae praebendae Kielciensis, quae vocatur Szewyenska.

Item praefata praebenda Kyelcziensis Schidlowyeczska iuxta regestra antiqua et nova ecclesiae Cracoviensis taxata est ad .....

Vicaria Praebendae Schydlowyeskey.

Praebenda Kyelcziensis Schidlowieczska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Kyelcziensi, cuius canonicus Kyelcziensis praefatae praebendae Schidlowyeczskiey pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet Clemens de Kyelcze presbyter, quae quidem vicaria habet proventus infrascriptos.

Primo, censum de sex laneis in villa canonicali Szydlowyecz, quam supra descripsimus, de quolibet laneo per unum fertonem, et proveniunt sibi sex fertones. Item de laneis et agris villae praefatae Szydlowiecz tam cmethonalibus quam scolteti, percipit decimam manipularem, cuius aestimatur valor ad duas marcas; item ad supplendam tenuitatem fundi praefatae vicariae iam descripti, tenetur et obligatur quilibet canonicus praebendae Kyelcziensis Schidlowyeczskey pro tempore singulis annis dare suo vicario duas marcas in pecuniis paratis, sub poena excommunicationis per loci ordinarium, aut suum officialem, contra negligentem ferendae.

Praebenda Siradowska.

Quarta praebenda Kyelczyensis Siradowska dicta, a principali decima villae Siradowicze denominationem suam accepit, quae ex decimis manipularibus ecclesiae parochialis de Swathamarza creditur et fundata et dotata. Eam nunc obtinet Petrus de Chorzemicze, nobilis de domo Antiquorum Equorum, quae pro sui dote duas habet decimas manipulares, unam integram, aliam semiplenam, quas in suis locis singillatim describemus, cum aliis proventibus inferius describendis.

Siradowycze, villa sub parochia ecclesiae de Bodzaczin sita, pertinens

ad proprietatem et dominium episcopi Cracoviensis, in qua sunt undecim lanei cmethonales, item est praedium episcopale, in tres campos divisum, item est molendinum, dictum Konary, habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Syradowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item non est in eadem villa taberna, non scoltetus, non hortulania, item praefata praebenda taxata est ad duas cum media marcas argenti.

Smyathka, villa sub parochia ecclesiae de Tarszek sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, includendo agros scolteti et tabernae et hortulanorum, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, sed perceptio eius diversificatur iuxta diversitatem trium camporum; nam ex uno campo percipit eam praebenda praesens Siradowska, et ducunt illam incolae propriis curribus ad horreum a canonico locandum, et valor eius, dum hyemalia proveniunt, ad sex marcas, dum vero aestivalia, ad quatuor marcas; item de secundo campo percipit eam episcopus Cracoviensis, item de tertio campo percipit eam praepositura Kelcziensis, item est ibi unus laneus ad proprietatem plebani in Bodzaczin pertinens, liber ab omni censu et decima.

Vicaria Praebendae Syradowska.

Praebenda Siradowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Kyelcziensi, quam nunc obtinet Petrus, qui appellatur Graecus, presbyter de Borzykowa, cuius unicus collator et patronus est canonicus Kyelcziensis praebendae Syradowskiey pro tempore, quae pro sui fundo atque dote habet infrascriptos proventus.

Kowale, villa sub parochia ecclesiae de Brzeszini sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua ultra tres cum dimidio laneos cmethonales ad episcopum pertinentes, item ultra praedium episcopale, sunt duo lanei cmethonales, ad vicariam praebendae Syradowskiey pleno iure pertinentes, et de quolibet laneo solvitur pro vicaria praefata pro censu una sexagena, minus quatuor grossis; non laborant aliquos labores, solum hortum vicarii colunt et disponunt; item quilibet de laneo solvit tres mensuras avenae aequales, et octo currus lignorum per annum integrum ducunt pro vicario. Item non solvunt ova, neque caseos, neque gallos; item praefati duo lanei cmethonales solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem vicariae praefatae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Praebenda Pyrsznycza.

Quinta praebenda Kyelcziensis appellatur Pyrsznyczska, eo quod habet decimam principalem manipularem in oppido Pyrsznycza, a quo trahit denominationem. Haec quoque praebenda ex proventibus et decimis ecclesiae olim parochialis in Kyelcze fundatá et dotata est, et decimae ecclesiae Kyelcziensis parochialis inter custodiam Kyelcziensem ab una, et praesentem praebendam Kyelcziensem Pyersznyczska partibus ab altera, ex aequo partitae, in vices alteratas, prout latius infra describemus. Habet autem nunc illam Stanislaus de Kuroszwanky canonicus Cracoviensis, nobilis de familia Roszae, cuius quidem praebendae infrascriptae sunt decimae et proventus.

Pyrsnycza, oppidum, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem dominum regem Poloniae pertinet, in quo sunt quatuordecim lanei oppidanorum, de quorum agris solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Pyrsznyczska, et tenentur illam oppidani propriis curribus ducere in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad duodecim marcas. Item est in eodem oppido advocatus, qui habet duos laneos liberos, de quibus etiam solvit decimam manipularem praebendae Kyelcziensi Pyrsznyczska cum aliis oppidanis in *gonithwam*; ad solutionem autem decimae canapalis non obligatur. Item in oppido praefato non est aliquod praedium regium, neque hortulaniae; item plebanus eiusdem oppidi habet unum laneum liberum, de quo nulli solvit decimam manipularem.

Hanc decimam Bodzantha episcopus Cracoviensis 1359. praesenti praebendae contulit in recompensam reddituum et fructuum, quos in Kelcziensibus tabernis possidebat.

Kyelcze, oppidum, in quo ut supra scripsimus collegiata ecclesia existit, et sub cuius parochia praedictum oppidum Kyelcze situm est, cuius quidem oppidi proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pleno iure pertinet, in quo sunt viginti quatuor civiles lanei, de quibus omnibus solvitur decima manipularis in uno anno plene et integre pro custode Kyelcziensi, in altero autem anno decima praefata diversificatur, nam una medietas eius cedit praebendae Kyelcziensi, vocatae Pyrsznyczska, et tenentur illam oppidani propriis curribus ducere in horreum a canonico locandum, et valor eius, dum est dimidiata et cedit pro canonico, aestimatur ad decem marcas.

Krayno, villa sub parochia ecclesiae de Dalyeszycze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, item duo lanei scoltetiales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis,

Perceptio tamen eius diversificatur alternatis vicibus, uno enim anno percipit illam praebenda Kyelcziensis praesens Pyrsznyczska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas; altero vero anno percipit eam custodia Kyelcziensis. Item in eadem villa non est aliquod praedium episcopale, non est taberna, non sunt hortulaniae.

Czysszow, villa sub parochia ecclesiae de Dalyeszycze sita, cuius haeres Przedborius de Konyeczpolye, nobilis de armis Pobosze, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Pyrzsnyczska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quinque marcas. Perceptio tamen illius diversificatur alternatis vicibus; nam uno anno percipit eam canonicus praebendae Kyelcziensis Pyrzsnyczska cum omni iure, altero vero anno percipit illam custodia Kyelcziensis etiam cum omni iure; in eadem villa est praedium unicum militare ex agris cmethonum factum, de quo solvitur decima manipularis in *gonithwam* praebendae Pyrzsnyczska, aut custodiae Kyelcziensi. Item non sunt in eadem villa tabernae, neque hortulaniae; item sunt etiam agri praediales.

Bardo, villa, habens in se ecclesiam parochialem Omnium Sanctorum ligneam, cuius haeres Nicolaus de Curoszwanky, nobilis de armis Roszae, in qua sunt quindecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Pyrzsnyczska praesenti, et ducunt illam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et eius valor ad octo marcas aestimatur; perceptio tamen eius diversificatur alternatis vicibus, nam uno anno percipit illam praebenda Kyelcziensis Pyrzsnyczska cum omni iure, altero vero anno percipit eam custodia Kyelcziensis etiam cum omni iure. Item in eadem villa sunt duae tabernae, habentes agros, quarum una est haeredis, quae solvit decimam in *gonithwam* canonico aut custodi, altera vero est plebani, quae solvit decimam plebano; in eadem villa est unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ibidem ecclesiae parochiali in Bardo. Item est una in eadem villa hortulania scolteti; item scoltetus habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae et canoniae in *gonithwam* vicibus alternatis.

Czyzow, villa sub parochia ecclesiae de Bardo, cuius haeres idem Nicolaus de Kuroswanky de armis Rosza, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Pyrzsnyczska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius

ad duas marcas; perceptio tamen eius diversificatur alternatis vicibus, nam uno anno percipit illam praebenda Kyelcziensis praesens Pyrzsnyczska, altero vero anno percipit illam custodia Kyelcziensis. Item non sunt in eadem villa tabernae, neque hortulaniae, neque praedium.

Szadzywoyowycze, villa, habens in se ecclesiam parochialem ex albo lapide muratam, cuius haeres Petrus Obulyecz, nobilis de armis Odrowansch in media parte villae, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelciensi Pyrzsnyczska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas, aliquando ad decem; in altera vero medietate villae Nicolaus Chyczsky, nobilis de armis Griffonum. Perceptio tamen eius diversificatur alternatis vicibus; nam uno anno percipit illam praebenda Kyelcziensis Pyrzsnyczska, altero vero anno percipit illam custodia Kyelcziensis. In eadem villa sunt tres tabernae, duae haeredum et tertia plebani, sed non habent agros; item in eadem villa non sunt hortulaniae; item sunt ibi duo praedia militaria, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Szadziwoyowycze.

Klyszow, villa sub parochia ecclesiae de Kyie, cuius haeredes Dzywyszius de armis Gelithorum, Johannes Mnyowsky de armis Nyeczuya, Johannes Goly de armis Nyeczuya et Pelka etiam de armis Nyeczuya, in qua sunt unus cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Pyrzsnyczska, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, cuius valor ad unam marcam aestimatur; perceptio tamen eius diversificatur alternatis vicibus, nam uno anno percipit eam praebenda Pyrzsnyczska, altero vero anno percipit illam custodia Kyelcziensis. Item in eadem villa non sunt tabernae; item hortulaniae sex, omnes solvunt in *gonithwam*, item sunt ibi quatuor praedia militaria, quae solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Kyie.

Slothkow, villa sub parochia de Szadzywoyowicze sita, cuius haeres Zegotha, nobilis de armis Bippennium, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Kyelcziensi Pyrzsnyczska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Perceptio tamen eius diversificatur alternatis vicibus, nam uno anno percipit illam praebenda Kyelcziensis, altero vero percipit eam custodia Kyelcziensis. Item sunt ibi taberna una, hortulaniae duae, omnia habent agros, et de omnibus solvitur decima in *gonithwam;* item est ibi unicum praedium militare, de quo solvitur decima in Szadzywoyowicze.

Mochoczicze, villa sub parochia ecclesiae Kyelcziensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua praeter laneos episcopales est unus laneus cmethonalis, qui pro censu solvit canonico unam marcam, et decimam campestrem in valore mediae marcae, et mensuras avenae non confertas, sed tam censum quam decimam de praedicto laneo vicarius canonicalis, praeter avenam. Item praebenda praefata habet domum et aream cum pomerio, confrontatam et vicinam oppido Kyelcziensi versus orientem.

Item praebenda praefata Kyelcziensis Pyrzsnyczska taxata est ad . . .

Vicaria Praebendae Pyrsznyczska.

Praebenda Kyelcziensis Pyrsznyczska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Kyelcziensi, cuius unicus patronus et collator est canonicus praebendae Pyrzsnyczska pro tempore, quam quidem vicariam tenet nunc Clemens de Poznania presbyter, cuius infrascripti sunt proventus.

Nida, villa sub parochia ecclesiae de Brzezyny sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis; sed perceptio illius diversificatur alternatis vicibus, nam uno anno percipit illam vicarius praebendae Pyrznyczska praesens, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicario locandum, cuius valor aestimatur ad quatuor, et aliquando ad quinque marcas, altero vero anno percipit illam custodia Kyelcziensis. Item non est ibi aliquod praedium episcopale, item non est scoltetia, item non sunt tabernae, neque hortulaniae.

Chomathow, villa sub parochia ecclesiae de Szadzywoyowicze sita, cuius haeres Warczislaus de armis Vulpium, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis; sed perceptio eius diversificatur, nam de medietate villae tollit decimam manipularem ecclesia in Szadzywoyowicze, de altera vero medietate villae cedit pro duabus vicariis Kyelciensibus, videlicet pro vicario custodis et vicario praebendae Pyrsznyczska, et illi eam inter se alternatis vicibus partiuntur et valor aestimatur eius ad unam marcam, et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum. Item in eadem vicaria habet censum de duobus laneis in oppido Kyelcze, et quilibet solvit sibi mediam marcam, et decimam post eosdem laneos manipularem, aestimatam ad unam marcam, et quilibet agricola de laneo tenetur singulis septimanis ducere duos currus lignorum pro vicaria. Item habet in villa

Mochoczicze unum laneum cmethonalem, de quo agricola solvit vicario pro censu unam marcam, et decimam campestrem aestimatam ad mediam marcam, et canonico tres mensuras non confertas avenae.

Praebenda Brzechowska.

Sexta et ultima praebenda, quae vocatur proprie Brzechowska, quae a fundo villae suae dotis Brzechow cognominationem accepit, quam nunc tenet Johannes de Wasznyow, cuius infrascripti sunt proventus.

BRZECHOW, villa sub parochia ecclesiae de Dalyeszycze sita, cuius proprietas et dominium ad canoniam ecclesiae Kyelcziensis praefatae Brzechowska pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu canonico mediam marcam, sed non faciunt aliquos labores, neque solvunt aliqua tributa aut datias. Item est in eadem villa scoltetus, habens duos laneos liberos et septimum denarium de censu, et servit cum litteris ambulando in equo proprio. Item tam cmethones praefatae villae quam scoltetus, solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praebendae praesenti Kyelcziensi Brzechowska, et tenentur illam cmethones et scoltetus ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad quatuor marcas; item in villa praefata non est aliquod praedium, non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item villa praefata confinat cum villis episcopalibus Dalyeszycze, Nyestachow, Radlyn.

OBBYDCZE, villa sub parochia ecclesiae de Lyszow sita, cuius haeres Stanislaus dictus Szeczypywo de armis Czewya, pro una villae medietate; pro altera autem villae medietate haeres est Petrus Swyanskowsky de armis Szrokomlya, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae Kyelcziensi Brzechowska et tenentur illam cmethones ducere propriis curribus in horreum a canonico locandum et eius valor aestimatur ad sex marcas. Item tabernae duae, item hortulania una habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Kyelcziensi Brzechowska in *gonithwam;* item praedia militaria sunt ibi duo, de quibus manipularem ex utroque praedio tollit ecclesia parochialis in Lyssow, et valor eius ad duas marcas aestimatur.

YAWOR, villa sub parochia ecclesiae de Chomathow sita, cuius haeredes Petrus Balyczsky de armis Bippennium, Rokosz de armis Trium Tubarum et Johannes Guthowsky de armis Polukoza, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et tenentur illam cmethones propriis curribus

ducere in horreum a canonico locandum, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Item est in eadem villa taberna, habens duos laneos agrorum sibi annexos, qui feruntur quondam fuisse cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Brzechowska; est etiam hortulania una, quae habet agros, et decimam solvit praebendae Kyelcziensi Brzechowska; item duo praedia militaria, de quibus ecclesia in Korythnicza decimam manipularem percipit.

Karsszy, villa sub parochia ecclesiae de Kygye sita, cuius haeres Zawissius Lypsky de armis Olobok, qui caput salmonis et medium pro insigni in campo deferunt, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis pro praebenda Brzechowska, et tenentur illam cmethones propriis curribus in horreum ducere a canonico locandum et aestimatur valor eius ad tres marcas. Item taberna una habens agros, et decimat pro praebenda Brzechowska in *gonithwam*, item hortulaniae non sunt; item praedium militare est unum in villa praefata, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae Omnium Sanctorum alterius partis ligneae in Cracovia, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Lypa, villa sub parochia ecclesiae de Kyie sita, cuius haeres Zawiszius Lypsky, nobilis de armis Olobok et Raphael de armis Lelywa, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item taberna una habens agros, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Kyelcziensi Brzechowska in *gonithwam*, item hortulaniae non sunt in villa praefata; item praedia duo sunt ibi Rapaelis Zawischii militaria, de quibus solvitur decima manipularis plebano alterius partis Omnium Sanctorum in Cracovia domus ligneae.

Lukowa, villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius haeres Johannes Gyelthko, nobilis de armis Trium Hastarum, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas. Item taberna una habens agros ex agris praedialibus, item hortulaniae tres habentes agros ex agris praedialibus; de omnibus solvitur decima manipularis praebendae in Mokrzsko, item praedium in eadem villa est unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendae ibidem in Mokrzsko.

Vicaria Praebendae Brzechowska.

Praebenda Kyelcziensis Brzechowska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Kyelcziensi, cuius canonicus praebendae Brzechowska pro tempore unicus est patronus et collator, quam nunc tenet Szulyslaus de Kazimirz presbyter, quae pro sui dote atque subsistentia habet proventus infrascriptos.

Bobrza, villa sub parochia ecclesiae de Kyelcze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt quinque lanei cmethonales et duo lanei scolteti, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicario praebendae Brzechowska; et ducunt eam cmethones in horreum a vicario locandum, cuius valor ad quinque marcas aestimatur. Item in eadem villa non sunt praedia, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

Gumyencze, villa sub parochia ecclesiae de Pirsznicza sita, cuius haeres Marcus Malyeszowsky, nobilis de armis Griffonum, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicario praebendae Brzechowska, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt. Item praedium unicum militare, de quo decimam manipularem tollit ecclesia in Pirzsznicza. Item vicaria praefata habet in villa episcopali Domaszowycze unum laneum cmethonalem, qui sibi pro censu solvit mediam marcam, item decimam manipularem in valore unius marcae, item laborant duos dies in septimana, nec solvit caseos, neque gallos, neque ova.

Vicarii Kyelcienses habent in communi infrascriptos proventus.

In villa episcopali Dymyny decimam manipularem post duos laneos scolteti; in Nyewachlow villa episcopali decimam manipularem post duos laneos scoltetiales; in Thumlyn villa episcopali decimam manipularem post duos laneos scoltetiales; in Koslomlothy villa episcopali decimam manipularem post duos laneos scoltetiales; in Banczkow villa episcopali decimam manipularem post duos laneos scoltetiales; item offertorium et oblationes omnes de ecclesia Kyelcziensi, quomodolibet provenientes; item a quolibet praelato installato, similiter et a canonico solvuntur ecclesiae Kyelcziensi aut cappa, aut tres marcae pro cappa; praelatus etiam tenetur solvere vicariis unam sexagenam pro offertorio, canonicus vero unam marcam; item

denarium Sancti Petri de parochia Kyelcziensi tollit et colligit praepositus aut suus vicepraepositus Kyelcziensis, et respondet de eo apostolico collectori. Item praefati vicarii Kyelczienses habent unam piscinam in communi, donatam eis per felicis recordationis Sbigneum cardinalem episcopum Cracoviensem. Item omnes et singuli vicarii Kyelczienses curam animarum ecclesiae Kyelcziensis gerunt in solidum, et habent aliqui domos proprias, aliqui vero domos suorum praelatorum et canonicorum inhabitant. Item columbationem post omnes villas parochiae Kyelcziensis percipiunt; item omnes quaestus ecclesiae, praeter sepulturas percipiunt; pecuniae autem ex sepultura provenientes, in fabricam ecclesiae convertuntur.

CLEPARDIENSIS.

Sancti Floriani collegiatam ecclesiam extra muros Cracovienses, in oppido Kleparz eiusdem civitatis Cracoviensis suburbio sitam, quarto inter collegiatas collocabimus loco;
et ob Sancti, cui dicata est, decus et gloriam, et ob ecclesiae praefatae praestantiam singularem, cuius fundatio hinc originem fertur recepisse: dum siquidem anno Domini 1184. sexto calendarum Novembrium, Lucius, Romanae urbis pontifex maximus, Tertius, supplici et frequenti petitioni Casimiri regni Poloniae ducis et monarchae annuens, corpus integrum beati Floriani gloriosi martyris per Aegidium Muthinensem episcopum duci praefato et genti Poloniae in solatium transmisisset, et Gedeon alias Gethka tunc Cracoviensis episcopus, cum praefato duce Casimiro et universo civitatis Cracoviensis clero et populo illud devotissime suscepisset, et basilicam illi extra muros Cracovienses sumptuoso construxit opere ex latere cocto, quam Casimirus Poloniae dux, ampliori decoraturus honestate, in collegiatam, et in honorem novi hospitis beati Floriani erexit, villisque et decimis partim suis ducalibus, partim a Gedeone episcopo Cracoviensi precario impetratis, donavit; quatuor praelatos in ea constituens, quatuor canonicos et octo vicarios, horas nocturnas et diurnas caeterasque res divinas expleturos; cui processu temporis, oppido Cleparz fundato, parochia frequens et ampla, cuius cura animarum per Albertum Jastrząbyecz episcopum Cracoviensem, ex praeposito in vicarios translata est, accessit. In largiendis autem et donandis pro praefata ecclesia Sancti Floriani decimis manipularibus et pecunialibus, Gedeon Cracoviensis episcopus modestia usurus, et mensae suae episcopalis evitaturus laesionem enormem, decimas frumentales et pecuniarias in universa terra sive districtibus Byeczensi et Szmigrodensi in nova

tunc radice consistentes et consurgentes, absque restrictione, et specificatione villarum, et sub numero indefinito, contulit, inscripsit et donavit. Qua donatione praelati et canonici Sancti Floriani in temporis processu extensius, copiosius et quam licebat, quamque conveniebat, usi de decimis in septuaginta prope villis, nullo eos impediente, se intromiserunt, et eas in suam traxerunt proprietatem, quarum etiam villarum nomina inferius subiiciemus. Quorum immoderatam audaciam Cracoviensis episcopus Johannes coherciturus, illos per censuras ecclesiasticas a decimarum invasione reprimere studiosius coepit, qua differentia ad audientiam Casimiri Poloniae regis tanquam ecclesiae Sancti Floriani immediati patroni per Arnoldum caeterosque praelatos et canonicos Sancti Floriani a. D. 1343. decimo octavo Decembris, deducta, Jaroslaus Gneznensis archiepiscopus a Casimiro rege et parte utraque invitatus et rogatus, advenit, et differentiam ipsam sopivit, decernens novalium decimas ad mensam episcopalem, salva tamen progressione pertinere, deputatique tunc fuerunt certi barones, videlicet Spiczmerus castellanus Cracoviensis, Ivo praepositus Gneznensis et Ottho cancellarius regni Poloniae parte utraque consentiente, qui iussu regio in Byeczensi et Szmigrodensi districtu, facto personali descensu, discretione inter villas veteres et novas ordinata, facta etiam discretione et determinatione de villis et agris, progressive et lateraliter locatis et extirpatis, ecclesiae Sancti Floriani et eius praelatis et canonicis, ius percipiendi decimas manipulares et pecuniales in villis prope septuaginta reliquerunt; caeteras decimas eorundem districtuum et terrae episcopo Cracoviensi pro tempore et suae mensae adiudicarunt, constituendo iuxta privilegium et ordinationem Jaroslai Gneznensis archiepiscopi, ut ubicumque sylvae, vel mericae, vel pars earum ab agris antiquis progredientium, simul vel successive extirpantur, huiusmodi agrorum novalium decimam percipiet quilibet beneficiatus, qui prius percipiebat de antiquis; ubi vero nova villa locatur, etiam intra gades antiquae episcopus decimam percipiet, etsi villa transfertur de uno loco in alium, et aliqui agri novi progressive exstirpati fuerint agris ab antiquis, percipiet decimam de novis progressivis, qui percipiebat de antiquis.

Praepositura Sancti Floriani.

Prima dignitas in ecclesia S. Floriani extra muros Cracovienses, quam nunc obtinet Jacobus de Conyeczpolye, nobilis de armis Pobodzye, quae fundata et dotata asseritur ex ecclesia olim parochiali, nunc conventuali de Skalka et eius proventibus, unde et in signum, quod suam dotationem ab ea accepit, praepositus S. Floriani pro tempore praefatam ecclesiam in Skalka, antequam in conventualem redigeretur, conferebat. Ea

autem in conventualem translata, praepositus modernus Jacobus pro se et suis successoribus illius collationi perpetuo renuntiando, se abdicavit.

Byenczycze, villa sub parochia ecclesiae de Racziborowicze et supra fluvium Dlubnya sita, fundus primarius praepositurae S. Floriani, in qua est curia praepositi, aedificia habens bona, hortos, pomeria et prata, habens agros praediales frugiferos et in quatuor campos divisos, de quibus omnibus dat decimam manipularem monasterio et priori in Skalka, qui in horreum suum eam inducit. Item sunt in eadem villa lanei cmethonales decem et septem, quorum quilibet solvit pro annuo censu praefato praeposito, pro festo S. Martini duas marcas et unum fertonem, item triginta ova, item duos caseos, item duos capones, item choros rapae . . . ; item quilibet cmetho de laneo laborat tres dies in septimana proprio curru aut aratro integro anno, item ducturas faciunt in Cracoviam ex ordine absque die, alias autem ducturas faciunt ad rationem dierum in septimana debitorum. Item sunt in eadem villa tres tabernae, et quaelibet habet agros, quarum prima solvit sex marcas, octo capones, unum octuale cervisiae; secunda etiam solvit totidem, videlicet sex marcas, octo capones, et unum octuale cervisiae; tertia taberna solvit tres marcas et unum octuale cervisiae; item ad labores non obligantur. Item sunt in eadem villa sex hortulaniae non habentes agros, sed solum hortos, prima solvit unam cum media marcas, sex gallos, secunda solvit unam marcam, tertia tres fertones, quarta tres fertones, quinta tres fertones, sexta tres fertones; item praedicta villa habuit duo molendina in flumine Dlubnya, quorum unum datum in haereditatem perpetuam solvit praepositurae pro annuo censu septem marcas, octo capones, unum octuale cervisiae, aliud solvit novem marcas et novem capones; item ad *powabam* utranque tenentur cmethones, tabernatores, hortulani et eorum inquilini; item cmethonales omnes agri solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praepositurae praefatae, et tenentur eam propriis curribus in horreum praepositi inducere, cuius valor aestimatur ad quadraginta marcas.

Item monasterium ordinis beati Pauli primi heremitae de Skalka, tollit decimam manipularem de agris praedialibus praepositurae, item de agris tribus, sive iugeribus, et primo de agro molendinatoris ex opposito inferioris molendini sito, et quibusdam arvis, item de agro praediali retro curiam, qui dicitur *powabne*, item de aliquibus agris Nicolai Krol, Georgii Szidlo cmethonum, item Nicolai Kostur et Johannis Szidlo tabernatorum, qui quondam erant praediales, cuius valor aestimatur ad sex marcas.

Item villa praefata confinat cum villis Mistrzowicze, Crzyeslawicze. Item praepositura praefata habet curiam notabilem in Cleparz,

muro per Bodzantham Vislai de Scheligy, alias de tunc eius praepositum fabricatam, cum horto et pomerio.

SKAWCZE, villa sub parochia ecclesiae de Mucharz sita, cuius proprietas pertinet ad praepositum S. Floriani et est secundus fundus dictae praepositurae S. Floriani, in qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet laneus pro annuo censu solvit praeposito .... Item medietatem census de villa praedicta tenetur praepositus dare ecclesiae S. Floriani pro administratione cerae, olei et luminarium, et tenetur sex marcas dare pro cera et oleo, de censu eiusdem villae et aliis proventibus praefatae praepositurae.

Item cmethones villae praefatae, tabernatores et hortulani solvunt decimam pro medietate manipularem praepositurae S. Floriani de omni grano et decimam canapalem per quatuor ierugas, et tenentur illam cmethones ducere propriis curribus in horreum a praeposito locandum, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas; item medietatem dictae villae percipit plebanus et ecclesia parochialis in Mucharz, et valor eius medietatis etiam aestimatur ad quatuor marcas. Conducitur autem praefata decima in unum horreum integraliter in manipulis, sed tritulata grano dividitur aequali portione videlicet grano inter praepositum S. Floriani et plebanum de Mucharz. Item non est in villa eadem aliquod praedium, item non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, item non est molendinum.

Confinat cum ....

Vicepraepositura.

Item praepositura S. Floriani habet habereque consvevit perpetuam vicariam sive vicepraeposituram in ecclesia S. Floriani, cuius unicus est collator et patronus praepositus ecclesiae S. Floriani pro tempore, quam nunc tenet Michael de Thopolowka presbyter Przemysliensis dioecesis, quae pro sui fundo et dote habet proventus infrascriptos.

KADZYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Cosczelyecz sita, cuius proprietas ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinet, in qua est praedium regium in tres campos divisum, de cuius agris solvitur decima manipularis vicepraeposito S. Floriani, cuius aestimatur valor ad duas marcas; de agris autem universis cmethonalibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae Cracoviensi, quae vocatur *Gonowska*.

PYECZENYAGY, villa sub parochia ecclesiae de Wroczimowicze sita, cuius dominium ad serenissimum dominum regem pertinet, in qua est praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis vicepraepositurae S. Floriani, et valor eius aestimatur ad duas sexagenas; de laneis vero

cmethonalibus solvitur decima manipularis canonicatui et praebendae Cracoviensi, quae vocatur Byezanowska. Item praefatus vicepraepositus participat de proventibus communibus aliorum vicariorum S. Floriani, videlicet de quartis et introitibus villae Zablocze, item de offertorio, item de undecim marcis, quas collegiati magistri vicariis dare consveverunt in communi; item de spoliis, item de universis quaestibus ecclesiae in communi provenientibus. Item vicepraepositus S. Floriani pro tempore, habet in coemeterio ecclesiae specialem domum et aream cum horto et pomerio pro sua habitatione, in parte orientali, vicinam curiae praepositi.

Scola.

Habet ecclesia S. Floriani scolam, in aliqua sui parte muratam, in coemeterio ecclesiae ad partem meridionalem; praepositus autem S. Floriani pro tempore, magistrum scolae locat, ordinat et instituit, quem tenetur annis singulis quatuor marcis solariare, item tenetur eidem singulis diebus expensas administrare, aut ratione expensarum sibi sex marcas in paratis pecuniis debet solvere; non participat autem magister scolae cum vicariis de aliquo quaestu, solum de vigiliis cantatis, de quibus sibi quaestus medietas debet provenire. Scolam autem muratam aedificavit dominus Gregorius de Ludbrancz regni Poloniae vicecancellarius et praepositus eiusdem ecclesiae a. D. 1493.

Decanatus.

Secunda in ecclesia S. Floriani dignitas est decanatus, cui cura vicariorum, ordinatio, correctio et institutio eiusdem ecclesiae est annexa, quem nunc tenet magister Matthias de Cobylino, sacrae theologiae professor, qui quidem decanatus, etsi nunc adaequatus sit cum caeteris dignitatibus et praebendis S. Floriani, habebat tamen speciales proventus ante adaequationem, collatioque eius et iuspatronatus ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinebat, quae nunc ad rectorem et doctores atque magistros collegii artistarum pleno iure dignoscitur pertinere, cuius infrascripti sunt proventus.

Lubyenko, villa, habens parochialem ecclesiam in se sitam, fundus unicus decanatus S. Floriani, in qua sunt lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit decano S. Floriani. Item villa praefata solvit decimam manipularem de omnibus agris suis decanatui S. Floriani, et conducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum, et valor eius aestimatur ad . . . .

Decimae manipulares decanatus Sancti Floriani.

Lazszcze, villa sub parochia ecclesiae de Lubyenko sita, cuius proprietas pro medietate pertinet ad abbatem et monasterium Thyniciensem, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis decanatui S. Floriani, et conducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Lubno, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas et dominium pro medietate pertinet ad abbatem et monasterium ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum et eius valor aestimatur ad sex marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Tharnowiecz, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium ad Kruszynam pertinet, nobilem de armis Mandresstky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Magna Tharnow, villa, cuius proprietas et dominium ..... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Lyssza Gora, villa sub parochia de Antiqua Szmigrod sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem et Crzeslaum Woyszik et Nicolaum Stadniczsky, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decano S. Floriani, et ducunt eam cmethones in horreum a decano locandum et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Decimae fertonales decanatus S. Floriani in terra Byeczensi in latis grossis.

Dambowdzal, oppidum, habens in se ecclesiam parochialem sub titulo Sancti Bartholomaei ligneam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium. Item in eodem oppido est advocatia, habens....

Gorzycze, villa sub parochia ecclesiae de Lanszany sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur de quolibet laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium decanatui S. Floriani. Item praedium .....

Ropycze, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, cuius proprietas et dominium .... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur pro decima unus ferto latorum grossorum Pragensium decanatui S. Floriani.

Byenarowa, villa, habens ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum principem dominum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima decanatui S. Floriani. Item praedium ....

Item decanatus S. Floriani taxatus est ad ......

Vicedecanatus.

Item quamvis decanatus S. Floriani de iure et privilegio teneretur habere proprium vicarium sive vicedecanum in ecclesia S. Floriani, qui pro eo nocturna et diurna expleret officia, debitum quoque suum adimpleret, utpote praelatus primarius et principalis, ad quem singulorum defectuum in ecclesia S. Floriani pertinet provisio et supplementum, ex abusu tamen veteri et corrupto circa fundationem ecclesiae introducto, et nec in diem hanc correcto, non habet proprium vicarium perpetuum, sed alieno utitur, delegatque alicui vicario canonicali vices suas, vicedecani quoque titulum, licet futilem et ridiculosum, cum nullis illum solariet stipendiis, ei imponit, non parum etiam ea negligentia reprehensibilis, qui ecclesiam tam insignem, percipiens ex ea fructus, in horis et officiis divinis proprio vicario non administrat.

Cantoria.

Tertia dignitas in ecclesia S. Floriani cantoria, quam nunc obtinet magister Nicolaus de Ylkus, cui cura chori ecclesiae S. Floriani est annexa, haec etsi nunc adaequata sit, habebat tamen quondam ante adaequationem certos et speciales introitus in decimis manipularibus et fertonalibus in terra Byeczensi, cuius etsi alias collatio et iuspatronatus ad serenissimum regem Poloniae pertinebat, quae nunc ad rectorem et doctores atque magistros collegii artistarum pleno iure dignoscitur pertinere, cuius infrascripti sunt proventus cantoriae praefatae; ecclesiae parochiali S. Andreae in Ylksch annexa et unita est.

Decimae manipulares cantoriae.

Zmigrod Antiqua, villa, habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeredes Johannes Sthadnyczsky de armis Druszyna et Johannes atque Creslaus de Woycza, dicti Woyszykones de armis Powala, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cantoriae S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum, cuius valor ad duodecim marcas aestimatur. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Brzozowka, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, cuius haeredes ...., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae S. Floriani, et conducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum, cuius valor ad unam marcam aestimatur. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Schadhky, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad ...., in qua sunt lanei cmethonales, et de his omnibus solvitur decima manipularis cantoriae S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum, eius valor aestimatur ad duas marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Makowyska, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium pertinet ad Johannem Kobilensky de armis Grzymalya, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum, cuius valor aestimatur ad septem marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Glosczе, villa sub parochia ecclesiae de Cobylany sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Kobilensky de armis Grzimala pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cantoriae S. Floriani et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium ......

Decimae fertonales latorum grossorum cantoriae S. Floriani.

Stholyszyn, villa sub parochia ecclesiae de Slawyancino sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur decima manipularis per unum fertonem latorum grossorum Pragensium cantoriae S. Floriani ...... Item praedium ....

Rozumberg, villa, habens in se ecclesiam parochialem, quam de iure et consvetudine episcopus Cracoviensis, tanquam unicus eius collator et patronus, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima cantoriae S. Floriani. Item praedium.

Przeszeky, villa sub parochia ecclesiae de Slawyanczino sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur per unum fertonem latorum grossorum Pragensium cantoriae S. Floriani. Item praedium.

Strzezowka, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, in qua sunt lanei cmethonales, ex quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum cantoriae S. Floriani pro decima, cuius villae proprietas et dominium pertinet ad nobilem .... Item praedium ....

Raczslawycze, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima pecuniali cantoriae S. Floriani.

Suburbium Byeczense iure parochiali pertinet ad ecclesiam parochialem in Byecz, cuius proprietas ad serenissimum regem pertinet, in qua sunt viginti lanei, et de quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum, et proveniunt quinque marcae latorum grossorum Pragensium.

Hortus in Cleparz. Item cantoria S. Floriani habet unum hortum in Cleparz, de quo eidem solvuntur annuatim quatuordecim scotti communis pecuniae, penes hortum Malyarz oppidani situm. Notandum, quod cantoria S. Floriani et eius cantor pro tempore non percipit nunc proventus et redditus praefatos, sed post adaequationem beneficiorum S. Floriani, praefatae decimae et proventus cantoriae in commune sunt conversae et relatae; ecclesia vero parochialis in oppido Ylkus, de consensu serenissimi Poloniae regis unici patroni ecclesiae in Ylkus, cantoriae S. Floriani unita est, et omnes fructus dictae ecclesiae in Ylkus cantor S. Floriani pro tempore percipit atque tollit.

Item eadem cantoria taxata est ad .....

Vicecantor S. Floriani.

Cantoria S. Floriani habet habereque consvevit vicariam perpetuam, sive vicecantoriam in ecclesia S. Floriani, cuius cantor S. Floriani pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc obtinet Stanislaus de Cleparz presbyter, qui licet pro suae vicariae fundo et dote decimam manipularem in Chrzanow habuerit, decima tamen praefata in Chrzanow, plebanus in Ylkus et cantor S.

Floriani in suam proprietatem et usum redacta, solvit solvereque tenetur eidem vicariae seu vicecantoriae suae annis singulis pro solario perpetuo quatuor marcas communis pecuniae.

Item vicecantor S. Floriani habet propriam domum in coemeterio S. Floriani cum horto et pomerio, sitam in parte occidentali; item participat de omnibus aliis communibus introitibus, quartis, quaestibus et oblationibus aliorum vicariorum.

Custodia S. Floriani.

Quarta dignitas in ecclesia S. Floriani custodia, quam ante adaequationem sub aetate mea possidebat Nyemyerza de Krzelow canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Vulpium, quo a. D. 1429 absumpto, et custodia S. Floriani ad coaequationem aliorum beneficiorum redacta, ius patronatus et praesentandi dictae Custodiae ad rectorem, doctores et magistros collegii artistarum devenit, a serenissimo Poloniae rege Vladislao Secundo donatione perpetua in eos transfusum, quam nunc obtinet magister Stanislaus de Zawada, sacrae theologiae professor, quae pro sua dote atque fundo infrascriptos habet proventus.

Xangnycze, villa sub parochia ecclesiae de Wyanczslawicze sita, quae est primarius fundus custodiae S. Floriani, in qua sunt undecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo in festo S. Martini solvit unam sexagenam; item laborant quatuor dies in septimana proprio curru aut aratro, item solvit duos gallos et triginta ova; item avenam non solvunt. Item ducturas faciunt ordinarie ad rationem dierum in septimana debitorum. Item est ibi una taberna habens agros, quae pro censu annuo solvit custodiae quatuor marcas et quatuor capones eo, quod habet agros largos et prata; item sunt ibi tres hortulaniae, habentes agros, et quilibet solvit pro censu et laborat unum diem in septimana pedester, item tam cmethones, tabernator et hortulani, et omnes eorum inquilini tenentur ad utranque *powabam*, item omnes lanei cmethonales, item omnes agri tabernae et hortulaniarum solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem canonicatui et praebendae Cracoviensi, quae Crzeslawska appellatur, et tenentur illam propriis curribus in horreum a canonico locandum inducere. Item in eadem villa est unus laneus cmethonalis, quem colit curia, de quo datur decima praebendae Cracoviensi in *gonthwam*, item in eadem villa est praedium bonum et curia custodis, habens agros bonos, in tres campos divisos, de quibus non solvit alicui decimam manipularem, sed eam custos pro se tollit et in horreum suum inducit.

Item villa praefata confinat cum villis Mlodzeyowicze, Sdzeslawicze, Kuncziсze, Dziekanowicze, Boszuthow.

Ygolomya Minor, secundus fundus custodiae S. Floriani, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Igolomya sita, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo solvit unam marcam communis pecuniae in festo S. Martini pro custode. Item in qualibet septimana per integrum annum quilibet cmetho de laneo tenetur laborare duos dies in septimana proprio curru aut aratro, item ducturas faciunt ordinarie ad rationem dierum debitorum; item quilibet de laneo tenetur solvere triginta ova, item duos caseos, item duos gallos; item taberna una habens agros, quae pro censu solvit tres marcas et unum fertonem, item hortulaniae quatuor habentes agros, et quaelibet solvit pro censu novem grossos, et unum diem pedester in septimana laborat, item praedium ibi optimum custodiae, de cuius agris decimam nulli solvit, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit; item de omnibus agris villae solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro custodia S. Floriani, cuius valor aestimatur ad quindecim marcas; item universi agri villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor iuncturas canapalem custodiae S. Floriani, et tenentur eam cmethones propriis curribus inducere in horreum custodis, et valor eius ad duodecim marcas aestimatur. Item est in eadem villa curia custodiae et praedium, habens agros et prata, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item molendinum.

Item villa praefata confinat cum villis infrascriptis, videlicet Maiori Igolomia, Bothurzyn.

Item custodia praefata taxata est ad . . .

. . . . . . villa sub parochia de Jaszyel sita, cuius haeres Andreas Pyenyąszek de Cruszlowa de domo Odrowansch, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus decimae manipularis perceptio diversificatur, nam de tribus laneis percipit eam custodia S. Floriani, et valor aestimatur eius ad tres marcas, de sex vero laneis percipit eam ecclesia in Jaszyel, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item non est ibi praedium militare.

Vicecustodia S. Floriani.

Custodia S. Floriani habet habereque consvevit vicariam perpetuam, sive vicecustodiam in ecclesia S. Floriani, cuius pro tempore custos S. Floriani ante coaequationem beneficiorum erat unicus collator et patronus; post adaequationem vero beneficiorum illam doctores et magistri in ecclesia

S. Floriani beneficiati in commune conferunt, quam nunc tenet Clemens de . . . presbyter, quae pro suo fundo habet proventus infrascriptos, et primo: praefatus vicepraepositus participat de proventibus communibus aliorum vicariorum S. Floriani, videlicet de quartis et introitibus villae Zablocze, item, de offertorio, item de duodecim marcis, quas collegiati magistri vicariis dare consveverunt in communi; item de omnibus spoliis, item de universis quaestibus ecclesiae S. Floriani in communi provenientibus.

Item vicecustos pro tempore habet propriam domum in coemeterio S. Floriani sitam.

Welcz, villa regia sub parochia de Buszko sita, in qua viginti quatuor lanei cmethonales, duobus scolteti inclusis, quinque hortulaniae, tres . . ., de quibus omnibus datur decima manipularis pro monasterio Pyandziczoviensi, et eius aestimatur valor ad triginti marcas. Item est ibi praedium regium optimum, de cuius agris solvitur decima manipularis pro vicecustodia S. Floriani extra muros Cracovienses, cuius valor ad duas sexagenas aestimatur.

Prima praebenda dicta Czapplska.

Prima praebenda in ecclesia S. Floriani Czaplska appellata est, quae ante adaequationem habebat curiam et praedium in Minori Caplye; eam nunc praebendam tenet magister Stanislaus de Brzeziny sacrae theologiae professor, quae pro sua proprietate habebat proventus infrascriptos.

Czaplye Minor, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Czaplye sita, quae quondam erat sanctuariorum ecclesiae de S. Floriano villa, nunc vero amotis sanctuariis et cmethonibus institutis, facta est censualis, et pertinet ad proprietatem ecclesiae S. Floriani et ad doctores atque magistros beneficiatos ecclesiae praefatae, in qua quidem villa est curia, habens praedium bonum cum pratis, quod canonicus primae praebendae pro fundo possidebat, de quo nulli solvebat decimam, sed eam pro se tollebat et in suum horreum inducebat.

Decimae manipulares primae praebendae S. Floriani.

Thoky, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico primae praebendae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico primae praebendae locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

SCHOWYEKLANSKY, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium ad Johannem et Stanislaum Gamrath dictos, nobiles de armis Sulima pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

CLANCZANY, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius dominium seu proprietas ad Stanislaum, Nicolaum, Paulum Wyrzbyatham fratres nobiles de armis Strepe pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonicatui primae praebendae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et aestimatur eius valor ad unam marcam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

STRZESZIN, villa sub parochia ecclesiae de Byecz oppido sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico primae praebendae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad unam marcam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Decimae fertonales latorum grossorum primae praebendae.

OSZYEK, oppidum, in quo ecclesia parochialis, cuius proprietas et dominium ad serenissimum dominum nostrum regem Poloniae pertinet, in quo sunt lanei oppidanorum, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico primae praebendae pro decima. Item praedium.

LASZANYNY, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum canonico primae praebendae pro decima. Item praedium.

ZOLKOW, villa sub Iaszlensi ecclesia parochiali sita, cuius proprietas et dominium ad Nicolaum et Stanislaum Zolkowsky pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonicatui primae praebendae pro decima. Item praedium.

GRABYE, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonicatui primae praebendae pro decima. Item praedium.

LYSSZA GORA, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Smigrod

sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Stadniczsky et Johannem et Crzeslaum Woyschik pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum canonico primae praebendae pro decima. Item praedium.

Bukowa, villa sub parochia ecclesiae de Oszyek oppido sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum canonico primae praebendae pro decima. Item praedium.

Item prima praebenda taxata est ad . . .

Vicaria primae praebendae.

Prima praebenda S. Floriani dicta Caplska, habet habereque consvevit perpetuam vicariam in ecclesia S. Floriani, quam nunc tenet Johannes Plebanek de Malyecz presbyter, cuius unicus collator et patronus canonicus primae praebendae pro tempore, ante coaequationem beneficiorum esse consveverat; nunc autem conferunt illam in communi magistri et doctores beneficiati in ecclesia S. Floriani, pro suo autem fundo ex proprietate praefata, prima vicaria habet aliquos speciales introitus, et de communibus introitibus inferius describendis participat. Habet tamen propriam domum cum horto et pomerio in coemeterio ecclesiae S. Floriani sitam. Item praefata vicaria habet quatuor marcas a magistris et doctoribus pro solario.

Secunda praebenda S. Floriani, dicta Swyepyethniczska.

Secunda praebenda S. Floriani appellatur Swyepyethniczska, propter principaliorem decimam, quam habet in Swyepyethnicza, quam nunc tenet magister Stanislaus de Schadek sacrae theologiae professor; haec ante coaequationem in decimis manipularibus et fertonalibus proventus habebat infrascriptos.

Decimae manipulares secundae praebendae Swyepyethnyczskey.

Swyepyethnycza, villa sub parochia ecclesiae de Byecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico praebendae secundae, et tenentur eam cmethones propriis curribus inducere in horreum a canonico secundae praebendae locandum et eius

aestimatur valor ad duas sexagenas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

GLYNNIK POLONICALIS, villa sub parochia ecclesiae de Lyaszany sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico secundae praebendae, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

LYSSZOW, villa sub parochia de Slawyaczyn sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Zagorsky, nobilem de armis Accipitrum pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico secundae praebendae, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

SOBNYOW, villa sub parochia ecclesiae de Jaszel sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Johannem Pyenyaszek de Cruszlowa de armis Odrowansch pertinet, in qua sunt unus tantummodo laneus cmethonalis, de quo solvitur decima manipularis canonico secundae praebendae S. Floriani, et inducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et eius aestimatur valor ad duas marcas; de omnibus autem residuis laneis solvitur ecclesiae in Jaszel. Item praedia tria, videlicet Andreae Pyenyaszek, Paccosii, Wrosz, et de omnibus decimatur ecclesiae in Jaszyel.

Decimae fertonales secundae praebendae S. Floriani latorum grossorum.

GLYNNICZEK, villa sub parochia ecclesiae de Tarnowyecz sita, cuius proprietas et dominium ad Gregorium Chorasziez de armis Polukoszya pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima canonico secundae praebendae. Item praedium.

ZALANZIE, villa, habens in se ecclesiam parochialem sub titulo S. Johannis Baptistae, cuius proprietas et dominium ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico secundae praebendae pro decima. Item praedium.

MARKUSZOWKA, villa sub parochia ecclesiae de Zalanszye sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum

grossorum Pragensium canonico secundae praebendae pro decima. Item praedium.

SANDLOW, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico secundae praebendae pro decima. Item praedium.

ROSTOKY, villa sub parochia ecclesiae de Jaszyel oppido sita, cuius proprietas et dominium ad Gregorium Chorasziez de Polukoza domo pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico secundae praebendae pro decima S. Floriani. Item praedium est ibi scoltetiae, de quo ratione decimae solvuntur octo grossi communes ecclesiae in Jaszyel.

DULAMBYANKA, villa sub parochia ecclesiae de Dambowdzyal sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem de armis . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima. Item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Dambowdzal.

Vicaria secundae praebendae.

Secunda praebenda S. Floriani habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia S. Floriani, quam nunc obtinet Johannes de Cracovia presbyter, cuius canonicus secundae praebendae S. Floriani pro tempore unicus collator et patronus, ad aequationem beneficiorum esse consveverat; nunc vero conferunt eam in communi doctores et magistri collegii artistarum ecclesiae S. Floriani beneficiati. Pro fundo autem et dote praefata vicaria primae praebendae habet aliquos speciales introitus, et de communibus introitibus inferius describendis participat. Habet tamen praefata vicaria secundae praebendae domum propriam in coemeterio S. Floriani; item praefata vicaria secundae praebendae habet pro annuo suo solario a doctoribus et magistris collegii artistarum in ecclesia S. Floriani beneficiatis, quatuor marcas communis pecuniae in regno currentis.

Tertia praebenda, appellata Jaszyelska.

Tertia praebenda S. Floriani appellatur Jaszelszka propter principalem decimam manipularem, quam habet in oppido Jaszel, cuius iuspatronatus ante adaequationem pertinebat ad serenissimum dominum regem Poloniae, nunc vero pertinet ad rectorem, doctores et magistros collegii artistarum,

beneficiatos ecclesiae S. Floriani. Eam nunc tenet magister Johannes de Osswanczin sacrae theologiae baccalaureus, cuius antequam coaequaretur, hi fuerunt proventus.

Decimae manipulares tertiae praebendae.

JASZYEL, oppidum, in quo est ecclesia parochialis ex muro fabricata per Stanislaum Czyelyąthko decretorum doctorem, scolasticum Sandomiriensem, et germanum eius Nicolaum, rectorem tunc ecclesiae in Jaszel, nobilem de armis Taurorum, cuius proprietas et dominium pertinet ad serenissimum regem Poloniae, in quo sunt lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima manipularis canonico tertiae praebendae S. Floriani, et ducunt eam oppidani in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas, pro medietate duntaxat oppidi. Item est ibi advocatia habens duos laneos, de quibus etiam solvitur decima manipularis ecclesiae in Jaszel parochiali et eius plebano in Jaszel, item est ibi praedium regium, de quo decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Jaszel, sed in huiusmodi praedio locatus est cmetho; item sunt ibi in medietate oppidi lanei oppidanorum, et quilibet solvit pro decima unum fertonem pro plebano in Jaszel' Item omnes oppidani, et qui manipularem, et qui pecunialem reddunt decimam, solvunt quilibet de laneo unam mensuram siliginis et avenae, altera ratione missalium; item ratione mensalium quilibet hospes unum grossum, inquilinus medium grossum.

ZOLKOW, villa sub parochia ecclesiae de Lyazany sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad Nicolaum et Stanislaum de armis . . . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico tertiae praebendae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris certis aliquando decima manipularis solvitur pro canonico S. Floriani tertiae praebendae, aliquando pro ecclesia in Jaszyel.

JERONOWKA, villa sub parochia ecclesiae de Jaszyel sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico tertiae praebendae, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad mediam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt; item praedium est ibi scolteti, de quo ratione decimae solvuntur. sedecim grossi ecclesiae in Jaszyel.

GRODNO, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem . . . . de armis . . . . pertinet, in qua sunt lanei

cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis canonico S. Floriani tertiae praebendae, et ducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et aestimatur valor eius ad mediam marcam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Decimae fertonales tertiae praebendae in latis grossis.

Kopytowa, villa sub parochia ecclesiae de Szrzączyny sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Baruth de armis . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium, canonico tertiae praebendae pro decima. Item praedium, item est ibi scoltetia habens duos laneos, quae pro decima manipularj, ad quam obligatur, solvit pecunialem ecclesiae in Srzaczin, de quolibet laneo unum fertonem latorum grossorum.

Pyotrkowa, villa sub parochia ecclesiae de Lubyenko sita, cuius proprietas et dominium ad nobiles Martinum, Paulum, de armis Bogoria pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico tertiae praebendae pro decima. Item praedium.

Kanthy, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem . . . de armis . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur per unum fertonem latorum grossorum Pragensium, canonico tertiae praebendae pro decima. Item praedium.

Skalnik, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium ad nobiles Johannem Stadniczsky de armis Druszyna, et Johannem et Crzeslaum de armis Powalya pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico tertiae praebendae pro decima. Item praedium.

Czeclin, villa parochialem ecclesiam habens in se, cuius proprietas et dominium ad nobilem Skarbkonem de armis Powalya pertinet, in qua sunt lanei cmethonales; de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico tertiae praebendae pro decima. Item praedium.

Brzowka, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem . . . . de armis . . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico tertiae praebendae, dictae Jaszielska, pro decima. Item praedium.

Markowka, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem . . . . de armis . . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur decima fertonalis, videlicet per

unum fertonem latorum grossorum Pragensium canonico tertiae praebendae, dictae Jaszelska, pro decima. Item praedium.

Item praefata praebenda tertia taxata est ad . . .

Vicaria tertiae praebendae.

Tertia praebenda S. Floriani appellata Jaszelska habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia S. Floriani, quam nunc habet Blasius de Gorka presbyter, cuius canonicus tertiae praebendae pro tempore, ante coaequationem beneficiorum, esse consveverat unicus collator et patronus; nunc vero in communi doctores et magistri collegii artistarum beneficiati in ecclesia S. Floriani eam conferunt, quae vicaria habet de fundo seu introitibus in speciali, et de introitibus communibus infra describendis, cum aliis vicariis participat. Habet tamen domum propriam pro sua inhabitatione in coemeterio, item habet a doctoribus et magistris collegiatis pro annuo censu quatuor marcas.

Quarta praebenda, dicta Nyeglowyczska.

Quarta praebenda in ecclesia S. Floriani appellatur Nyeglowyczska, denominationem sumens a principali decima manipulari, quam habet in villa Nyeglowyecz, quam nunc tenet magister Andreas de Stargardia sacrae theologiae baccalaureus formatus, quae quidem ante adaequationem habebat pro sua dote et fundo decimas infrascriptas.

Decimae manipulares quartae praebendae.

Nyeglowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jaszyel sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Clementem Tursky de armis Cancrorum pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis canonico quartae praebendae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad octo marcas. Item taberna una habens agros, et solvit decimam manipularem in *gonithwam* pro canonico S. Floriani. Item hortulaniae tres, quae habent agros ex praedio; item praedium unum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Xangnicze, prope Paczanow.

Maszlczowa, villa sub parochia ecclesiae de Dambowyecz sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Janussium de armis Streparum pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima

manipularis canonico quartae praebendae, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, cuius valor aestimatur ad mediam marcam. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Wolya Maszlczowska, sub parochia ecclesiae de Dambowyecz sita, cuius haeres Janussius Jeszowsky de armis Strepe, in qua praedium tantummodo unicum, de quo decima manipularis solvitur.

Tharchow, villa sub parochia ecclesiae de Tsczenycza sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem, sed tenuta ad nobilem Johannem Gamrath de armis Szulima pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis, et inducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Hartlowa, villa, habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales; item est ibi molendinum habens agros latos, de quibus solvitur decima manipularis, cuius valor aestimatur ad unum fertonem. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Decimae fertonales latorum grossorum quartae praebendae.

Yaschel, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem .... de armis .... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico quartae praebendae pro decima. Item praedium.

Gorzicze, villa sub parochia ecclesiae de Lyay .... sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem ...... de armis .... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonico quartae praebendae pro decima. Item praedium.

Mytharza, villa sub parochia ecclesiae de Nova Zmigrod sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum canonico quartae praebendae pro decima. Item praedium.

Grabanina, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem .... de armis .... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium canonicatui quartae praebendae pro decima. Item praedium.

Smygrod Nova, oppidum, habens in se ecclesiam parochialem, cuius haeredes nobiles Johannes de domo Druszyny, et Johannes atque Crzeslaus de Woycza, de armis Powalya, in quo sunt lanei cmethonales,

seu oppidanorum, de quibus solvitur decima pecunialis per unum videlicet fertonem latorum grossorum canonico quartae praebendae pro decima. Item praedium.

Dobrynya, villa sub parochia ecclesiae de Czyeklyn sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem ...... de armis ...... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium pro decima canonico quartae praebendae. Item praedium.

Pyelgrzimowka, villa sub parochia ecclesiae .... sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Johannem et Stanislaum Gamrath de armis Szulima pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur unus ferto latorum grossorum canonico quartae praebendae. Item praedium.

Schirchowa, villa sub parochia ecclesiae de Zalanze sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem ...... de domo ..... et armis ..... pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur unus ferto latorum grossorum canonico quartae praebendae pro decima. Item praedium.

Brżezczye, villa sub parochia ecclesiae de Jaszyel sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur unus ferto latorum grossorum Pragensium. Item praedium est ibi scoltetiae, de quo ratione decimae solvuntur sedecim grossi ecclesiae parochiali in Jaszyel; item quilibet cmetho de laneo solvit pro ecclesia in Jaschel unum chorum siliginis ratione *meschne*.

Item praefata praebenda taxata est ad ......

Vicaria quartae praebendae.

Quarta praebenda S. Floriani, appellata Nyeglowyeczska, habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia S. Floriani, quam nunc habet Nicolaus de Scarbimiria presbyter, cuius canonicus quartae praebendae ante adaequationem beneficiorum esse consveverat unicus collator et patronus, quam nunc doctores et magistri collegii S. Floriani in communi conferunt, beneficiati praefatae ecclesiae existentes; pro fundo et speciali introitu praefata vicaria habet quatuor marcas pro annuo censu, a doctoribus et magistris beneficiatis ecclesiae S. Floriani.

Item habet domum propriam cum horto et pomerio in coemeterio S. Floriani.

Bona praelatorum et canonicorum Sancti Floriani in communi.

Czaplye Minor, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Czaplye sita, cuius proprietas et universum dominium ad praelatos et canonicos ecclesiae

S. Floriani pertinet, haec villa a primaeva S. Floriani dotatione sanctuariorum erat, qui ecclesiae S. Floriani per vices deserviebant, die ac nocte, liberi ab omni censu, labore, datia, exactione, et quovis tributo. Quam Casimirus Poloniae dux et monarcha in primaeva fundatione et dotatione ecclesiae S. Floriani, de introitibus suis ducalibus ecclesiae eidem S. Floriani in sortem perpetuam ascripserat. Processu autem temporis, cum ecclesia S. Floriani doctoribus et magistris collata foret, beneficia quoque ipsius adaequata fuissent, sanctuarii ex villa praefata amoti sunt, et in locum eorum sacristianus et duo campanatores instituti, et sors sanctuariorum in colonos redacta. Sunt ibi triginta quatuor lanei cmethonales, de quolibet solvuntur pro annuo censu tres fertones monetae usualis, item duos gallos, item triginta ova; non laborant autem aliquos dies in septimana, neque ducturas facere tenentur, arant tamen agros praediales, serunt et metunt, item curiam sepiunt et sepire tenentur. Item tenentur ligna ducere ad curiae necessitatem.

Item omnes lanei cmethonales solvunt solvereque tenentur decimam manipularem altari et altaristae altaris Sanctae Mariae in ecclesia maiori Cracoviensi. Item est in eadem villa praedium praelatorum et canonicorum S. Floriani, de cuius agris nulli solvunt decimam, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt; pertinebat siquidem praedicta decima praedialis ad primam praebendam S. Floriani, sed post adaequationem coepit esse communis. Item tabernae non sunt in villa praefata, neque hortulaniae.

Item villa praefata confinat cum villis ......

Domus et areae in Clyeparz.

Habet ecclesia S. Floriani et beneficiati eius quinque domos et areas in Cleparz in circulo ex utraque parte ecclesiae sitas, una vocatur Przedborii, quae solvit pro annuo censu unam marcam; secunda Panycz, quae etiam solvit unam marcam; tertia Laurentii, quae etiam solvit unam marcam; quarta Zak, quae etiam solvit unam marcam; quinta pictoris, quae solum solvit mediam marcam.

Sacristianus.

Item habet ecclesia S. Floriani specialem sacristiam, in cuius custodia omnes res, clenodia et cumnilia ecclesiae S. Floriani consistunt, et qui in eiusdem ecclesiae sacristia tenetur noctibus singulis cubare, qui pro suo solario habet quatuor marcas communis pecuniae, quae sibi per beneficiatos ecclesiae S. Floriani solvi ex censu villae Czaple sunt consvetae. Item habet columbationem alias *kolyadam* specialem de parochianis S. Floriani,

pro cuius largitione speciali die ipsos sollicitat. Consvevit autem sacerdos communiter esse, non tamen cum vicariis de aliquo communi quaestu communicat, quoniam non est de eorum numero, nec canit aut laborat cum eis, nec aliquod onus portat; manualis autem est, ad arbitrium praelatorum et canonicorum S. Floriani destituendus et substituendus.

Duo campanatores.

Item ecclesia S. Floriani consvevit habere duos campanatores clericos qui illam pulsalibus et servitiis consveverunt administrare; hi satis tenuem quaestum habent, qui illis tantummodo ex aspersorio et ex pulso defunctorum provenit.

Proventus vicariorum S. Floriani in communi.

ZABLOCZYE, villa sita sub parochia in Biskupicze villa episcopali prope Wyelyczkam, quam Bodzantha Vyslai de Coszowicze nobilis de domo Schelygi, existens praepositus S. Floriani, et qui expost promotus fuit in archiepiscopum Gneznensem, ab episcopo Ceretensi Andrea de Zabłocze a. D. 1377, pro ducentis marcis latorum grossorum coemit, et de consensu Ludovici Poloniae regis, vicariis S. Floriani in commune pro quartis, attenta eorum tenuitate, assignavit et perpetuo inscripsit. In qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet pro censu solvit pro quibuslibet quatuor temporibus undecim scottos, alias autem dacias aut tributa non solvunt, neque aliquos labores faciunt aut ducturas. Item est in eadem villa Zablocze alius haeres, Stanislaus Zborowsky de armis Kornicz, qui habet tertiam partem villae praefatae, videlicet unum praedium et unam tabernam et unam hortulaniam, de quibus solvit decimam manipularem in hospitale S. Spiritus in Cracovia.

Item est in eadem villa molendinum, habens agros et prata, cuius duae partes pertinent ad vicarios S. Floriani, tertia vero ad haeredem, et arendatur pro duabus sexagenis, aliquando pro ampliori, et cedunt ecclesiae duae marcae, et haeredi media marca; item est in eadem villa piscina bona, quae cum universo dominio pertinet ad vicarios S. Floriani, et in qua nobilis nihil habet cum eis commune; item cmethones tenentur semel in anno vicarios S. Floriani procurare statione; item cmethones et molendinator villae praefatae solvunt decimam manipularem monasterio hospitalis S. Spiritus in Cracovia, et tenentur eam cmethones ducere in horreum a praeposito hospitalis locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item non habent

vicarii S. Floriani in villa praedicta aliquod praedium, neque tabernam, neque hortulaniam. Item villa praefata confinat cum villis .....

Duodecim marcae.

Item praelati et canonici S. Floriani solvunt, solvereque tenentur vicariis S. Floriani in commune, duodecim marcas pro quartis, alias distributionibus vicariorum quotidianis, et doctores quidem et magistri beneficiati in ecclesia praefata, de communibus eorum proventibus solvunt undecim marcas; cantor vero S. Floriani, qui est plebanus in Ylkus, solvit de proprio unam marcam.

Quatuor domus vicariorum in Clyeparz.

Item vicarii S. Floriani habent quatuor domos proprios in Clyeparz: prima domus in circulo dicta Petri Pylath, donata per eundem universitati vicariorum, de qua pro censu annuo solvitur una marca; item secunda Stanislai Guth etiam in circulo, de qua solvitur una marca; item tertia Gromkonis Stanislai prope valvam Cracoviensem sita, de qua etiam solvitur pro censu una marca; item quarta Paczkonis in platea longa, de qua solvitur pro censu una marca.

Installatio.

Item quilibet praelatus aut canonicus in ecclesia S. Floriani installatus et receptus, tenetur ratione installationis et receptionis suae, solvere vicariis S. Floriani unam marcam, sub poena excommunicationis irrecuse. Item vicarii S. Floriani percipiunt de iure et consvetudine universum offertorium, item totam columbationem ex parochia, item omnia spolia, praeter purpuras auro textas et axamiticas, quae debent cedere pro ecclesia in ornatum; item medietatem de omnibus vigiliis cantatis, medietate pro magistro scolae remanente, et generaliter omnes quaestus in ecclesia S. Floriani provenientes.

Wladislaus Secundus Poloniae rex, fundato a se a. D. 1400. studio generali in civitate regia Cracoviensi, omnia beneficia ecclesiae S. Floriani praeter praeposituram, quorum introitus et redditus in superioribus descripsimus, eidem in dotem consignat, ecclesiam vero S. Floriani amplioribus proventibus gravidaturus, cancellarias tres, quarum duae videlicet Syradiensis et Lanciciensis saeculares erant, et a saecularibus personis

administrabantur, veluti quidam magistratus, tertiam vero Posnaniensem ecclesiasticam ad regiam dispositionem et collationem pertinentes, item et ecclesiam parochialem in Ilkus ad iuspatronatus regium pertinens, cum omnibus earundem cancellariarum et ecclesiae proventibus ac redditibus, eidem ecclesiae S. Floriani donatione irrevocabili donat, inscribit et incorporat, ea conditione et respectu, ut priscis beneficiis et praebendis S. Floriani plures adicientur praebendae, sed etiam personae in universitate laborantes possint eisdem proventibus solariari, quemadmodum in sequentibus docebimus. Praefatarum autem trium cancellariarum proventus hi fuisse dignoscebantur.

Siradiensis cancellaria.

Habuit habetque cancellaria Siradiensis certos proventus, decimas et redditus, quos et quas laici percipiebant, dum cancellariam Siradiensem administrabant; diviso siquidem regno Poloniae in plures tetrarchas, aemulabantur se principes in singulis officiis et magistratibus creando illos et illas, pro sua praestantia et excellentia, ne alius alio inferior se videretur. Creatus ergo et tunc fuit Syradiensis cancellariatus, per quem vero fuerit primum ducem creatus, parum constat; verisimile autem erat, quod in primordio creationis, magistratus ipse nonnisi personis ecclesiasticis conferebatur, qui et capaces erant decimarum manipularium et peritia scribendi pollebant. Processu vero temporis, etiam magistratus ipse laicorum personis destinabatur, et pessimo abusu atque exemplo decimae manipulares, quae sunt tributa egentium animarum, solis sacerdotibus debitae, et principi regum terrae in signum universalis dominii reservatae, per quandam corruptelam a laycis percipiebantur, quam clementissimus Deus non tolerans, decimas ipsas sua propitiatione in sortem restituit clericalem. Sunt autem isti proventus cancellariae Syradiensis prope oppidum Brzesznycza in terra Syradiensi consistentes.

Wysszenka, villa sub parochia ecclesiae de Payaczno sita, cuius proprietas et integrum dominium ad cancellariatum Syradiensem pertinens et ad magistros beneficiatos S. Floriani, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet cmetho solvit de laneo pro censu annuo unum fertonem latorum grossorum Pragensium, pro festo S. Martini, pro festo vero S. Johannis Baptistae octo grossos communis pecuniae. Item est in eadem villa taberna habens agros, quae pro censu solvit unam marcam communis pecuniae, item est in eadem villa molendinum etiam habens agros, quod pro annuo censu solvit duas marcas; item tam lanei cmethonales, quam agri tabernae et molendini, solvunt decimam manipularem pro cancellaria Syradiensi et magistris beneficiatis S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis

curribus in horreum a magistris locandum et aestimatur valor eius ad octo, aliquando ad decem marcas; item decimam canapi solvunt per tres ligaturas. Item in eadem villa est curia habens aedificia, habens praedium speciale, de cuius agris magistri beneficiati non solvunt decimam manipularem, sed eam pro se tollunt.

Item villa praefata confinat cum Dworzyschowicze.

Item laborant tantummodo duas dies in anno, unam pro vere, aliam pro autumno arando, seminando, item dant *oszyep*, tres choros siliginis et tres avenae, item solvunt duos gallos, item viginti ova; item sunt ibi duae tabernae habentes agros.

Decimae manipulares cancellariae Siradiensis.

Brzesznycza Antiqua, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet, in qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Syradiensi et magistris beneficiatis S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris beneficiatis ecclesiae S. Floriani locandum et valor aestimatur eius ad quatuor marcas, item decimam canapi. Item in eadem villa non sunt hortulaniae, neque praedium, neque tabernae; item advocati quatuor lanei, item plebani tres lanei, de quibus ecclesiae in Brzesznicza cedit decima.

Kruplyn, villa sub parochia ecclesiae de Brzesznycza Nova sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt decem et octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis magistris beneficiatis S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum et valor aestimatur eius ad octo marcas, item decima canapi per tres ligaturas. Item in villa eadem est praedium regium, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Brzesznycza Nova, item in eadem villa advocatus de Brzesznycza habet septem laneos, duos colit pro praedio suo, quinque vero locavit cmethonibus, et de omnibus solvitur decima fertonalis, ita quod quilibet laneus solvit unum fertonem ecclesiae in Brzesznycza oppido, per unum fertonem communis pecuniae pro decima; item tabernae non sunt; item hortulania una plebani de Brzesznycza, quae solvit decimam pro magistris, item cmethones solvunt missalia pro plebano in Brzesznicza, et quilibet solvit tres choros siliginis et tres avenae.

Dupycze, villa sub parochia ecclesiae de Antiqua Brzesznycza sita, cuius proprietas et dominium pertinet ....., in qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae

Syradiensi et magistris beneficiatis ecclesiae S. Floriani, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas, aliquando ad sex, aliquando ad octo; item decimam canapalem solvunt per tres ligaturas. Item non est in eadem villa praedium, non est hortulania, neque taberna. Item est ibi scoltetia habens octo laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Brzesznycza; item sunt duo lanei plebani in Brzesznicza, qui solvunt decimam manipularem pro cancellaria et magistris.

Dworzyschowicze, villa, habens in se ecclesiam parochialem, cuius proprietas ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis magistris beneficiatis ecclesiae S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad sex, aliquando decem, aliquando duodecim marcas; item decima canapalis solvitur per tres ligaturas; item praedium non est. Item cmethones missalia solvunt plebano in Dworzyschowicze, item taberna, item hortulaniae duae, item scoltetia est ibi, habens sex laneos, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem in Dworzischowicze.

Gayaczycze, villa sub parochia ecclesiae de Makowiska sita, cuius proprietas ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet, in qua sunt triginta duo lanei cmethonales, item est ibi scoltetus habens duos laneos scoltetiales; una taberna habens agros, de quibus omnibus datur decima manipularis pro cancellaria Syradiensi et pro magistris beneficiatis S. Floriani, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad decem et octo marcas; item decimam canapi solvunt per tres ligaturas. Item tabernae duae habentes agros, una solvit decimam manipularem pro cancellaria et magistris, alia pro ecclesia in Gayanczicze.

Trambaczow, villa, habens in se ecclesiam parochialem muratam, cuius proprietas et dominium ad nobilem Hyncza de Rogow de domo et familia Dzialoscha pertinet, in qua sunt quadraginta quatuor lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Syradiensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab illis locandum, cuius valor aestimatur ad duodecim marcas, aliquado ad sedecim, aliquando ad viginti; item decimam canapalem solvunt per tres ligaturas. Item est in eadem villa praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ibidem ecclesiae parochiali in Trambaczow, item sunt ibi tres tabernae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Trambaczow.

Schyedlecz, villa sub parochia ecclesiae de Payaczno sita, cuius

proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Syradiensi et magistris beneficiatis in ecclesia S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor, aliquando ad sex marcas; item decimam canapi solvunt per tres ligaturas. Item taberna non est. Item hortulania una habens agros, de cuius agris solvitur decima manipularis pro magistris; item praedium non est, sed scoltetia, quae habet tres laneos, de quibus decima manipularis solvitur ecclesiae parochiali in Payaczno.

Chorzow, villa sub parochia ecclesiae de Schemyekowicze sita, cuius proprietas et dominium ad Sthegnyevum Schemykowsky, nobilem de armis Okscha pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Syradiensi et magistris beneficiatis in ecclesia S. Floriani, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item decimam canapi non solvunt, item in villa praefata non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium.

Nywyszka, villa sub parochia ecclesiae de Sczity sita, cuius proprietas et dominium ad Hyncza de Rogow, nobilem de armis et familia Dzaloscha pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus pro decima manipulari solvitur siligo, et solvuntur de tota villa pro decima quilibet laneus tres choros siliginis. Item non est in eadem villa praedium, non est taberna, non est hortulania, item de duobus laneis villae praefatae solvitur ecclesiae in Trambaczow decima siligine.

Schczithy, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius proprietas ad Hyncza de Rogow, nobilem de domo et familia Dzaloscha pertinet, in qua sunt tredecim lanei cmethonales, de quolibet laneo dantur et solvuntur pro decima sex grossi communis pecuniae, item taberna non est. Item hortulania una scolteti, item praedium non est. Item est ibi scoltetia habens duos laneos, de quibus decima solvitur ecclesiae parochiali ibidem in Sczithy, item cmethones omnes solvunt *meszne* ecclesiae parochiali ibidem, quilibet de laneo per tres choros avenae et per tres siliginis.

Decimae manipulares cancellariae Lanciczlensis.

Cancellariatus quoque Lanciciensis ecclesiasticus fuisse magistratus verisimiliter existimatur, quoniam totus in decimis manipularibus fundatus est, neque ullam habet villam aut fundum, ex saeculari sorte sibi attributum, ipsius quoque ignoratur primarius fundator; cur autem appellatur Lancziciensis cancellariatus, non parva me habet admiratio, cum decimae eius non in

Lancziciensi terra, sed in Sandomiriensi consistant. Accidere autem poterat, ut sortes ducatuum et terrarum aliter fuerant, quoniam nunc limitatae et portio aliqualis terrae Sandomiriensis, quae a duce Lancicziensi tunc tenebatur, ad titulum principalem referebatur. Earum quoque nomina et valorem pergemus describere.

Blogye, villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius proprietas ad abbatem et monasterium Schuleoviense pertinet, duabus quidem villis Okalina et Goyczow prope Oppathow in terra Sandomiriensi sitis, quas monasterium Schuleoviense a Vincentio Kadlubkonis de Carwow, tunc praeposito Sandomiriensi, expost vero episcopo Cracoviensi, nobili de domo Rosza, donatas habuerat, in sortem mansionariorum Sandomiriensium, velut propter distantiam longam parum fructuosis, venditis, Casimirus Secundus Poloniae rex emere monasterio Schuleoviensi villam Bloge A. D. 1470. admisit, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Lancicziensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor eius aestimatur ad . . . Item decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, item tabernae, item praedia, hortulaniae.

Sthoczek, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad . . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad . . . . Item decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Radunya, villa sub parochia ecclesiae parochialis de Blogye sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Felicem de armis . . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris beneficiatis in ecclesia S. Floriani, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor eius aestimatur ad . . . Item decima canapi solvitur de quolibet laneo per quatuor ierugas, item taberna, item hortulani, item praedium.

Mnyschkowo, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lancicziensi et magistris beneficiatis in ecclesia S. Floriani, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et aestimatur valor eius ad . . .

Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas, item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Yawor, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et

dominium ad . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Lancicziensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum; item decima canapi solvitur per quatuor ierugas, et valor eius aestimatur ad . . . Item taberna, item hortulania, item praedium.

Grabowa, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, cuius proprietas et dominium ad Nicolaum et Stanislaum Mniszkowsky de armis . . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae S. Floriani, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor eius aestimatur ad . . . Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas, item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Konyszkye, villa sub parochia ecclesiae de Slawno sita, cuius proprietas et dominium ad . . . Mniszkowsky de armis . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et inducunt eam cmethones in horreum a magistris locandum. Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas, cuius aestimatur valor ad . . .

Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Thrzebyatow, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, cuius proprietas et dominium ad Florianum Strasz, Nicolaum Mniszkowsky de armis . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Lancicziensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et ducunt eam cmethones in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad . . . marcas. Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas, item tabernae, item hortulani, item praedium.

Zayanczkow, villa sub parochia ecclesiae de Slawno sita, in qua est haeres, ad cuius proprietatem et dominium praefata villa pertinet, nobilis Martinus Mniszkowsky de armis . . ., in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad . . . marcas. Item decima canapi per quatuor ierugas solvitur, item taberna, item hortulaniae, item praedium.

Pothok; villa sub parochia ecclesiae de Slawno sita, cuius proprietas et dominium ad nobilem Kunraczsky . . . pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae S. Floriani et ducitur in horreum a cmethonibus, et valor aestimatur eius ad . . . Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas, item tabernae, item hortulaniae. Item praedium.

Schyothlkowicze, villa, cuius cmethones sub ecclesia parochiali Kunycze siti sunt, curia autem militaris unica sub parochia ecclesiae in Slawno, in qua sunt sex lanei cmethonales, item quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum, et aestimatur eius valor ad quinque marcas. Item decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, item in eadem villa est taberna, sed non habet agros; item villae praefatae est unicus haeres Andreas nobilis de armis Prussi, et habet unicum praedium in eadem villa, de cuius agris solvit decimam manipularem in Byalebrzegy.

Kunicze, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeredes Petrus praepositus Sandeczensis, et Laurentius, Paulus, Nicolaus Throsczel, Nicolaus Goliian, Paulus Brzeszky, nobiles de domo Buncza, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae S. Floriani et magistris beneficiatis et ducitur in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad . . . Item decima canapi, item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Lubyeszow, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam Sanctae Catherinae et Sancto Nicolao dicatam, cuius proprietas et dominium pertinet ad Ieronimum, Bernardinum, Prandotham, Johannem, Bartholomaeum, Iob et Martinum, nobiles fratres de domo Zambrza Glowa, alias Wyenyawa, in qua sunt quatuor cum medio lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et ducunt eam cmethones in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item decimam canapi solvunt per quatuor ierugas, item taberna una habens agros, de quibus solvit decimam manipularem in *gonithwam* pro magistris; item hortulaniae sunt ibi duae, una haeredum, alia plebani, sed non habent agros; item praedium est ibi unicum, de cuius agris variatur decima in tres partes, de unis campis tollit ecclesia in Lubyeszow, de aliis mensa archiepiscopalis Gneznensis, de tertiis cancellariatus Lanciciensis in *gonithwam.*

Chroschowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Lubyesszow sita, cuius proprietas et dominium ad Jeronimum, Bernardinum, Prandotham, Johannem, Bartholomaeum, Iob et Martinum pertinet, praefatos fratres, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et ducunt eam cmethones in horreum a magistris locandum, et valor eius aestimatur ad . . . Item decima canapi solvitur per quatuor ierugas; item tabernae duae habentes agros, de quibus solvitur decima in *gonithwam.* Item

hortulaniae non sunt in eadem villa; item praedium est unicum Johannis Buczkowsky, de cuius agris solvitur decima manipularis pro magistris in *genithecam*.

Buczek, villa sub parochia ecclesiae de Lubyesszow sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem nobilem de domo Odrowansch pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et ducunt eam cmethones in horreum a magistris locandum et valor aestimatur eius ad tres marcas: item canapi decima solvitur per quatuor ierugas. Item hortulaniae non sunt: item praedium unicum, de quo decima manipularis ecclesiae in Lubyesszow: item taberna non est aliqua in eadem villa.

Dambya, villa sub parochia ecclesiae de Cransznyczya sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae Lanciciensi et magistris beneficiatis, et inducunt eam cmethones in horreum et valor eius ad septem marcas aestimatur. Item decimam canapi per quatuor ierugas solvunt, item taberna est ibi una habens agros, de quibus decima manipularis in *genithecam*; item hortulaniae non sunt aliquae, item praedium unicum est ibi, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Innowlodz parochiali.

Rzeczicza, villa parochialem ecclesiam ligneam habens in se, S. Catherinae dicatam, cuius proprietas et dominium ad dominum Poloniae regem pertinet, in qua sunt viginti duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis cancellariae S. Floriani et magistris beneficiatis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a magistris locandum et valor aestimatur eius ad viginti marcas: item decima canapi solvitur per quatuor ierugas. Item tabernae regiae quatuordecim, tabernae plebani sex, de quibus decimatur plebano et ecclesiae in Rzeczicza; item hortulaniae tres habentes agros, et de omnibus ecclesiae in Rzeczica decimatur; item praedium est ibi unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Rzeczicza; item plebanus habet ibi quatuor laneos, de quibus percipit censum et decimam.

Lubochnya Minor, villa sub parochia ecclesiae de Maiori Lubochnya sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt una cum Lubochnya Maiori centum lanei cmethonales, de quibus solvitur decima pecunialis cancellariae Lanciciensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, et solvunt eam cmethones grossos novem magistris de laneo et valor eius aestimatur ad . . . . Item

decima canapi non solvitur per quatuor ierugas, item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item non est praedium in eadem villa.

Lubochnya Maior, villa, habens in se ecclesiam ligneam parochialem, Sanctae Mariae Assumptioni dicatam, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt una cum Lubochnya Minori centum lanei cmethonales, de quibus decima pecunialis solvitur cancellariae Lanciczi ensi et magistris in ecclesia S. Floriani beneficiatis, de quolibet laneo per novem grossos communis pecuniae. Item sunt in eadem villa sedecim tabernae regiae habentes agros, et de quatuordecim solvitur decima pecunialis pro magistris, de tribus vero decima manipularis ecclesiae in Lubochnya. Item hortulaniae tres habentes agros, et de omnibus datur decima manipularis ecclesiae in Lubochnya; item est in eadem villa curia regalis et praedium amplum, de cuius agris solvitur decima manipularis ibidem ecclesiae parochiali in Magna Lubochnya; item ecclesia parochialis in Lubochnya habet unum laneum cmethonalem, qui solvit censum et decimam manipularem, item habet proprios agros, quos colit pro suo praedio. Item scoltetia est in eadem villa, quae habet duos laneos pro praedio; item habet quatuor laneos cmethonales, et de omnibus solvitur decima manipularis ecclesiae in Lubochnya; molendinum est unum, sed non habet agros. Item curia regia occupavit multos laneos et agros cmethonum desertos, de quibus sibi usurpat decimam.

Przedbor, in oppido Przedbor ad fluenta fluminis Pylcza sito, Gneznensis dioecesis, terrae Sandomiriensis, quod habet in se ecclesiam muratam lapide, et ad proprietatem serenissimi domini regis Poloniae pertinet, habuit et habet cancellaria Lanciczi ensis theloneum integrum, ad sui pertinens fundum et dotem, quod nunc percipiunt magistri beneficiati ecclesiae S. Floriani, in quo a quolibet curru . . . Theloneum autem praefatum summarie conventum pro duodecim marcis, aliquando pro quindecim arendatur; dominus autem thelonei obligatur ad reformationem veterum et ad constructionem novorum pontium trans flumen Pylcza.

Cancellaria Poznaniensis.

Quamvis cancellaria Poznaniensis ex eadem vetustate et respectu iuxta atque duae priores Syradiensis videlicet et Lanciciensis fuerit a principibus Poloniae instituta et dotata, ut videlicet princeps Poznaniensis sive Maioris Poloniae, haberet cancellariam et suae cancellariae rectorem, nec in hac parte aliis Principibus Poloniae posset inferior censeri, aliam tamen habebat qualificationem; priores enim duae cancellariae in viros saeculares conferebantur, haec vero Poznaniensis nonnisi in ecclesiasticam personam poterat

conferri, quae et ad praesentationem ducis Maioris Poloniae provisionem accipiebat ab episcopo, et installationem in ecclesia a capitulo Poznaniensi, quis autem praefatae cancellariae Poznaniensis fundator et dotator, incertum habemus; pro certitudine tamen suae qualificationis cancellarius ipse a magistris praesentandus in qualibet vacatione, et instituitur ab ordinario et installatur a capitulo.

Proventus cancellariae Poznaniensis.

GLYNNO PARVA, villa sub parochia ecclesiae de . . . sita, cuius proprietas et dominium ad fundum primarium cancellariae Poznaniensis, cuius villae haeredes sunt magistri universitatis Cracoviensis beneficiati in ecclesia S. Floriani, in qua sunt sex lanei cmethonales, et de quolibet cancellariae Poznaniensi sive magistris beneficiatis ecclesiae S. Floriani pro censu annuo solvuntur duae marcae et duo pulli. Item est in eadem villa pratum curiale sive praediale, de quo solvitur, item est in eadem villa lacus curialis, de quo solvitur . . . Item est in eadem villa sylva . . ,

SCHEWCZE, villa sub parochia ecclesiae de . . . . sita, alter fundus Poznaniensis cancellariae, cuius proprietas et dominium ad cancellariam Poznaniensem et ad magistros in ecclesia S. Floriani beneficiatos pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus pro censu annuo solvuntur triginta tres mensurae siliginis, et sedecim mensurae avenae Poznaniensis mensurae . . . Item est in eadem villa praedium curiale, quod arendatum solvit duas sexagenas communis pecuniae, item est in eadem villa pratum curiale, quod arendatum solvit duas sexagenas cancellariae Poznaniensi.

Item villa praefata confinat . . . Item decima post laneos cmethonales villae praedictae.

GYERZ, villa ante Poznaniam sub parochia ecclesiae S. Johannis ordinis Johannitarum sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis cancellariae Poznaniensi et magistris S. Floriani beneficiatis, et inducunt eam cmethones in horreum a magistris locandum, et valor aestimatur eius ad . . . . . . ; item decimam canapi. Item tabernae, item hortulaniae, est etiam in eadem villa praedium regium, de cuius agris solvitur decima; item quilibet cmetho de laneo pro iure parochiali, quod Poloni vocant *meszne*, solvit ecclesiae S. Johannis et eius rectori duas mensuras tritici, duas siliginis, et duas avenae. Item proprietas et dominium ad serenissimum principem Poloniae regem pertinet.

ZAWYCHOST, oppidum in terra Sandomiriensi et ad fluvium Visla consistens, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales de S. Andrea in Cracovia pertinet, in quo quondam fuit primaria earum fundatio seu locus,

sub duabus parochiis, scilicet S. Trinitatis et Sanctissimae Mariae Virginis, magnum quondam Poloniae, nunc vero ignobile oppidum, in quo sunt quadraginta quatuor lanei oppidanorum, de quibus omnibus sed et de hortis, si seruntur in eis campestria semina, solvitur decima manipularis, perceptio tamen eius diversificatur; nam post viginti laneos tantummodo solvitur decima manipularis ecclesiae S. Trinitatis parochiali in Zawychost, et non tenentur illam oppidani propriis curribus inducere in horreum plebani S. Trinitatis, sed plebanus S. Trinitatis eam suis curribus in suum horreum inducit; item ad solutionem canapalis decimae non tenentur. De residuis laneis videlicet viginti quatuor, solvitur decima manipularis magistris beneficiatis in ecclesia S. Floriani tam de hortis, quam de agris, et per oppidanos non ducitur in horreum a magistris locandum, sed custos S. Floriani aut magistri tenentur eam propriis curribus aut sumptibus conducere; et valor eius aestimatur ad quindecim marcas, ex pacto tamen solvunt oppidani duodecim marcas; item in eodem oppido Zawichosth est praedium regium, in tres campos divisum, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali Sanctae Mariae in Zawichost, cuius valor aestimatur ad duas marcas.

Notandum, quod decima manipularis in oppido Zawichosth de viginti quatuor laneis oppidanorum pertinebat et pertinere debet ad custodiam S. Floriani a sui fundatione; morte tamen Nyemyerze de Chrzelow custodis S. Floriani secuta, decima Zawichostensis praefata coaequatis beneficiis S. Floriani, redacta fuit in usus communes.

Septennio a fundatione studii universitatis et a tempore, ex quo coaequatio beneficiorum, ecclesiae Sancti Floriani magistris et studio perpetuo per Wladislaum Secundum Poloniae regem incorporatorum, secuta est, nondum elapso,

magnum murmur et querela inter doctores et magistros, primos ecclesiae S. Floriani praelatos et canonicos coortum est, quod tenui corpore et dote, beneficia eorum post coaequationem viginti videlicet tantummodo marcis forent provisi, censuque tam languido, sub quo lectionum et beneficiorum cogebantur portare et implere onus, plurimum gravarentur; Petrus Wysch de Radolyna episcopus Cracoviensis a. D. 1407. eorum querelis stimulatus, data commissione et negotio Johanni Schaffranyecz de Luczicze custodi et vicario in spiritualibus et temporalibus episcopatus Cracoviensis, et Otthoni scolastico Cracoviensi, ut qualificatione rei diligentius inspecta, quod e republica et ecclesiae S. Floriani et universitatis profectu nossent, providerent, mandavit; quorum decreto etiam in scriptum redacto, vetus

ordinatio in totum abrogata est, et nova sub his conditionibus et capitulis instituta, ut videlicet quilibet magister et doctor in ecclesia S. Floriani beneficiatus, triginta marcas communis pecuniae annis singulis percipiat, sedecim videlicet pro corpore, ita ut dentur cuilibet quatuor marcae, pro quatuor temporibus, si tamen lectiones eum concernentes actu expleverit, et quatuordecim marcas pro refectionibus, si tamen singulis diebus dominicis ecclesiam S. Floriani personaliter visitaverit, ita ut cuilibet visitanti pro quolibet die dominico solvatur, aut absenti defalcetur ferto, nisi forte aliquis aegritudine, sennio, praedicatione, aut aeris intemperie, aut aliquo alio legitimo impedimento impediretur; ita ut ratione trium cancellariarum, videlicet Siradiensis, Lanciciensis et Poznaniensis eidem ecclesiae S. Floriani incorporatarum, tres constituantur in eadem ecclesia S. Floriani cancellarii sive beneficiati, sub qualificatione praescripta, et ipsorum quilibet pro corpore et refectionibus triginta marcas, si tamen pecuniarum facultas suppeteret, habituri; non tamen prius ad perceptionem illorum admittendi, sed contenti esse debent collegiaturis prioribus, nisi per prius summa debita et neglecta, antiquis beneficiatis fuerint persoluta; caverique maxime debet, ne creatio novorum beneficiorum veteres in suis fructibus et censibus quomodolibet impediat. Universis autem magistris et doctoribus ad ecclesiam S. Floriani sive ad prisca, sive ad nova beneficia promotis et promovendis, ingeritur necessitas, ut in ea facultate, ad quam promoti fuerint, diligenti studio lectiones ad quas obligantur, expleant. Decano autem S. Floriani pro tempore et regimen omnium bonorum ecclesiam S. Floriani concernentium in temporalibus, et distributio pecuniarum in singulos beneficiatos, et cohertio in negligentes et remissos committitur, pro quo labore et cura sex marcae illi ultra caeteros adiiciuntur. Item, si aliqua summa ex proventibus praefatis solutis beneficiatis per prius et expeditis resultaverit, in fiscum commune redigenda est, et pro refectione, constructione et qualibet S. Floriani legitima et urgente necessitate convertenda; qua difficultate et ecclesiae S. Floriani necessitate incumbente, tenebuntur beneficiati de suis privatis introitibus, eius supplere structuras, aedificia et singulas necessitates. Decernitur insuper, ut si ultra omnia praemissa summa viginti marcarum annuatim ex proventibus praefatis resultaverit, extunc provisor ex huiusmodi summa magistro vel doctori immediate promovendo, unam marcam singulis quatuor temporibus largiatur. Si quis vero huiusmodi constitutionem temerarius transgressor repertus fuerit, sententia excommunicationis procellitur, quam si primo, secundo et tertio admonitus, contumaciter pertulerit, facultas privandi et spoliandi eum beneficio decernitur, committitur et reservatur, ordinario pro tempore existente.

Instituit et aliam ordinationem Albertus Jastrzambyecz episcopus Cracoviensis, a. D. millesimo quingentesimo vigesimo secundo in crastino S. Floriani de singulis rebus ecclesiae praedictae, regulando illam in re divina et horis diurnis et nocturnis, consentientibus Sbigneo de Oleschnicza praeposito, Francisco Creyszwicz de Brega decano sacrae theologiae professore, Nyemyerza de Chrzelow custode, Stanislao de Scarbimiria decretorum doctore, Johanne Crewczberg, Nicolao Bandisey, Pelka de Borzykowa canonicis S. Floriani.

Ordinatio autem suprascripta auctoritatis etiam ordinariae ratificata decreto, etsi in plerisque articulis et conditionibus observetur illaesa, in pluribus tamen constat illam temeratam esse; primi enim doctores et magistri ecclesiae S. Floriani beneficiati, receptis a nobili femina ...., consorte Johannis Manszik de Dambrowa palatini Leopoliensis, quae erat mulier de familia et domo caput leonis albam flammam vomentis deferentium, ducentis marcis latorum grossorum Pragensium, ut duodecim marcas census annui perpetui, quibus unus collegiatus in universitate Cracoviensi in artibus laboraturus, solariaretur, coemerent, eius proposito et voluntate neglectis, praefatas ducentas marcas latorum grossorum Pragensium diviserunt inter se, et omne illud publicae utilitati demandatum, suis privatis usibus applicarunt, ecclesiam vero S. Floriani, vel potius universitatem Cracoviensem fecerunt pro huiusmodi collegiato, illicite tamen et iniuste, tributariam, et censum duodecim marcarum pro annis singulis eidem ex communibus proventibus S. Floriani deputarunt. In qua re universitas Cracoviensis notabiliter gravata, praefata vero spectabilis et devota femina Manzikonissa suo voto fraudata est, gravamen tam enorme perferens annis iam prope septuaginta, in magnum praeiudicium fundatoris, auctoritate et decreto episcopi Cracoviensis, qui cancellarius est universitatis Cracoviensis, merito rescindendum, cuius culpa et negligentia hactenus fuit tolerata.

Canonia nova de cancellariatu Siradiensi facta seu creata in ecclesia S. Floriani.

Item praebendam novam in ecclesia S. Floriani de corpore cancellariatus Syradiensis creatam, habet nunc magister Nicolaus de Sthaw baccalaureus theologiae formatus, quae pro sui fundo et dote habet triginta marcas communis pecuniae tali conditione et ordine, quemadmodum de priscis canoniis scripsimus, qualificatus; ita videlicet, ut habeat pro corpore suo sedecim marcas, pro refectionibus vero, si intererit divinis dominicis diebus, habet quatuordecim marcas et confirmationem accipit ab episcopo

Cracoviensi, installationem vero in ecclesia S. Floriani, et triginta marcae solvuntur ei de communibus proventibus.

Haec autem nova canonia non habet vicarium.

Canonia altera nova in ecclesia S. Floriani ex cancellariatu Lanciczíensi creata.

Item praebendam novam in ecclesia S. Floriani de corpore cancellariatus Lancicziensis creatam, habet nunc magister Jacobus de Boxicza licentiatus in medicinis et baccalaureus sacrae theologiae, quae pro sui fundo et dote habet triginta marcas communis pecuniae, tali conditione et ordine, quemadmodum de priscis canoniis scripsimus, qualificatas; ita videlicet, ut habeat pro corpore suo sedecim marcas, pro refectionibus vero, si intererit divinis dominicis diebus, habeat quatuordecim marcas, et confirmationem accipit ab episcopo Cracoviensi, installationem vero in ecclesia S. Floriani, et solvuntur ei triginta marcae de communibus proventibus.

Haec autem nova canonia non habet vicarium.

Tertia nova canonia in ecclesia S. Floriani ex cancellaria Poznaniensi appellata.

Item tertiam novam canoniam in ecclesia S. Floriani creatam, quam cancellariam Poznaniensem nominant, habet magister . . . . , quae etsi pro sua dote et fundo iuxta ordinationem et statuta universitatis triginta marcas ex communibus proventibus ei dandis . . . . . , ex quodam tamen abusu vel defectu, non habet nisi . . . . . . marcas; et confirmationem seu provisionem ab episcopo accipit Poznaniensi.

Item praefata tertia canonia seu cancellaria Poznaniensis non habet vicarium.

Collegiatura nobilis matronae Catherinae,

haeredis de . . . . Mazykonyssze, consortis Joannis Manzik de Dambrowa, matronae nobilis de domo et familia flammarum, quae caput leonis flammam cientis in campo coelestino defert pro insigni. Item collegiatura Mazykonissze et eius collegiato pro tempore, solvuntur duodecim marcae communis pecuniae, ex communibus proventibus ecclesiae S. Floriani. Haec tamen solutio duodecim marcarum dictae collegiaturae per iniuriam introducta est, nec ad eam universitas obligatur, et cum suo publico gravamine illam solvit, cum praefata matrona Mazykonissa ad emendum censum pro suo collegiato ducentas marcas latorum grossorum

dederit, quae a magistris et doctoribus primis beneficiatis S. Floriani in privatos usus fuere conversae.

Bursa pauperum artistarum per doctorem Yssneri fundata in platea Wyslnensi.

Item bursa pauperum artistarum in platea Vislnensi in acie sita, a doctore Nicolao Ysszneri fundata, cuius medietatem pro maiori parte etiam cum area contigua, cum alias esset foetida et stricta, Johannes senior Dlugosch canonicus Cracoviensis muro coctili et coemptione vicinae lapideae ampliavit, habet censum duodecim marcarum annis singulis de communibus proventibus ecclesiae S. Floriani.

SCARBIMIRIENSIS.

Scarbimiriensem ecclesiam sub titulo Sancti Johannis Baptistae fundatam, in locum quintum inter collegiatas deputavimus;

in fundo enim uberi et oppido populari atque frequenti situm suum sortita est, et pulcherrimo muro novo, veteri abrogato, ex pecunia devotione fidelium congesta, in diebus nostris fabricata. Cracoviensis autem episcopus ex veteribus et priscis pontificibus unus eius creditur fuisse tam fundator, quam dotator, qui in oppido sui episcopatus Scarbimiria ecclesiae praefatae fundum et locum constituit, et dexteritatem suam in ecclesiam ipsam ostensurus, oppidum praefatum et villas Kuyawky et Qwaszin de mensa sua episcopali Cracoviensi praepositurae Scarbimiriensi et eius pro tempore praeposito perpetue donavit, iure superiori, uno molendino et nonnullis agris in loco, qui Kampa appellatur. Item decima manipulari in laneis sex in Zamoscze sibi et episcopatui Cracoviensi in signum fundationis, dotationis, et dominii reservatis; ex quo effectum est, ut oppidani Scarbimirienses, si quando se iure Theutonico per Scarbimiriensem advocatum et scabinos gravatos credunt, caeteris tribunalibus omissis, ad curiam episcopalem pro dirimendis quaestionum et appellationum suarum differentiis, Cracoviam soliti sunt appellare; quis autem episcopus Cracoviensis fundator praefatae ecclesiae Scarbimiriensis fuerit, aut quo nomine vocatus, aut quo anno gratiae, sub quove rege aut principe Poloniae fundationem praefata ecclesia acceperit, privilegiis fundationis et litteris igne, vetustate, vel aliquo alio casu consumptis, nullum efficax documentum ad rescindendum obsoletam et pene mortuam praefatae fundationis memoriam poterat afferri. Oppidi autem

praefati Scarbimiriensis tam felicitatem quam amplitudinem, quod ex frequenti fori commercio notabile percipit incrementum, Casimirus Poloniae rex huius nominis Secundus perosus a. D. 1342, ablata per vim episcopo Cracoviensi Joanni Groth episcopali villa nomine Sokolnyky, novum oppidum in vicinio praefati Scarbimiriensis in illa erigit, creat et locat, vocabulum ei imponens Sokolow, et forum in novo oppido Sokolow, Sabbatho, quo et in Scarbimiria agi solitum erat, instituit, inhibens omnibus vicinis villis, ne alibi, quam ad oppidum novum suae locationis Sokolow auderent frequentare, quo effectum est, ut Scarbimiriense oppidum in perpetuam veniret desolationem. Id ubi praefatus Cracoviensis episcopus Johannes pia et religiosa admonitione non poterat rescindere, in Iszlszam secedens, Casimirum regem censuris ecclesiasticis percellit, et ipsum, nihil eius regia auctoritate et potentia deterritus, ab incepto resilire coegit, reatum namque suum praefatus Casimirus Poloniae rex recognoscens, et oppidi novi creationem abrogavit, et veteri oppido Scarbimiriensi ius suum et proprietatem fori instituit, recognoscens per litteras patentes, sigillo suae maiestatis munitas, quae in aerario Cracoviensi, et quas apud Vladislaum Secundum Poloniae regem, Sbigneus Cracoviensis tunc episcopus innovari obtinuit, episcopum Cracoviensem Scarbimiriensis ecclesiae esse patronum. Habuit autem praefata Scarbimiriensis ecclesia tres praelaturas, videlicet praeposituram, scolastriam et custodiam, et quinque canonicatus et praebendas ad collationem et iuspatronatus episcopi Cracoviensis pro tempore pertinentes, et octo vicarias ad collationem praelatorum et canonicorum pertinentes, de quarum introitibus, proventibus et dote, specifice scribere pergemus.

Praepositura Scarbimiriensis.

Scarbimiria oppidum circa fluvium Nydzycza.

Habet praepositura Scarbimiriensis, quae est primaria dignitas in ecclesia Scarbimiriensi, pro suo fundo principali oppidum Scarbimiriam ad flumen Nydzycza situm, quod terram Cracoviensem suo alveo a Sandomiriensi disterminat, in quo sunt octuaginta domus ad proprietatem praepositi pertinentes, praeter alias domus praelatorum et canonicorum, et quaelibet domus in circulo habens situm, et braxans cervisiam, solvit pro praeposito pro censu unam marcam; in plateis autem habens situm et cervisiam braxans, solvit mediam marcam. Sunt insuper aliquae domus in circulo, quae solvunt per mediam marcam de censu, et aliquae in plateis, quae solvunt, si tamen braxant cervisiam, per unam marcam, si vero non braxant cervisiam, extunc quaelibet in circulo quam in plateis sex grossos tantummodo

solvit pro censu. Item sunt in eodem oppido macella carnificum viginti, quorum quodlibet solvit praeposito pro censu mediam marcam et unum lapidem sepi puri, item duos grossos ratione venditionis hallecum; item est in eodem oppido balneum iuxta fluvium Nidzicza, quod annis singulis solvit praeposito Scarbimiriensi pro censu decem marcas; item est in eodem oppido molendinum in flumine Nidzicza ad proprietatem praepositi pertinens, quod arendatum solvit pro censu praeposito triginta tres marcas, non arendatum autem solvit mensuras duas, molendinator tertiam recipit. Item est et aliud molendinum episcopale in eodem oppido et fluvio in loco Kampa, in quo oppidani de iure et consvetudine tam brasca sua molunt, quam frumenta, quod arendatum solvit episcopo pro censu viginti marcas, non arendatum mensuras duas dat, et tertiam recipit molendinator; item oppidani Scarbimirienses dant stationem precario, aut coacti. Item in fluvio Nidzicza prope oppidum Scarbimiriense est tertium molendinum ad proprietatem ecclesiae parochialis pertinens in Michalow, in quo oppidani Scarbimirienses nullum ius habent molendi vel necessitatem, habens prata ab utraque parte fluvii, quod arendatum solvit pro annuo censu sex marcas. Item in eodem oppido sunt triginta quatuor horti ad proprietatem praepositi pertinentes, quorum quilibet solvit praeposito pro censu sex grossos, praeter hortum Wangrzinowsky, qui habet pratum, solvens pro censu praeposito mediam sexagenam.

Zamoscze. Item iuxta oppidum Scarbimiriense ultra fluvium et pontem sunt sex lanei cmethonales, ad praeposituram pertinentes, et quilibet solvit praeposito pro annuo censu duas sexagenas, item duos capones, item sex choros avenae mensurae confertae Scarbimiriensis; item habet praepositus in praefato loco Zamoscze agros praediales ad duos laneos aestimatos, quorum quilibet locatus solvit praeposito pro censu duas marcas, gallos autem non solvunt, neque avenam. Item cmethones praefati tam in agris cmethonalibus, quam praedialibus residentes, laborant duos dies pro vere in arando, duos dies in seminando; item pro hyeme duos dies laborant in arando et alios duos in seminando; item metere tenentur duos dies in frumentis hyemalibus, et duos in vernalibus, item pratum praepositi falcastratum per praepositum, rastrant, colligunt et conducunt cum cmethonibus de Kuyawky et de Quaszin; item agri cmethonales in Zamoscze omne solvunt decimam manipularem episcopo Cracoviensi, praediales autem solvunt decimam manipularem vicepraeposito Scarbimiriensi.

Kuyawky, villa praepositi Scarbimiriensis sub parochia ecclesiae de Dzerzaszna sita, cuius proprietas et dominium ad solum praepositum Scarbimiriensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, quorum quilibet solvit praeposito pro censu, item duos capones, triginta ova, item

sex choros avenae mensurae confertae Scarbimiriensis; item quilibet de laneo laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro per totum annum, item ducturas faciunt. Item sunt in eadem villa duae hortulaniae habentes agros, et quilibet hortulanus solvit octo grossos praeposito pro annuo censu, et unum diem pedester in septimana laborat. Item non est aliqua taberna in villa eadem, neque molendinum. Item in eadem villa est curia praepositi Scarbimiriensis bene aedificata, item est praedium unicum praepositi habens agros, de quibus solvitur decima manipularis vicepraeposito Scarbimiriensi, item cmethones et hortulani villae praefatae tenentur molere eorum frumenta in molendino Scarbimiriensi ad praepositum pertinente; item cmethones et hortulani villae praefatae solvunt decimam manipularem post omnes agros scolastriae Scarbimiriensi et canapalem per duas ierugas; et ducunt eam in horreum a scholastico locandum, cuius valor ad decem marcas aestimatur.

Qwasszyn, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzaszna sita, ad proprietatem praepositi Scarbimiriensis pro una parte pertinens, in qua sunt tres cum medio lanei cmethonales, in ditione praepositi plenarie consistentes, quorum quilibet solvit praeposito pro annuo censu unam marcam; item duos capones, item triginta ova, item sex choros avenae mensurae confertae Scarbimiriensis; item quilibet de laneo laborat duos dies in septimana proprio curru aut aratro per totum annum, item ducturas faciunt. Item sunt in eadem villa duae hortulaniae habentes agros, et quilibet hortulanus solvit praeposito pro censu octo grossos, et unum diem pedester in septimana laborat; item non est aliquod praedium in villa praefata, non taberna, non molendinum. Item in eadem villa habet episcopus Cracoviensis duos laneos cmethonales; item custos Scarbimiriensis alios duos laneos cmethonales, et quilibet laneus solvit episcopo et custodi pro censu duas marcas; nullos tamen faciunt labores, non dant ova, non capones, neque avenam. Item omnes cmethones tam episcopi, quam praepositi et custodis, item et hortulani de omnibus eorum agris solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem episcopo Cracoviensi, et ducunt eam in horreum ab episcopo locandum, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas.

Sanczygnyew, villa, habens in se parochialem ecclesiam per Petrum Sanczygnyewsky militem religiosum et Deo devotum ex ecclesia in Slawoschow velut matrice fundatam, dotatam, et petra alba pulchro opere fabricatam, cuius haeres Nicolaus Sancygnyewsky, praefati Petri militis filius, nobilis de domo et progenie Jelithonum, tres hastas pro insigni deferentium, in qua sunt octo lanei cmethonales, item est ibi unus laneus plebanalis; item sunt tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur integre decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis

praeposituráe Scarbimiriensi, et ducunt eam cmethones in horreum a praeposito locandum, cuius aestimatur valor ad octo marcas.

Item notandum, quod agri cmethonales dati sunt in fundatione plebano in praedium, ideo ex illis solvit et solvere tenetur praeposituraе Scarbimiriensi decimam manipularem in *gonithwam*.

Item opinio multorum est, et existimatio, quod decima praefata post laneos cmethonales in Sanczygnyew non ad praeposituram Scarbimiriensem, sed ad praebendam Cracoviensem, quae Goreczska dicitur, pertinebat, sed dum Dzivissius de Paczonow annis multis et praeposituram et praebendam coniunctim tenuisset, morte sua sequuta, dum propter carentiam regestrorum in dubium revocaretur, cuius beneficii foret, Nicolaus Lyaszoczsky, qui Dzivissio in praeposituram Scarbimiriensem apostolica provisione a. D. 1433. successit, eam veluti Scarbimiriensi oppido et suae praeposituraе propinquiorem, vel iuste possedit, incertum, vel occupavit. Item est in eadem villa praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Sanczygnyew.

Item, quilibet praepositus Scarbimiriensis de iure, consvetudine et privilegio, obligatur annis singulis de universis introitibus suae praeposituraе solvere scholastico Scarbimiriensi pro festo S. Martini sex marcas, sub poena excommunicationis per episcopum aut suos officiales ferenda.

Item praepositura Scarbimiriensis iuxta omnia regestra taxata est ad ....

Vicepraepositura Scarbimiriensis.

Praepositura Scarbimiriensis habet vicarium seu vicepraepositum perpetuum, cuius nunc Jacobus de Andrzeiow presbyter est vicepraepositus, vicepraeposituraе autem seu vicariae huiusmodi unicus est collator et patronus praepositus Scarbimiriensis pro tempore. Item vicepraepositura praefata sive vicaria, habet pro sua dote decimam manipularem post agros praediales praepositi Scarbimiriensis in Zamoscze, cuius valor aestimatur ad tres marcas; item habet alteram decimam manipularem in villa Kuyawky post agros praediales tantummodo etiam praepositi Scarbimiriensis, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas; item vicepraepositura praefata habet singulis septimanis in oppido Scarbimiriensi pro feria quinta forale. Item, quod quilibet vendens carnes tenetur vicepraeposito dare duos denarios; id autem forale arendatum, solvit vicepraeposito annis singulis duas sexagenas; item vicepraepositus quilibet habet cum aliis vicariis Scarbimiriensibus de qualibet braxatura cervisiae quatuor denarios; item habet portionem quaestus aequalem de ecclesia, item de offertoriis, item de spoliis, item de decimis communibus, item de quibuscumque aliis introitibus in commune

provenientibus; item vicepraepositus quilibet habet domum et aream propriam in praefato oppido Scarbimiriensi pro sua mansione, penes hortulaniam fabri.

Scolastria Scarbimiriensis.

Secunda dignitas post p[illegible]situram in ecclesia Scarbimiriensi scolastria, quam nunc obtinet Joann[illegible]gula de Scarbimiria, quae pro suo fundo habet in oppido [illegible]nsi praedium optimum aestimatum ad tres et amplius laneos agrorum, [illegible] provenire solent multae fruges, quod propriis laboribus [illegible]. Item habet prata bona circa fluvium Nidzicza, et alia [illegible] Koczyelnia, item habet tres laneos cmethonales in praefato [illegible]carbimiriensi, et quilibet cmetho sedens in laneo solvit scholastico [illegible] annuo unam cum media marcam, item duos capones, item laborat per integrum annum proprio curru aut aratro duos dies in septimana, non [illegible] aut ova, neque caseos, neque avenam, item habet duas piscin[illegible] in agris suis sitas. Item praefati tres lanei cmethonales solvunt decima[illegible]ipul[illegible]n scolastriae Scarbimiriensi et ducunt eam propriis curribus in hor[illegible]a scolastico locandum et valor aestimatur eius ad sex marcas; decimam a[illegible] canapi praefati lanei scholastici non solvunt, item scolastria praefata habet quinque hortulanias in eodem oppido Scarbimiriensi, prima hortulania habens agros et prata solvit scolastico pro censu annuo unam marcam et laborat novem dies pedes in anno, et tenetur duos dies ducere foenum, et agri hortulaniae praefatae reddunt decimam manipularem scolastico Scarbimiriensi, et hortulanus tenetur eam inducere in horreum scolastici. Item secunda hortulania habens agros et prata, solvit scholastico pro censu annuo mediam marcam et laborat viginti dies pro scolastico in anno, in quibus viginti diebus fimum ducit octo diebus proprio curru, duos dies proprio curru ducit foenum, residuos decem dies in messe laborat, item agri hortulaniae praefatae secundae reddunt eam vicescholastico, et hortulanus tenetur eam inducere proprio curru in horreum vicescolastici; item tertia et quarta hortulaniae agros non habentes, censum non solvunt, sed quilibet hortulanus unum diem in septimana pedester laborat, item quinta hortulania non habens agros solvit pro censu scolastico sex grossos, sed nihil laborat. Item praefata scolastria habet in oppido Scarbimiriensi quatuor areas, et totidem domos supra fluvium Nidzicza, in quarum prima Ganszorek, in altera Sczotka, in tertia Rykalya, in quarta Royek; item habet duas domos et areas prope ecclesiam a tergo, quarum una solvit scholastico viginti scottos, altera sedecim scottos; item habet curiam optimam cum horto, domo et allodio, item habet in bonis et introitibus

universis praeposituræ Scarbimiriensis sex marcas de annuo censu, quas sibi praepositus Scarbimiriensis in festo S. Martini tenetur de iure solvere.
Item scholastria Scarbimiriensis taxata est ad viginti marcas.

Vicaria Scolastici.

Scolastria Scarbimiriensis habet habereque consvevit proprium vicarium perpetuum in ecclesia Scarbimiriensi, et vicariam ipsam tenet nunc Jacobus de Stobnicza presbyter, cuius unicus collator et patronus est scholasticus Sandomiriensis pro tempore; haec pro suo fundo et dote habet decimam unam manipularem post agros praediales scholastici Scarbimiriensis; item habet alteram decimam post agros hortulaniae secundae ad scholasticum pertinentes, et ambae decimae aestimantur ad sex, aliquando ad octo marcas. Item habet domum propriam cum area prope scolam pro sua habitatione, item est scola pro scolaribus in eodem oppido, quam scolasticus pro tempore confert, aedificat et providet; item vicarius scholastici habet aequalem portionem cum aliis vicariis Scarbimiriensibus, participando de decimis communibus, braxatura cervisiae, offertorio, spoliis et quolibet quaestu.

Custodia Scarbimiriensis.

Tertia post principalem in ecclesia Scarbimiriensi et ultima dignitas sive personatus, est custodia, quam nunc obtinet Nicolaus Christini de Lublin, altarista Sancti Thomae Cantuariensis in ecclesia Cracoviensi, quae pro suo fundo atque dote habet in oppido Scarbimiriensi duos laneos agrorum, quorum quilibet habet propria prata, et quilibet solvit custodi Scarbimiriensi pro censu annuo in festo S. Martini tres cum media marcas. Item habet pratum optimum pro sua necessitate et usu, iuxta pratum scholastici Scarbimiriensis consistens; item habet praefata custodia Scarbimiriensis in villa Quaschyn duos laneos cmethonales liberos, custodi tantum, et non alii obnoxios, et quilibet pro censu annuo in festo S. Martini solvit custodi Scarbimiriensi duas marcas, qui nullos dies in septimana laborant, neque ducturas faciunt; item non solvunt capones, neque avenam, neque ova, neque caseos; decimam tamen manipularem solvunt episcopatui Cracoviensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum ab episcopo locandum, item decimam solvunt canapalem per quatuor ierugas.

Item praefata custodia Scarbimiriensis habet singulis annis unam vel duas ex decimis manipularibus ecclesiae Scarbimiriensis, ex ordine eam contingentem, quae tam sibi quam aliis praebendis Scarbimiriensibus in perceptione aequali sunt communes; item duo lanei praefati cmethonales in

Scarbimiria consistentes et ad custodiam pertinentes, solvunt decimam manipularem vicecustodiae Scarbimiriensi et eam propriis curribus in horreum suum inducere tenentur; item custodia praefata habet domum propriam bene aedificatam cum pomerio in parte ecclesiae meridionali sitam.

Item praefata custodia Scarbimiriensis taxata est ad quinque marcas.

Vicaria Custodiae Scarbimiriensis.

Custodia Scarbimiriensis habet habereque consvevit vicariam propriam sive vicecustodiam, quam nunc tenet Stanislaus Bosczinsky presbyter, et cuius unicus patronus et collator est custos Scarbimiriensis, quae pro suo fundo et dote habet decimam manipularem post laneos cmethonales sive praediales in oppido Scarbimiriensi ad custodem pertinentes, quam cmethones in eisdem laneis sedentes tenentur ducere propriis curribus in horreum vicarii, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item habet propriam domum pro sua habitatione; item habet portionem aequalem cum aliis vicariis de universis proventibus dictae ecclesiae, videlicet decimis, columbatione, offertorio et caeteris quaestibus.

Prima praebenda Scarbimiriensis.

Praebenda prima Scarbimiriensis non habet aliquod fundum, ex quo posset singulariter denominari, et ab aliis distincta videri, quapropter illam prout et sequentes alias numeraliter potius, quam localiter nuncupandum esse censuimus, ponendo illam in numero primario, cuius nunć magister Stanislaus de Kobilino decretorum doctor praebendarius est et canonicus, quae quidem praebenda pro suo fundo atque dote habet in oppido Scarbimiriensi tres laneos cmethonales cum pratis ad proprietatem eiusdem praebendae pertinentes, quorum quilibet solvit canonico pro censu annuo in festo S. Martini quatuor marcas et duos capones. Item praefati cmethones non faciunt aliquos labores pro canonico, non dant avenam, neque caseos, neque ova, neque aliquas alias dacias, neque ad illas tenentur. Item praefata praebenda prima habet singulis annis unam vel duas ex decimis manipularibus ecclesiae Scarbimiriensis ex ordine eam contingentem, quae tam sibi, quam aliis praebendis Scarbimiriensibus in perceptione aequali sunt communes.

Item praefata praebenda prima habet domum propriam et aream bene aedificatam pro sui canonici habitatione congrue competentem, item tres lanei cmethonales, ad proprietatem primae praebendae Scarbimiriensis pertinentes, solvunt decimam manipularem vicario canonicali praefatae primae praebendae, et tenentur illam propriis curribus ducere ad horreum a vicario locandum.

Item praefata praebenda prima Scarbimiriensis taxata est ad . . . .

Vicaria primae praebendae.

Prima praebenda Scarbimiriensis habet habereque consvevit perpetuam vicariam in ecclesia Scarbimiriensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus primae praebendae Scarbimiriensis pro tempore, quam nunc obtinet Vincentius alias Wyaczek presbyter, quae quidem vicaria pro suo fundo atque dote habet decimam manipularem post laneos cmethonales sive praediales, in oppido Scarbimiriensi ad canonicum primae praebendae pertinentes, quam cmethones in eisdem laneis sedentes tenentur ducere propriis curribus in horreum vicarii, et valor aestimatur eius ad quatuor vel quinque marcas.

Item habet portionem aequalem cum vicariis aliis de universis proventibus dictae ecclesiae, videlicet decimis, columbatione, offertorio et caeteris quaestibus.

Item habet propriam domum pro sua habitatione.

Secunda praebenda Scarbimiriensis.

Secunda praebenda Scarbimiriensis inter omnes alias praebendas Scarbimirienses existimatur potior, eam nunc Jacobus Domynykowsky praepositus Visliciensis et canonicus Cracoviensis, nobilis de domo Grzimalitarum tenet, quae pro sui fundo et dote habet tres laneos, in quibus cmethones resident. Item habet pratum canonicale, quod cmethones inter se dividunt, et quilibet cmetho de laneo solvit praebendae secundae pro censu in festo S. Martini quatuor marcas et duos capones; item praefati cmethones non faciunt aliquos labores pro canonico, non dant avenam, neque ova, neque caseos, neque aliquas alias dacias, neque ad illas tenentur; item tres lanei cmethonales ad proprietatem secundae praebendae Scarbimiriensis pertinentes, solvunt decimam manipularem vicario canonicali secundae praebendae praefatae, et tenentur eam propriis curribus ducere ad horreum a vicario locandum. Item praefata secunda praebenda Scarbimiriensis habet sex hortulanias cum domibus et areis liberas in oppido Scarbimiriensi, quarum duae solvunt pro censu quaelibet per unum fertonem; item tertia, quae habet aliquid agrorum, solvit pro censu canonico sedecim scottos, item reliquae tres solvunt pro censu quaelibet per sex grossos; item habet praefata secunda praebenda Scarbimiriensis unam domum et aream in oppido Scarbimiriensi, quae eidem solvit pro censu annuo unam marcam, in qua nunc sedet Bariczka; item praefata secunda praebenda Scarbimiriensis habet singulis annis unam vel duas ex decimis manipularibus ecclesiae Scarbimiriensis ex ordine eam contingentem, quae tam sibi quam aliis praebendis Scarbimiriensibus in perceptione aequali sunt communes; item praefata secunda

praebenda Scarbimiriensis habet domum propriam et aream bene aedificatam cum pomerio, pro sui canonici habitatione congrue competentem.

Item praefata secunda praebenda taxata est ad . . .

Vicaria secundae praebendae.

Secunda praebenda Scarbimiriensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Scarbimiriensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus secundae praebendae Scarbimiriensis pro tempore, quam nunc tenet Matthias de Lancziczia presbyter, quae quidem vicaria pro suo fundo et dote habet decimam manipularem post tres laneos cmethonales sive praediales in oppido Scarbimiria ad canonicum secundae praebendae pertinentes; item decimam manipularem post agros tertiae hortulaniae, dictae secundae praebendae, quam cmethones et hortulanus praefati tenentur propriis curribus inducere ad horreum vicarii, et valor eius aestimatur ad octo vel novem marcas. Item habet portionem aequalem cum vicariis dictae ecclesiae de universis proventibus, videlicet decimis, columbatione et offertorio et caeteris quaestibus.

Item habet domum propriam pro sua habitatione.

Tertia praebenda Scarbimiriensis.

Tertia praebenda Scarbimiriensis non habet aliquam ex fundo denominationem, eam nunc tenet Johannes Plechowsky, nobilis de domo Bippennium, quae pro sui fundo et dote habet praedium aestimatum ad duos laneos, locatum cmethonibus. Item habet pratum penes pratum custodis divisum duobus cmethonibus, et quilibet cmetho de laneo solvit praebendae tertiae pro censu in festo S. Martini quatuor minus media marcas, et praefati cmethones non faciunt aliquos labores pro canonico, non dant avenam, neque capones, neque ova, neque caseos, neque aliquas alias dacias, neque ad illas tenentur. Item duo lanei cmethonales ad proprietatem tertiae praebendae Scarbimiriensis pertinentes, solvunt decimam manipularem vicario canonicali tertiae praebendae praefatae et tenentur eam ducere propriis curribus ad horreum a vicario locandum.

Item praefata tertia praebenda Scarbimiriensis habet singulis annis unam vel duas ex decimis manipularibus ecclesiae Scarbimiriensis, ex ordine eam contingentem, quae tam sibi, quam aliis praebendis Scarbimiriensibus in perceptione aequali sunt communes; item praefata tertia praebenda habet aream largam, in qua potest domus per canonicum aedificari et pomerium plantari pro canonici habitatione et usu.

Item praefata tertia praebenda taxata est ad . . .

Vicaria tertiae praebendae.

Tertia praebenda Scarbimiriensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Scarbimiriensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus tertiae praebendae pro tempore, quam nunc obtinet Martinus de Vnyenye presbyter, quae quidem vicaria pro suo fundo et dote habet decimam manipularem post duos laneos cmethonales sive praediales in oppido Scarbimiriensi ad canonicum tertiae praebendae pertinentes, quam cmethones praefati tenentur propriis curribus ducere in horreum vicarii, cuius valor aestimatur ad quinque marcas. Item habet portionem aequalem cum vicariis dictae ecclesiae de universis proventibus, videlicet decimis, columbatione et offertorio et caeteris quaestibus.

Item habet domum propriam pro sua habitatione.

Quarta praebenda, dicta Gluchowska.

Quarta praebenda appellatur Gluchowska Scarbimiriensis, propter villam Gluchow, sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis consistentem, in qua praefata praebenda Gluchowska habet praedium ad duos laneos aestimatum, item pratum, et praedicti duo lanei cum prato locati sunt cum cmethonibus, et quilibet de laneo pro censu in festo S. Martini solvit canonico praedictae praebendae Gluchowskey duas marcas; non laborant autem praedicti cmethones ex debito aliquos dies, neque dant capones, neque ova, neque avenam, neque caseos; item praefati duo lanei cmethonales sive praediales, ad proprietatem quartae praebendae Scarbimiriensis pertinentes, solvunt decimam manipularem vicario canonicali dictae quartae praebendae, et tenentur eam ducere propriis curribus ad horreum a vicario locandum; item praefata praebenda Gluchowska habet in oppido Scarbimiriensi unam aream cum domo, in qua nunc sedet Banka, de qua sibi pro censu solvitur una marca; item circa eandem domum habet hortulaniam, de qua sibi solvuntur sex grossi pro-censu. Item habet ultra haec octo hortulanias in oppido Scarbimiriensi, in quarum duabus sedet Schidlo et de utraque solvit pro censu unum fertonem; item in tertia sedet vicarius praedictae praebendae Gluchowska, de qua arendata solvebantur sex grossi, sed vicarius nihil solvit; item in quarta sedet Stanislaus Groth, in quinta Kokoska; item in sexta funista, item in septima Krol; item octava dicitur Gidzykowska, et de qualibet illarum solvuntur pro censu praebendae Gluchowska sex grossi.

Item praedicta praebenda Gluchowska habet medietatem *gaij* versus Przybynycze in villa Gluchow, et locum in eadem villa pro curia

canonici aedificanda penes curiam Pywkonis, qui vocatur Poschwiathny; item residuitas praedictae villae Gluchow pertinet ad Nicolaum Pywko, nobilem de armis Habdank, in qua sunt quinque lanei cmethonales, solventes universitati canonicorum Scarbimiriensium decimam manipularem; item ibidem unicum praedium militare, de quo solvitur decima manipularis ecclesiae in Nyekraschow.

Item praefata quarta praebenda Scarbimiriensis habet singulis annis unam, vel duas ex decimis manipularibus ecclesiae Scarbimiriensis, ex ordine eam contingentem, quae tam sibi quam aliis in perceptione sunt communes; item quarta praebenda habet aream, in qua potest domus per canonicum aedificari et pomerium plantari pro canonici habitatione et usu.

Item praefata praebenda taxata est ad . . .

Vicaria quartae praebendae Gluchowska.

Quarta praebenda Scarbimiriensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Scarbimiriensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus quartae praebendae pro tempore, quam nunc obtinet Johannes Zabaglo presbyter, quae quidem vicaria pro suo fundo et dote habet decimam manipularem post duos laneos cmethonales, sive praediales in villa Gluchow, ad canonicum quartae praebendae pertinentes, quam cmethones tenentur ducere propriis curribus ad horreum vicarii, cuius valor aestimatur ad duas marcas. Item habet portionem aequalem cum vicariis dictae ecclesiae de universis proventibus, videlicet decimis, columbatione, offertorio et caeteris quaestibus.

Item habet domum propriam pro sua habitatione.

Quinta praebenda Scarbimiriensis.

Quinta et ultima praebenda Scarbimiriensis non habet denominationem ab aliquo loco, sed eam inscribere oportet a numero; eam nunc obtinet Paulus de Palczowo, quae pro sui fundo habet agros praediales ad duos laneos aestimatos et cmethonibus locatos, et quilibet de laneo pro censu in festo S. Martini solvit canonico praedictae praebendae duas marcas; non laborant autem praedicti cmethones ex debito aliquos dies, neque dant capones, neque ova, neque avenam, neque caseos. Item praefati duo lanei cmethonales, sive praediales ad proprietatem quintae praebendae Scarbimiriensis pertinentes, solvunt decimam manipularem vicario canonicali dictae quintae praebendae, et tenentur eam ducere propriis curribus ad horreum a vicario locandum.

Item praefata quinta praebenda Scarbimiriensis habet in oppido Scarbimiria quatuor hortulanias de sua ditione et proprietate, in quarum prima sedet Lyschak carnifex, in secunda Mrziglod, in tertia Jacobus molendinator, in quarta . . ., et quaelibet illarum hortulaniarum solvit canonico quintae praebendae pro censu sex grossos.

Item praefata quinta praebenda Scarbimiriensis habet singulis annis unam vel duas ex decimis manipularibus ecclesiae Scarbimiriensis, ex ordine eam contingentem, quae tam sibi, quam aliis in perceptione sunt communes. Item quinta praebenda habet aream, in qua potest domus per canonicum aedificari et pomerium plantari pro canonici habitatione et usu.

Item praefata praebenda quinta Scarbimiriensis est taxata ad . . .

Vicaria quintae praebendae.

Quinta praebenda Scarbimiriensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Scarbimiriensi, cuius unicus collator et patronus est canonicus quintae praebendae Scarbimiriensis, quam nunc obtinet Joannes Zamath de Borunycze presbyter, quae quidem vicaria pro suo fundo et dote habet decimam manipularem post duos laneos cmethonales sive praediales in oppido Scarbimiriensi, ad canonicum quintae praebendae pertinentes, quam cmethones tenentur ducere propriis curribus ad horreum vicarii, et aestimatur valor eius ad quinque marcas; item habet portionem aequalem cum vicariis de universis proventibus dictae ecclesiae, videlicet de decimis, columbatione, offertorio et caeteris quaestibus.

Item habet domum propriam pro sua habitatione.

Decimae manipulares, ad custodiam et quinque praebendas Scarbimirienses in solidum pertinentes.

Przybinycze, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius haeredes Stanislaus Koth de armis Pylawa, Johannes Swyraczsky et Pyelsz de armis Zabawa, in qua sunt septem lanei cmethonum, de quibus datur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi et universitati canonicorum Scarbimiriensium, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode vel aliquo ex canonicis Scarbimiriensibus locandum, et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item in eadem villa est una taberna, habens agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Malozow; item in eadem villa sunt duae hortulaniae,

habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae et plebano in Maloschow; item in eàdem villa est praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Maloschow.

Grodzanowycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzerzazna sita, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodiae et canonicis Scarbimiriensibus, et cmethones tenentur illam ducere propriis curribus in horreum a custode et canonicis locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas. Item in eadem villa non est aliquod praedium, non taberna, non hortulania, non molendinum.

Gluchow, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius haeres Nicolaus Pywko de Zastapow, nobilis de armis Habdank, in qua sunt sex lanei cmethonales, item una taberna habens agros, item duae hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur custodi et canonicis Scarbimiriensibus in commune decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode vel aliquo ex canonicis locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item in eadem villa est praedium canonicale praebendae quartae Scarbimiriensis, dictae Glugochska, ad duos laneos aestimatum, de quo solvitur decima manipularis vicario eiusdem praebendae; item in eadem villa est unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Nyecraschow.

Podgaye, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius haeres Petrus Morawiecz, nobilis de armis Powala, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item hortulaniae quatuor, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi et canonicis Scarbimiriensibus, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode vel canonicis locandum et valor eius aestimatur ad quindecim marcas; item in eadem villa est unicum praedium militare, item una taberna habens agros ex praedio, de quibus solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Dzaloschycze; item est ibi molendinum, sed non habet agros, valor decimae praedialis ad quatuor marcas.

Sczodrkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Dzaloschicze sita, cuius haeres Johannes Cziszowsky, nobilis de armis Polukoza, in quà sunt quatuor lanei cmethonales, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi et canonicis Scarbimiriensibus, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode et canonicis locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas; item non est praedium aliquod, neque taberna.

Brunoczycze, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius haeres Bartholomaeus Obulecz, nobilis de armis Odrowansch, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi et canonicis Scarbimiriensibus, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode aut canonicis locandum et valor aestimatur eius ad sex marcas. Item in eadem villa sunt quatuor hortulaniae habentes agros, de quibus partim cedit decima canonicis, partim vicariis Scarbimiriensibus; item in eadem villa est unicum praedium militare, item una taberna habens agros, et tam de praedialibus quam tabernae agris solvitur decima manipularis vicariis Scarbimiriensibus.

Kamyschow primum, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius haeres Stanislaus Stadnyczsky, nobilis de domo Druszina, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodi et canonicis Scarbimiriensibus, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a custode vel canonicis locandum et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item in eadem villa est unicum praedium militare, item tres hortulaniae habentes agros, de praedio eis largitos, de quibus decima manipularis solvitur praebendario ecclesiae in Gywanowicze; item in praedicta villa non est aliqua taberna.

Kamyschow Minus, villa sub parochia ecclesiae de Scarbimiria sita, cuius haeres idem Stanislaus Stadnyczsky de armis Druszina, in qua non est aliquod praedium militare, non est aliqua taberna, non sunt aliqui lanei cmethonales, sed sunt tres hortulaniae, habentes agros largos, de quibus solvitur decima manipularis custodi et canonicis ecclesiae Scarbimiriensis, et ducunt eam hortulani in horreum a custode et canonicis locandum et valor aestimatur eius ad unam marcam.

Korytho, villa sub parochia ecclesiae de Czarnoczin sita, cuius haeres Nicolaus Korithko, nobilis de armis Gelithonum, in qua sunt duo lanei cmethonales, item taberna una habens agros, item tres hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis, et de laneis cmethonalibus per quatuor ierugas canapalis custodiae et praebendis Scarbimiriensibus, et ducunt eam propriis curribus in horreum a custode vel canonicis locandum et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item est ibi unicum praedium militare, de cuius agris percipit nunc ecclesia et plebanus in Czarnoczin decimam manipularem iure parochiali; sed plebanus de Giwanowicze vexat illum pro eadem, asserens ad suam ecclesiam in Giwanowicze illam pertinere.

Szyeszelow, praedium sub parochia ecclesiae de Scarbimiria consistens, cuius haeres Dobeslaus Chlewiczsky de armis Odrowansch,

de cuius agris solvitur decima manipularis custodiae et praebendis Scarbimiriensibus, et valor aestimatur eius ad unam marcam.

Decem decimae manipulares suprascriptae pertinent pleno iure ad custodiam et ad quinque praebendas ecclesiae Scarbimiriensis, quas custos et quinque praebendarii pro tempore alternatis vicibus et vicissitudine ordinaria percipiunt, circulariter et rotunde in hunc modum principiando, nam custos percipit per se et sua custodia duas decimas in Schodrkowicze et Corytho; item prima praebenda percipit etiam in duabus villis, videlicet in Gluchow et Maiori sive Primo Kamyschow; item secunda praebenda percipit in tribus villis, videlicet in Brunoczicze, in Minori Kamyschow, et in Scheschelow, item tertia praebenda percipit in una villa, videlicet in Przybynycze, item quarta praebenda percipit in una villa, videlicet in Podgaye; item quinta praebenda percipit etiam in una villa, videlicet in Grodzanowicze, et in hunc modum inter custodem et quinque canonicos Scarbimirienses rotatur assidue perceptio suprascriptarum decimarum manipularium.

Item notandum, quod quilibet praelatus et canonicus Scarbimiriensis quacumque auctoritate apostolica et ordinaria in praelatum aut canonicum recipiendus et installandus, tenetur de iure et de consvetudine et de statuto ratione suae installationis et receptionis solvere cappam, aut eius valorem, videlicet tres marcas ecclesiae Scarbimiriensi, infra mensem a die installationis computandum, sub poena excommunicationis per ordinarium, aut suos officiales in omnes, qui contravenerint, ferenda. Item ad ecclesiam praefatam Scarbimiriensem pertinet oppidum Scarbimiriense cum suis suburbiis, et viginti sex villae iure parochiali, videlicet: Kobylnyky, Schedlecz, Schokolnyky, Camyschow Maior, Kamyschow Minor, Thopola, Nyezaczicze, Drozeyowicze, Podgaye, Brunoczicze, Szarbye, Tampoczol, Zakrzow, Schethuiow, Baranow, Gonow, Gluchow, Przibinycze, Belzow, Boschczin, Schczekarzow, Koszky, Roscheyow, Scheschelow, Krampycze et Zamoscze.

Item notandum, quod vicarii praelatorum et canonicales Scarbimirienses habent tres decimas praediales in communi in villis Zakrzow, Brunoczicze et Roscheiow, item habent columbationem ex oppido et villis parochialibus supranominatis; item ex oppidanis Scarbimiriensibus habent a qualibet braxatura cervisiae unum cervisiae cantarum, ad valorem quatuor denariorum aestimatum; item habent oblationes et quoslibet quaestus ex ecclesia Scarbimiriensi provenientes, quae omnia inter se dividunt aequali partitione.

Boschczyn, villa sub parochia de Scarbimiria sita, cuius . . . ., in qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, item duae hortulaniae

et una taberna habentes agros, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis capitulo Cracoviensi, et valor eius aestimatur ad . . .

S. MICHAELIS IN CASTRO.

In Cracoviensi nobilissima et famosa arce, Sancti Michaelis Archangeli et omnium coelestium et superiorum Spirituum, per iudicia misericordiae omnipotentis Dei humano generi ad custodiam tributorum, honore et titulo dicatam collegiatam ecclesiam, sexto locabimus loco ordine et numero; vetus enim ecclesia est et in primordio catholicae fidei, qua Poloni tunc idolatrae et gentiles unda sacra fuere initiati, vetusto tempore per Boleslaum Chabry primum catholicum Poloniae regem, fundata, erecta et dotata est, cuius duo tantummodo sunt praelati, videlicet praepositus, custos et tres canonici et una clericatura, nullos habentes vicarios, aut substitutos perpetuos saltem, sed manuales temporalesque, qui pro annis singulis pro beneplacito praelatorum et canonicorum instituuntur et destituuntur, et qui non horas canonicas implent, sed solummodo missam unam singulis diebus festis et ferialibus canunt, quam negligentiam vel potius abominationem nescio, quod scelus, quae iniquitas, quis abusus hominum per neglectum et tolerantiam introduxit; neque enim verisimile est, ut ad cantandum unam missam, tanta praepositura tam ventrosa, tam celebris et insignis, quatuor villis, praediis et decimis dotata et omnifariam crassa; item et custodia cum tribus praebendis et clericatura, fundos et decimas habentibus, debuissent fundari, et tot sacerdotibus et ministris Dei nonnisi una missa canora et aliquot lectae in die festo pro onere tot introituum imponi; aliam reor, primus conditor et fundator praefatis praelatis, canonicis et clerico ecclesiae S. Michael legem statuerat, aliud onus explendarum horarum canonicarum et divinarum rerum onus sanciverat, alium ordinem, seriem et progressum posuerat, neque enim canonicos illos appellasset, nisi horas canonicas diurnas et nocturnas illos cum praelatis et clerico expleturos obligatione perpetua sanxisset. Sed haec omnia pontificum Cracoviensium neglectu fuere a praelatis, canonicis et clerico praefatae ecclesiae S. Michaelis, lanam tantummodo sibi vendicantium, et onus sibi impositum fastidientium, diuturna negligentia abolita et suppressa. Si quae autem huiusmodi fundationis fuere privilegia, ea per frequentes ignes et incendia, qui Poloniae regnum assidue propter habitacula divina et humana lignea devorant, extant consumpta. Quoniam et ipsa ecclesia S. Michaelis multis centenis annorum fuit lignea, sed Casimirus Secundus Poloniae rex, qui universum regnum

Poloniae cocto nobilitavit latere, illam muris extruxit et testudinibus et clenodiis adornavit a. D. 1355. Subiacet autem ecclesia praefata S. Michaelis collegiata tam in praepositura et custodia, quam in tribus praebendis, collationi iurispatronatus, ordinationi et cuiuslibet alterius, quantum ad praesentandum dispositioni episcopi Cracoviensis seu Vladislaviensis pro tempore, ad illumque unicum et solum praesentatio et iuspatronatus praepositurae, custodiae et trium praebendarum, quotiescumque, quandocumque, et ex quacumque causa vacaverint, pertinet, ad cuius praesentationem et non alterius, loci ordinarius Cracoviensis personam idoneam sibi praesentatam debet instituere et providere, ut autem iuspatronatus praefatum episcopo Cuiaviensi pro tempore servaretur et custodiretur illaesum, nemoque illud auderet infringere vel temerare, praefatus Casimirus Poloniae rex, qui praepositaram S. Michaelis praefatam pro una duntaxat vacationis vice in suum familiarem per potentiam contulerat, dedit ecclesiae Vladislaviensi sub maiestatis suae sigillo privilegium, recognoscendo universis pro memoria futurorum, collationem praepositurae S. Michaelis ad episcopum Vladislaviensem pro tempore, in qualibet vacatione, pertinere, nec trahi debere in ius, sequelam, aut debiti necessitatem, si ipse illam precario aut de benevolentia ordinarii una tantummodo vice contulerat. Quod privilegium originaliter et ego fateor me vidisse, legisse, et manibus tractasse, est autem nonnullorum, quibus et ego assentior, assertio, opinio et consensus, quod Judith Poloniae regina, consors Vladislai, qui cognominatus est Hermanus, ducis et monarchae Poloniae germani Boleslai Poloniae regis, qui Beatissimum trucidavit felici occasione Stanislaum, castellaniam de Lagow cum villis, servitutibus et tributis episcopo Cracoviensi perpetuo conferendo, ius quoque patronatus ecclesiae S. Michaelis praefatae tunc in solidum et cum eadem castellania de Lagow pro mira eius et ferventi in Deum et ecclesias devotione largita est; et quamvis Johannes Pella episcopus tunc Vladislaviensis, nobilis de domo et familia caput tygrium deferentium, magnopere cum suo capitulo sudasset, praepositaram S. Michaelis ubertate introitum eius inductus, pro habendis amplioribus in ecclesia Vladislaviensi refectionibus, extincto eius titulo, capitulo Vladislaviensi perpetuo incorporare, clementia tamen divina, propter sui dilectissimi martyris Stanislai Cracoviensis pontificis merita, tale, tamque memorabile et celeberrimum clenodium a Cracoviensi ecclesia et dioecesi, arce et urbe scindi et sequestrari mira sua providentia prohibuit; praefatam enim praepositaram S. Michaelis, iam per Johannem de Rzeszow, cuius immediatum praepositum, qui expost in archiepiscopum Leopoliensem fuerat promotus, de domo Polukoza, clave Pyrkoviensi seu Lagoviensi ad vitam tenenda contentatum, resignata, et eius titulo extincto, capitulo Vladislaviensi incorporatam, Petrus Boleste,

appellatus Pyeszkowsky, prothonotarius apostolicus, nobilis de domo Accipitrum, apud Martinum papam quintum impetrans de pacifica illius possessione, capitulum Vladislaviense, tribus sententiis conformibus convictum, deiecit, et praeposituram praefatam in suam proprietatem, titulum et dignitatem, quam et in diem hodiernam retinet; restituit. Cuius quidem praepositurae, custodiae, trium praebendarum et clericaturae pergemus iam describere proventus, clericaturae autem praefatae iuspatronatus et collatio non ad episcopum Vladislaviensem, sed ad praepositum S. Michaelis pro tempore dignoscitur pleno iure pertinere.

Praepositura S. Michaelis.

Praepositurae S. Michaelis dignitas in ecclesia ipsa principalis, quam nunc tenet Johannes Wantrobka de Strzelcze, nobilis de domo Oksza, cuius infrascripti sunt proventus.

Tampoczol, villa sub parochia ecclesiae collegiatae Scarbimiriensis sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum S. Michaelis pro tempore, et villa praefata est fundus primarius praepositurae S. Michaelis praedictae, in qua sunt viginti unus lanei cmethonales, solum autem viginti locati sunt cmethonibus, unus autem appropriatus est praedio; solvit autem quilibet laneus pro annuo censu praeposito S. Michaelis unam sexagenam communis pecuniae currentis usualis, item quatuor pullos, item triginta ova, item duas mensuras avenae confertas.

Item de quolibet laneo quilibet cmetho singulis septimanis laborare tenetur duos dies proprio curru aut aratro, tempore messium excepto, quo instante et adveniente, quilibet cmetho de laneo tenetur cum falcibus duobus ad metendum frumenta hyemalia et aestivalia venire, et tres dies in septimana, quousque seminatio hyemalium frugum in agris praedii curialis coeperit, laborare; labor tamen ipse diversificatur, ex antiqua enim consvetudine usque in hoc tempus cmethones villae praefatae nunquam consveverunt totum diem arare, sed solum a mane usque in meridiem, post meridiem vero residuitatem diei non tenentur arare, sed tenentur alio labore quocumque, videlicet seminatione, aut arpicatura, aut alio illam explere; item tenentur prata falcastrare praedialia, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; verum foenum quantumcumque erit in prato, quod est circa Roszyeyow, tenentur pro uno die ad rationem in septimana debito, totum conducere, nec defalcantur eis, si plures dies foenum duxerint, videlicet duos vel tres, nisi unus dies; ex aliis vero pratis praedialibus, quotquot dies foenum duxerint, tot eis dies in septimana debiti ad laborandum defalcantur. Item singuli cmethones, hortulani et tabernatores, et alii omnes incolae et

inquilini villae Tampoczol, etiam qui nullos tenent agros aut hortulanias, et illi etiam, qui pro pretio cmethonibus laborant, tenentur unum diem in frumentis hyemalibus praedialibus, et alium diem in frumentis aestivalibus, ultra dies in septimana debitos, quilibet propria falce metere et laborare, qui labor vocatur *wyelka powaba.*

Item cmethones villae praefatae ultra dies in septimana debitos, quando et quoties necesse est mittere pro aliqua re, tenentur ordinarie in curribus vel equestres ad spatium unius miliaris, ad forum videlicet, vel ad molendinum, vel pro quacumque alia necessitate explenda, vecturas facere et equitare, sin autem ultra unum miliare mitterentur, extunc eis transitus ille debet defalcari ad dies in septimana debitos. Item in eadem villa sunt sex hortulaniae, ex agris praedialibus habentes agros eis impartitos, quilibet autem eorum solvit pro censu annuo unum fertonem; item tenetur quilibet hortulanus unum diem in septimana qualibet labore pedestri laborare; hortulani etiam ipsi possunt dirigi pedestres ad unum miliare, sine die, ultra vero unum miliare si mittuntur, computatur eis illa missio ad rationem diei in septimana debiti; item hortulani praefati habent de iure et consvetudine et nulli alii frumenta praedialia triturare, et undecimum chorum pro labore recipere. Item sunt in eadem villa duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu annuo praeposito unam marcam cum media; non faciunt aliquos labores in septimana, solum tempore messis foenum iuvant ad currus imponere; item hortulani et tabernatores tenentur oves tondere, tenentur etiam canapum et linum praediale ad aquam ducere, imponere, extrahere et terere; item cmethones tenentur absque die aut novos acervos parare, aut antiquos reformare, in quibus decimam manipularem villae praepositus voluerit collocare; item tam tabernatores, quam hortulani de iure et consvetudine habent libertatem in *gayo* praepositi pro sepibus et pro necessitate ignis, in locis tamen, in quibus eis praepositus vel procurator eius demonstraverit, robora maiora non tangendo, incidere; cmethones vero nullam habent libertatem in *gayo* incidendi ligna, nisi de voluntate praepositi et quadam consvetudine nuces avellanas et poma et pyra sylvestria admittuntur recipere.

Item in eadem villa est molendinum in fluvio torrentali, cui additus est medius laneus ex agris cmethonum cum duobus pratis, ad dictam medietatem lanei spectantibus; habet etiam duo alia prata ad molendinum ex antiquo spectantia, de quibus omnibus pro annuo censu solvit molendinator praeposito singulis septimanis duos choretos siliginis in farina, et ad quaelibet quatuor tempora unum choretum milii mensurae Scarbimiriensis planae et aequalis. Item tam cmethones quam hortulani, tabernatores et molendinator de omnibus agris solvunt decimam manipularem praepositurae S. Michaelis,

et illam propriis curribus in horreum praepositi in Tampoczol tenentur inducere, et valor aestimatur eius ad triginta marcas; ad solutionem autem decimae canapalis ex consvetudine non obligantur; item in eadem villa est curia optima praepositi pulchras habens domos, structuras et aedificia, est etiam ibi optimum praedium in quatuor campos agrorum divisum, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in suum horreum inducit; item sunt tria prata pro praedio praepositi in eadem villa, unum versus villam Roscheyow, aliud sub monte dicto Wylcza Gora, tertium, quod vocatur pratum magnum, in quo modernus praepositus Johannes Wantrobka parare coepit piscinam; item in eadem villa sunt sex piscinae, ad praepositum pertinentes, item est uuum *gayum* optimum, item est una vinea, item pomeria. Item villa praefata Tampoczol in iure Theutonico locata est, et habet metas et granicies per aggeres, qui *uiaszdy* vocantur, distinctos; imprimis cum oppido Scarbimiriensi, item cum villis: Zakrzow, Baranow, Pamyaczicze, Pyelcznycza, Nyeszwoyowicze, Roszeyow et Szarbye.

Topolya, villa sub parochia ecclesiae Scarbimiriensis sita, secundus fundus praeposituræ Sancti Michaelis, cuius proprietas et dominium ad Nicolaum Rey de Szumsko, nobilem de domo Oksza, pro maiori et principaliori parte pertinet. Habet enim in ea curiam, praedium largum, decem laneos cmethonales, duas tabernas, septem hortulanias habentes agros, et de praedio quidem, et de uno laneo datur decima manipularis ecclesiae parochiali in Krzydlna, de agris vero cmethonalibus, tabernatoris et hortulanorum datur pro praebenda Cracoviensi, quae appellatur Topolska.

Praepositura vero S. Michaelis habet in villa eadem duos tantummodo laneos cmethonales, nulli alteri nisi praeposito S. Michaelis deditos et obnoxios, et cum pleno iure, et hi lanei vocantur Zaduszne, qui et ad censum annuum, et ad labores, et ad decimam manipularem more aliorum cmethonum praefatam villam incolentium, praeposito S. Michaelis pro tempore obligantur. Quilibet itaque laneus de dictis duobus laneis ex conditione et pacto solvere tenetur praeposito pro censu, decima, labore, dacia et tributo quinque marcas, ab aliis omnibus oneribus libertati. Item quilibet ex dictis duobus cmethonibus de quolibet laneo tenetur proprio curru duos dies in anno inducere foenum aut fruges ad horreum praepositi in Tampoczol, praepositus tamen sub tempore illius ducturae consvevit eis expensas congruentes ministrare.

Szcythnyky, villa sub parochia ecclesiae de Proschowicze sita, tertius fundus praeposituræ S. Michaelis in castro Cracoviensi, cuius proprietas et dominium ad Jacobum Kulya de Woyczechowicze, et Johannem Nyemsta de Crzczanzicze, nobiles de domo et familia

Accipitrum, item ad Thomam Pyelgrzym de Scithniky, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales; pertinent tredecim lanei ad nobiles, quartusdecimus ad praeposituram S. Michaelis. Item tres tabernae habentes agros, item novem hortulaniae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae Cracoviensi, quae vocatur Scythniczska. Praepositura vero S. Michaelis habet in villa eadem unum tantummodo laneum cmethonalem, nulli alteri, nisi praeposito S. Michaelis pertinentem et obnoxium, et qui in polonico idiomate ad differentiam aliorum laneorum villae vocatur Zaduszny, qui quidem laneus non obligatur ad aliquas labores annuos, vel septimanales, nec ad aliqua tributa, aut dacias, videlicet gallos, ova, caseos, aut avenam, sed tam pro tributis et daciis, quam pro censu et laboribus solvit praeposito S. Michaelis pro tempore unam marcam cum dimidia; item idem laneus Zaduszny solvit decimam manipularem praebendae Cracoviensi, quae vocatur Scithniczska.

Myslawczycze, villa sub parochia ecclesiae de Cosczelyecz sita, cuius proprietas et dominium ad praeposituram S. Michaelis pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, quorum quilibet annis singulis pro censu tres marcas et sędecim grossos solvit. Item tenetur quilibet de laneo solvere duas mensuras avenae, mensurae confertae Prosoviensis, item in eadem villa est una taberna habens agros, pertinens ad praepositum S. Michaelis, quae singulis annis pro censu solvit praeposito S. Michaelis unam marcam; item sex cmethones praefati coniunctim alias *zprzą̨za*, duo videlicet iungendo unum currum, tenentur annis singulis tribus curribus, et duobus tantum diebus in anno in praedio praepositi villae Tampoczol frumenta aut foenum inducere in horreum praepositi, praepositus autem tenetur eis congruentes ministrare expensas; ad alios vero labores aut ducturas, neque septimanales, neque annales obligantur. Item in eadem villa est pratum praepositi S. Michaelis, quod sex cmethones praefati tenentur propriis sumptibus et impensis falcastrare, rastrare, colligere et propriis curribus in acervum ab eis parandum, in usum et utilitatem praepositi inducere. Item praefati sex cmethones tenentur praepositum S. Michaelis singulis annis et semel in anno cum quotcumque personis et equis venerit ad eos, excipere, et tam ipsum, quam familiares suos, equos, omnibus necessariis victualibus per unum vel duos dies procurare, ratione cuius procurationis non solvunt gallos, neque ova, neque caseos, neque avenam.

Thur, villa sub parochia ecclesiae de Wroczyrzisz sita, cuius plena proprietas et dominium ad praepositum S. Michaelis pro tempore pertinet, et est quintus fundus praepositurae praefatae, in qua sunt viginti lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu sedecim scottos, item quatuor gallos, item triginta ova, item duas mensuras avenae confertas; item quilibet cmetho

de laneo tenetur singulis septimanis duos dies in anno proprio curru aut aratro laborare, tempore messium excepto, quo instante, tenetur quilibet de laneo quatuor dies duobus falcibus metere et laborare; item singuli cmethones, hortulani et tabernatores, et alii omnes incolae et inquilini villae Thur, etiam qui nullos tenent agros aut hortulanias, et illi etiam, qui pro pretio cmethonibus laborant, tenentur unum diem in frumentis hyemalibus praedialibus, et alium diem in frumentis aestivalibus, ultra dies in septimana debitos, quilibet propria falce metere et laborare, qui labor vocatur *wyelka powaba;* item cmethones praefati tenentur ultra dies in septimana debitos absque die facere ducturas ad oppida Andrzeyow, Pyandziczow, et ad fora in distantia duorum miliarium; item ne damna in frumentis, segetibus et pratis praedialibus inferantur, tenentur cmethones praefatas segetes et prata absque die sepire; item est in eadem villa curia bene aedificata, habens largos agros praediales, in tres campos divisos, de quibus praepositus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item sunt in eadem villa duae tabernae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu annuo praepositurae duas sexagenas; item sunt in eadem villa quatuor hortulani, etiam habentes agros, et quilibet tenetur pro censu annuo solvere praeposito sex grossos, item unum diem in septimana pedester laborare, de undecimo triturare coretho, et acervos reformare. Item cmethones, hortulani et tabernatores omnes et singuli solvunt decimam manipularem praepositurae S. Michaelis et eam propriis curribus in horreum praeposito inducere tenentur, et valor eius aestimatur ad duodecim marcas, perceptio tamen eius diversificatur; nam de duobus partibus maioribus tollit illam praepositura S. Michaelis, de tertia vero parte minori una cum decima totali canapali villae praefatae, tollit eam praebenda Cracoviensis, quae vocatur Nazowska. Item sunt in eadem villa duo prata pro praeposito, unum post curiam, aliud circa fluvium Nida, quae a cmethonibus villae Thur ad rationem dierum in septimana debitorum falcastrantur, et tenentur ipsi cmethones absque die colligere et in casulas congregare foenum omne illic falcastrandum; item villa praefata habet ripam fluvii Nyda, et duo stagna servientia praepositi utilitati; item cmethones villae praefatae tenentur pro decima de eorum villa proveniente locanda, acervos reformare, et denuo, quando necesse est, parare. Item habet villa praefata duo *gaya* quercina bona, et duas *borras.*

Item confinat villa praefata cum villis Koporynya, Oppathkowicze, Nyegoslawicze, Wroczirzisz.

Bykowa Wolya alias Zagorze, villa, sextus fundus praepositurae S. Michaelis, sub parochia ecclesiae de Wroczirzysz sita, cuius proprietas et dominium ad praepositum S. Michaelis pleno iure pertinet, in

qua sunt septem lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo sedecim scottos, item quatuor gallos, item triginta ova; item duas mensuras avenae confertas; item quilibet cmetho tenetur de laneo singulis septimanis duos dies in anno proprio curru aut aratro laborare, tempore messium excepto, quo instante, tenetur quilibet de laneo quatuor dies duabus falcibus metere et laborare; item omnes cmethones villae praefatae et inquilini tenentur unum diem in frumentis hyemalibus praedialibus, et alium diem in frumentis aestivalibus ultra dies in septimana debitos, quilibet propria falce metere et laborare, qui labor vocatur *wyelka powa'a.* Item non sunt in eadem villa tabernae, neque hortulaniae, possent tamen esse, si locarentur, et si villa praefata, quae nunc deserta est, locaretur; item in villa praefata non est aliquod praedium, neque curia praepositi. Item cmethones et omnes incolae villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praeposito S. Michaelis, et ducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item villa praefata confinat cum villis Thur, Wroczirzisz, Nyegoslawicze, Oppathkowicze.

Praetorium Cracoviense. Item praepositura praefata S. Michaelis habet habereque consvevit de iure privilegiato et consvetudine praescripta, de Praetorio Cracoviensi de censu puro, stabili et indubitato, quinque marcas pecuniae usualis annis singulis; habebat enim praepositura praefata a primaeva sui fundatione duo macella et tres areas, et censum communiter de tabernis in civitate Cracoviensi, de quibus omnibus solvebantur quinque marcae argenti. Civitate autem Cracoviensi in ius theutonicum locata, census ipse ad quinque marcas communes, de praetorio Cracoviensi praepositurae eidem solvendas, restrictus est, de quo habet ecclesia S. Michaelis privilegium Boleslai Pudici Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, confectum A. D. 1264 sexta idus Maii.

Item praepositura praefata S. Michaelis habet in civitate Cracoviensi et in platea hospitali aream liberam et bonam, nulli servituti, censui, aut tributo obnoxiam, in qua posset aedificari aut murari domus, de qua posset census aliquis pro praepositura S. Michaelis provenire.

Item praepositus S. Michaelis praefatus tenetur ex debito fundationis, iuris et consvetudinis procurare et providere, ut singulis diebus per totum circuitum anni in ecclesia S. Michaelis praefata, cantetur missa voce sonora de tempore et de sanctis, iuxta conditionem, cursum et qualificationem rubricae Cracoviensis. Solvit itaque et solvere consvevit praepositus S. Michaelis pro tempore magistro scolae ecclesiae Cracoviensis solarium et censum annuum quinque videlicet marcas, qui scolares aliquot in cantu peritos ad ecclesiam S. Michaelis singulis diebus mittit ad explendum cantum missae praefatae.

Item praefatus praepositus S. Michaelis tenet tenereque obligatur circa

ecclesiam S. Michaelis praefatam duos ministros, actu sacerdotes, qui singulis diebus tenentur ecclesiam praefatam S. Michaelis per divinam rem administrare, quorum cuilibet tenetur praepositus S. Michaelis solvere pro eius annuo solario quinque marcas.

Custodia S. Michaelis.

Secunda ecclesiae S. Michaelis dignitas custodia, quam nunc tenet ..... Raczek de Wislicia presbyter, cuius collatio et ius patronatus ad episcopum Vladislaviensem pro tempore pertinet, cuius infrascripti sunt proventus.

BRANCZICZE, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyecz prope Slumniky sita, in qua custos S. Michaelis pro tempore habet domum dotalem sive curiam et agros praediales, ad unum mansum largum theutonicalem se extendentem; item prata bona supra fluvium Srzenyawa iacentia, et laneus sive mansus praefatus est fundus unicus custodiae praefatae, quam quia solus custos vel non vult, vel non potest colere, locavit cum cmethone, qui singulis annis solvere sibi tenetur pro censu annuo quatuor marcas pecuniae usualis et communis; habet tamen facultatem pro omni tempore custos S. Michaelis cmethonem praefatum de agro praediali deponere, et ipsum per se colere et arare.

Item in villa eadem est unus alius laneus cmethonalis, qui nullos labores exercens, et ad custodiam S. Michaelis pertinens, tenetur annis singulis pro censu annuo solvere custodi pro tempore duas marcas. Item in eadem villa Branczicze sunt alii tres lanei praediales, ad curias et praedia trium praebendarum S. Michaelis singillatim spectantes, de quibus circa praebendam quamlibet specialem faciemus descriptionem; item sunt in eadem villa speciales alii tres lanei cmethonales ad praebendas S. Michaelis pertinentes, et quilibet laneus singillatim ad unam praebendam pertinet, quemadmodum in descriptione cuiuslibet praebendae specialem de unoquoque laneo faciemus mentionem.

Item in eadem villa est una taberna, habens agros specialiter sibi annexos, et prata, quae ad ditionem et proprietatem ad clericaturam S. Michaelis pertinet, et solvit clerico pro annuo censu tres marcas, decimam autem manipularem solvit ex ordine canonicis; item omnes octo lanei villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem, sed solutio eius singulis annis diversificatur; uno etenim anno custos S. Michaelis medietatem eius percipit, post quatuor videlicet laneos et medietatem agrorum tabernatoris, alteram vero eiusdem medietatem pro eodem anno tollit eam prima praebenda S. Michaelis, et tenentur illam cmethones propriis curribus inducere in horreum a custode vel canonico locandum, et valor eius pro una

qua sunt septem lanei cmethonales, quorum quilibet solvit pro censu annuo sedecim scottos, item quatuor gallos, item triginta ova; item duas mensuras avenae confertas; item quilibet cmetho tenetur de laneo singulis septimanis duos dies in anno proprio curru aut aratro laborare, tempore messium excepto, quo instante, tenetur quilibet de laneo quatuor dies duabus falcibus metere et laborare; item omnes cmethones villae praefatae et inquilini tenentur unum diem in frumentis hyemalibus praedialibus, et alium diem in frumentis aestivalibus ultra dies in septimana debitos, quilibet propria falce metere et laborare, qui labor vocatur *wyelka powała.* Item non sunt in eadem villa tabernae, neque hortulaniae, possent tamen esse, si locarentur, et si villa praefata, quae nunc deserta est, locaretur; item in villa praefata non est aliquod praedium, neque curia praepositi. Item cmethones et omnes incolae villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praeposito S. Michaelis, et ducunt eam propriis curribus in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad septem marcas. Item villa praefata confinat cum villis Thur, Wroczirzisz, Nyegoslawicze, Oppathkowicze.

Praetorium Cracoviense. Item praepositura praefata S. Michaelis habet habereque consvevit de iure privilegiato et consvetudine praescripta, de Praetorio Cracoviensi de censu puro, stabili et indubitato, quinque marcas pecuniae usualis annis singulis; habebat enim praepositura praefata a primaeva sui fundatione duo macella et tres areas, et censum communiter de tabernis in civitate Cracoviensi, de quibus omnibus solvebantur quinque marcae argenti. Civitate autem Cracoviensi in ius theutonicum locata, census ipse ad quinque marcas communes, de praetorio Cracoviensi praepositurae eidem solvendas, restrictus est, de quo habet ecclesia S. Michaelis privilegium Boleslai Pudici Cracoviensis et Sandomiriensis ducis, confectum A. D. 1264 sexta idus Maii.

Item praepositura praefata S. Michaelis habet in civitate Cracoviensi et in platea hospitali aream liberam et bonam, nulli servituti, censui, aut tributo obnoxiam, in qua posset aedificari aut murari domus, de qua posset census aliquis pro praepositura S. Michaelis provenire.

Item praepositus S. Michaelis praefatus tenetur ex debito fundationis, iuris et consvetudinis procurare et providere, ut singulis diebus per totum circuitum anni in ecclesia S. Michaelis praefata, cantetur missa voce sonora de tempore et de sanctis, iuxta conditionem, cursum et qualificationem rubricae Cracoviensis. Solvit itaque et solvere consvevit praepositus S. Michaelis pro tempore magistro scolae ecclesiae Cracoviensis solarium et censum annuum quinque videlicet marcas, qui scolares aliquot in cantu peritos ad ecclesiam S. Michaelis singulis diebus mittit ad explendum cantum missae praefatae.

Item praefatus praepositus S. Michaelis tenet tenereque obligatur circa

ecclesiam S. Michaelis praefatam duos ministros, actu sacerdotes, qui singulis diebus tenentur ecclesiam praefatam S. Michaelis per divinam rem administrare, quorum cuilibet tenetur praepositus S. Michaelis solvere pro eius annuo solario quinque marcas.

Custodia S. Michaelis.

Secunda ecclesiae S. Michaelis dignitas custodia, quam nunc tenet ..... Raczek de Wislicia presbyter, cuius collatio et ius patronatus ad episcopum Vladislaviensem pro tempore pertinet, cuius infrascripti sunt proventus.

Branczicze, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyecz prope Slumniky sita, in qua custos S. Michaelis pro tempore habet domum dotalem sive curiam et agros praediales, ad unum mansum largum theutonicalem se extendentem; item prata bona supra fluvium Srzenyawa iacentia, et laneus sive mansus praefatus est fundus unicus custodiae praefatae, quam quia solus custos vel non vult, vel non potest colere, locavit cum cmethone, qui singulis annis solvere sibi tenetur pro censu annuo quatuor marcas pecuniae usualis et communis; habet tamen facultatem pro omni tempore custos S. Michaelis cmethonem praefatum de agro praediali deponere, et ipsum per se colere et arare.

Item in villa eadem est unus alius laneus cmethonalis, qui nullos labores exercens, et ad custodiam S. Michaelis pertinens, tenetur annis singulis pro censu annuo solvere custodi pro tempore duas marcas. Item in eadem villa Branczicze sunt alii tres lanei praediales, ad curias et praedia trium praebendarum S. Michaelis singillatim spectantes, de quibus circa praebendam quamlibet specialem faciemus descriptionem; item sunt in eadem villa speciales alii tres lanei cmethonales ad praebendas S. Michaelis pertinentes, et quilibet laneus singillatim ad unam praebendam pertinet, quemadmodum in descriptione cuiuslibet praebendae specialem de unoquoque laneo faciemus mentionem.

Item in eadem villa est una taberna, habens agros specialiter sibi annexos, et prata, quae ad ditionem et proprietatem ad clericaturam S. Michaelis pertinet, et solvit clerico pro annuo censu tres marcas, decimam autem manipularem solvit ex ordine canonicis; item omnes octo lanei villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem, sed solutio eius singulis annis diversificatur; uno etenim anno custos S. Michaelis medietatem eius percipit, post quatuor videlicet laneos et medietatem agrorum tabernatoris, alteram vero eiusdem medietatem pro eodem anno tollit eam prima praebenda S. Michaelis, et tenentur illam cmethones propriis curribus inducere in horreum a custode vel canonico locandum, et valor eius pro una

medietate aestimatur ad quinque marcas; pro anno vero altero percipiunt illam duae praebendae S. Michaelis, videlicet secunda et tertia, et aequaliter illam inter se partiuntur, quo quidem anno alterato custos et prima praebenda S. Michaelis percipiunt decimam in altera eiusdem nominis villa Brariczicze, in qua sunt decem lanei cmethonales, cuius proprietas ad episcopum Cracoviensem pertinet, sub parochia ecclesiae de Raphalowicze sita, et aequaliter illam inter se partiuntur; et tenentur illam cmethones episcopales in horreum ducere a custode et canonicis locandum, et valor eius, dum integra est, aestimatur ad decem marcas. Item in villa episcopali Branczicze est una taberna, sed non habet agros. Item praefata custodia S. Michaelis habet pratum bonum, iacens circa villas Szkothnyky et Kobyerzyn, quarum Kobyerzyn sub parochia ecclesiae de Rumpella sita est, Scothnyky vero sub parochia S. Jacobi in Casimiria; iacet etiam dictum pratum iuxta stratam publicam, quae ducit ex Cracovia in Lanczkoronam, de quo solvuntur custodi S. Michaelis annis singulis duae marcae.

Praetorium Cracoviense. Item custodia S. Michaelis habet habereque consvevit censum perpetuum quinque marcarum communis pecuniae, aut quatuor marcarum latorum grossorum, quem illi consules Cracovienses tenentur de praetorio Cracoviensi solvere; obligantur in recompensam macellorum, ecclesiae Beatae Mariae Virginis parochiali in Cracovia confrontatorum, ex quibus custodia praefata habebat quinque marcas argenti, et cessit de illis consulatui Cracoviensi, quinque marcas usualis pecuniae pro sua contentatione recipiendo.

Item villa praefata canonicalis Branczicze habet limites, et confinat cum oppido Slumnyky, item cum villis Kampa, Myedzwyecz, Brodoczyn et Laganowicze, et ubique sunt *ugyasdi.*

Item custodia praefata iuxta singula regestra ecclesiae Cracoviensis taxata est ad quinque marcas.

Prima praebenda S. Michaelis.

Primam S. Michaelis praebendam, quamvis omnes tres aequatae sunt, et nulla alteram excedit, habet tenetque Johannes de Koprzywnicza presbyter, pro sui dote atque fundo infrascriptos habet proventus, cuius quidem praebendae collatio et iuspatronatus pleno iure pertinet ad episcopum Vladislaviensem pro tempore.

Branczicze, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyecz prope Slumniky sita, in qua prima praebenda S. Michaelis pro tempore habet domum dotalem, sive curiam et agros praediales ad unum mansum largum

theutonicalem se extendentem; item prata bona supra fluvium Srzenhiawa iacentia, et laneus sive mansus praefatus est fundus unicus primae praebendae S. Michaelis, quem quia solus primus praebendarius vel non vult, vel non posset colere, locavit cum cmethone qui singulis annis tenetur sibi solvere pro censu annuo quatuor marcas pecuniae usualis communis; habet tamen praefatus primus praebendarius facultatem, omni tempore praefatum cmethonem de agro praediali deponere, et ipsum per se colere et arare; item in villa eadem est unus alius laneus cmethonalis, qui nullos labores exercens et ad primam praebendam S. Michaelis pertinens, tenetur annis singulis solvere primo praebendario duas marcas; item praefata praebenda prima S. Michaelis habet decimam manipularem in villa praefata Branczicze communem uno anno cum custode S. Michaelis, et medietatem eius percipit tam post laneos cmethonales, quam post agros tabernatoris primus praebendarius praebendae praefatae, et tenentur eam incolae ducere propriis curribus in horreum a praebendario primo locandum, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Canapalem etiam decimam idem primus praebendarius percipit in praefata medietate per quatuor ierugas; medietatem vero decimae eiusdem tam manipularem quam canapalem percipit custodia S. Michaelis uno tantummodo anno, pro anno vero altero percipiunt illam duae praebendae S. Michaelis, videlicet secunda et tertia, et aequaliter illam inter se partiuntur, quo quidem anno altero custos et praebenda prima S. Michaelis percipiunt decimam, in altero eiusdem nominis villa Branczicze, in qua sunt decem lanei cmethonales, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, sub parochia de Raphalowicze sita, et aequaliter illam inter se partiuntur, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a custode et canonicis locandum et valor eius, dum est integra, aestimatur ad decem marcas.

Item praefata prima praebenda taxata est iuxta omnia regestra ecclesiae Cracoviensis . . .

Secunda praebenda S. Michaelis.

Secundam praebendam S. Michaelis in castro Cracoviensi tenet et habet nunc Johannes Mornstey de Cracovia, cuius collatio, praesentatio et iuspatronatus pertinet ad episcopum Vladislaviensem pro tempore, quae pro sua dotatione et fundo proventus habet infrascriptos.

Branczicze, villa sub parochia ecclesiae de Beszcze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales tantummodo, de quorum medietate uno tantum anno percipit decimam manipularem praebenda secunda S. Michaelis,

et etiam tam canapalem per quatuor ierugas, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a secundo praebendario S. Michaelis locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas; pro altera autem medietate percipit eam praebenda tertia S. Michaelis tam manipularem quam canapalem; in anno autem altero perceptio praefatae decimae in villa episcopali praefata Branczicze diversificatur et mutatur, percipit enim eam pro una medietate custos S. Michaelis, et pro residua medietate primus praebendarius primae praebendae S. Michaelis, et aequali sorte inter se tam manipularem quam canapalem illam partiuntur, prout in superioribus descripsimus.

Branczicze, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwiecz sita, cuius plena proprietas et dominium ad custodem et ad tres canonicos S. Michaelis pleno iure et integro pertinet, in qua sunt quatuor lanei praediales et quatuor cmethonales, de numero autem praedialium habet ibi praebenda secunda S. Michaelis domum dotalem sive curiam et agros praediales, ad unum mansum largum theutonicalem se extendentem. Item prata bona supra fluvium Srzeniawa iacentia, et laneus sive mansus praefatus est fundus unicus secundae praebendae, quem quia solus praebendarius secundae praebendae vel non potest, vel non vult colere, locavit cum cmethone, qui singulis annis tenetur solvere praefato secundo praebendario quatuor marcas pro annuo censu. Habet tamen praefatus secundus praebendarius S. Michaelis pro omni tempore facultatem, cmethonem de agro praediali deponere, et per se colere et arare.

Item praefata secunda praebenda S. Michaelis secundum omnia regestra ecclesiae Cracoviensis taxata est ad . . .

Tertia praebenda S. Michaelis.

Tertiam praebendam S. Michaelis in castro Cracoviensi tenet et habet nunc Johannes Glamboczsky, nobilis de domo Navium, cuius proprietas, collatio et iuspatronatus pertinet ad episcopum Vladislaviensem pro tempore, quae pro sua dotatione et fundo proventus habet infrascriptos.

Branczicze, villa sub parochia ecclesiae de Beszcze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales tantummodo, de quorum medietate uno tantum anno percipit decimam manipularem praebenda tertia S. Michaelis et etiam tam canapalem per quatuor ierugas, et tenentur illam incolae ducere propriis curribus in horreum a tertio praebendario S. Michaelis locandum, et valor aestimatur eius ad sex marcas; pro altera vero medietate percipit eam praebenda secunda S. Michaelis tam manipularem quam canapalem; in

anno autem altero perceptio praefatae decimae in villa episcopali praefata Branczicze diversificatur et mutatur; percipit enim eam pro una medietate custos S. Michaelis, et pro residua medietate primus praebendarius S. Michaelis, et aequali sorte inter se tam manipularem quam canapalem illam inter se partiuntur, prout in superioribus descripsimus.

Branczycze, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyecz sita, cuius plena proprietas et dominium ad custodem et ad tres canonicos S. Michaelis pleno et integro iure pertinet, in qua sunt quatuor lanei praediales et quatuor cmethonales; de numero autem praedialium habet ibi tertia praebenda S. Michaelis domum dotalem sive curiam et agros praediales, ad unum mansum longum theutonicalem se extendentem; item prata bona supra fluvium Srzeniawa iacentia, et laneus sive mansus praefatus est fundus unicus tertiae praebendae, quem quia solus praebendarius tertiae praebendae S. Michaelis vel non vult vel non potest colere solus, locavit cum cmethone, qui singulis annis pro censu annuo tenetur solvere praefato praebendario tertiae praebendae S. Michaelis quatuor marcas; habet tamen praefatus tertius praebendarius S. Michaelis pro omni tempore facultatem, cmethonem de agro praediali deponere, et per se colere et arare.

Item praefata tertia praebenda S. Michaelis secundum omnia regestra ecclesiae Cracoviensis taxata est ad . . .

Clericatura perpetua.

Habet ecclesia S. Michaelis in castro pro sexto beneficio et ultimo clericaturam perpetuam, cuius collatio, praesentatio et iuspatronatus ad praepositum S. Michaelis pro tempore pertinet, quam nunc tenet magister Johannes de Mileow vicarius canonicalis ecclesiae Cracoviensis, dictus Chrobersky, quae pro sui fundo et dote habet proventus infrascriptos.

Branczicze, villa sub parochia de Myedzwyecz sita, in qua est una taberna habens agros et prata, quae ad ditionem et proprietatem clericaturae S. Michaelis pleno iure pertinet, et est praefatae clericaturae primarius fundus, quae annis singulis pro censu annuo solvit clericaturae duas marcas monetae usualis; decimam autem manipularem post omnes agros suos dat custodi et tribus canonicis S. Michaelis iuxta sortem eos contingentem in *gonithwam*.

Przegorzale, villa sub parochia monasterii de Zwerzynyecz ordinis praemonstratensis sita, in qua maior portio et proprietas, maiusque dominium ad Przedborium de Konyeczpolye, nobilem de armis Pobodze pertinet, in qua est unus mansus sive laneus liber, habens agros et prata

specialia, qui ad clericaturam et eius ditionem et proprietatem perpetuo pertinet, et qui singulis annis pro censu annuo solvit clericaturae S. Michaelis duas marcas pecuniae usualis, et non obligatur ad aliquos labores, et solvit clericaturae de huiusmodi laneo decimam manipularem; de aliis autem laneis et agris praefatae villae Przegorzalye, pertinet decima manipularis ad plebanum mediae partis ligneae ecclesiae Omnium Sanctorum in Cracovia. Item praefata clericatura S. Michaelis habet pratum bonum, iacens circa villas Szkothnyky et Cobyerzyn, quarum Cobyerzyn sub parochia ecclesiae de Rumpella sita est, Skothnyky vero sub parochia ecclesiae S. Jacobi in Casimiria; iacet etiam dictum pratum iuxta stratam publicam, quae ducit ex Cracovia in Lanczkoronam, de quo solvitur clericaturae S. Michaelis una marca cum media.

Praetorium Casimiriense. Clericatura S. Michaelis habet habereque consvevit in oppido Casimiriensi, urbi Cracoviensi confrontato, mediam marcam pecuniae usualis de censu annuo et perpetuo, quem illi consules Cracovienses ratione lacus et loci, quem nunc obtinent, et qui quondam ad clericaturam pertinebat, sub monte Laszothino siti, solvere obligantur.

ECCLESIA SANDECZENSIS.

Fundationem, dotationem et erectionem ecclesiae S. Margarethae Sandeczensis in oppido Nova Sandecz,

quod fluviis duobus, Dunayeczone videlicet et Kamyonka ambitur et abluitur, ex parochiali in collegiatam, reverendissimus in Christo olim pater beatae recordationis Sbigneus, titulo Sanctae Priscae, Sanctae romanae ecclesiae presbyter cardinalis et episcopus Cracoviensis, quam et nos, prout facultas mediocritatis meae tulit, sollicitabamus, instigabamus et procurabamus, scitus est primus confecisse, a. D. 1448. feria sexta post festum translationis S. Stanislai, quae fuit dies quarta mensis Octobris, et singulare clenodium suae dioecesi adiecisse. Ad fundationem autem huiusmodi pater ille clarissimus, zelo dilatandae fidei et religionis christianae, et pro consequenda procurandaque salute animarum et suo, nonnullisque aliis respectibus salutaribus tractus et permotus est; ut videlicet fines dioecesis suae Pannonicis terris confrontatos illustraret, ut populos orae illius rudes, agrestes et sylvestres, et Valachis, scismaticisque intermixtos, ad cultiorem ritum orthodoxum pertraheret, et solidaret in Dei et proximi amorem, ut sacerdotum et ministrorum Dei augeret numerum, ut lites, quae occurrente vacatione

duarum ecclesiarum, videlicet in Nova Szandecz et Podgrodze, quarum utriusque collatio, praesentatio, iuspatronatus et provisio ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinebat, saepenumero inter apostolicos impetrantes, oriebantur, et ex quibus multa scandala sequebantur, rescinderet; ut ecclesiam praefatam in Nova Sandecz pulchro opere coctili extructam, altiori honoraret gradu, et populum sexus utriusque oppidi Sandecensis spirituali laetificaret consolatione; ut onus visitationis archidiacono Cracoviensi impositum, durum illi et minus difficile in plures dispartiret; ut singulos illius orae homines in consecutione et administratione iustitiae, a gravamine, quo pro levibus causis trahebantur, et trahebant alios Cracoviam, relevaret. His itaque et nonnullis aliis rationabilibus et iustis causis ac respectibus motus, ex duabus ecclesiis ut praemisimus parochialibus, videlicet Sandeczensi, quam tunc regebat magister Caspar Rokembark de Cracovia licentiatus in decretis, et ex Podgrodze, quam tunc regebat Johannes de Wyelopolye, nobilis de armis Antiquorum Equorum, quorum uterque libere et solenniter de titulo et iure suo cessit, et illud simpliciter in dicti cardinalis et episcopi Cracoviensis manibus renuntiavit, fundatio praefata confecta est. Creavit autem praefatus cardinalis et episcopus quatuor dignitates in ea, videlicet praeposituram, archidiaconatum, decanatum et custodiam, et quatuor canonicatus praebendatos, et octo vicarios, quibus omnibus et singulis certas decimas, introitus et proventus perpetuo applicavit et inscripsit, singulosque illorum, prout cuiuslibet requirebat gradus, conditio, et honestas, speciali privilegio in commune omnibus dato distinxit et privilegiavit; prout in privilegio suo huiusmodi latius continetur. Itaque nulli debet cedere in administrationem, si ecclesiam praefatam caeteris vetustioribus, quas subiciemus, in septimo posuimus loco, cum et illustrem fundatorem habeat, et locum sit sortita amoenum et insignem, et ultra omnes ecclesias collegiatas totius regni Poloniae id habet tam gloriae quam gratulationi suae admixtum, quod cum alias ecclesias, pontifices aut barones fundaverint, haec et pontifice pro illa tempestate glorioso, et Sanctae Romanae ecclesiae cardinali famoso est fundata, quod nulli alteri ecclesiae polonicae video contigisse. Oppidi autem Novae Sandecz primus fundator fuit Venczeslaus Secundus Poloniae et Bohemiae rex, qui cum post coronationem suam de regno Poloniae factam, oram quoque Sandeczensem personaliter recensuisset, videns villam Kamyeniczam, ubi nunc Nova Schandecz sita est, ad episcopatum Cracoviensem pertinentem, situm pro civitate locanda habere elegantem, eam cum Johanne episcopo tunc Cracoviensi cambivit pro oppido et districtu Byeczensi, collatione et iure patronatus ecclesiae parochialis in Nova Sandecz episcopo Cracoviensi pro tempore in perpetuum reservato, de quo idem rex Venczeslaus solennes

dedit litteras, quae in thesauro ecclesiae Cracoviensis reservantur, in quo Novae Sandecz fundavit oppidum, quod tam ipse, quam praedecessores sui reges Poloniae, ut ampliora incrementa caperet, multis privilegiis, libertatibus et immunitatibus dotaverunt.

In eo itaque oppido iam incolis et habitatoribus aucto, Sbigneus praefatus cardinalis et episcopus Cracoviensis collegiatam ecclesiam sub titulo et honore S. Margarethae fundans, dotans et erigens, ipsam suo privilegio decorans et perpetuans, infrascriptis praelaturis, praebendis, introitibus, proventibus, domibus, decimis, caeterisque redditibus insignivit, quae omnia, ut futurae aetati notiora fiant, et ne in posterum earum possit obliterari memoria, singillatim describere pro eorum subsistentia perpetua pergemus. Ne autem de nominibus et conditionibus primorum praelatorum et canonicorum ecclesiae Sandeczensis, et qui fuerunt eius primarii lapides, ignoretur, eorum nomina subiciemus.

Praepositus primus ecclesiae Sandeczensis fuit magister Caspar Rokemberk de Cracovia, nobilis de armis mediam aquilam et tres rosas albas in rube campo deferentium.

Decanus primus Sandeczensis fuit magister Johannes de Dambrowka sacrae theologiae professor et canonum doctor clarus et insignis.

Archidiaconus primus Sandeczensis fuit Johannes de Wyelyepolye, nobilis de domo et familia Antiquorum Equorum, qui primus auctoritate Sbignei cardinalis.

Custos primus Sandeczensis fuit Petrus de Olomunyecz presbyter, vir modestiae et prudentiae singularis, in oculorum lumine . . . ., illud tamen opprobrium et vulnus patienter ferens.

Primam Sandeczensem praebendam, dictam Chochorowska, primus habuit Johannes de Wyelyopolye, nobilis de familia et armis Antiquorum Equorum.

Secundam praebendam Sandeczensem, dictam Nyeszkowska, primus habuit Matthias de Buk vladarius episcopalis Sandeczensis.

Tertiam praebendam, dictam Dambowska, primus habuit Ottha, filius Otthae civis Sandeczensis, nobilis de armis Swinka seu Porcariorum.

Quartam praebendam Sandeczensem, dictam Byeganiczska, primus habuit Nicolaus de Dobczicze magister in artibus liberalibus vir almanus, mansvetus et exemplaris, qui etiam in diem praesentem solus ex omnibus primariis praelatis et canonicis Sandeczensibus vivit.

Praepositura Sandeczensis.

Primaria et principalis dignitas seu personatus ecclesiae Sandeczensis est praepositura, quam hodie tenet Petrus de Konycze, nobilis de armis Buncza, rinocerontem deferentium, quae pro sui dote habet infrascriptos proventus, cui dotatio et fundatio sequuta est ex proventibus et decimis ecclesiae Novae Sandeczensis.

Suburbium Sandeczense, quod iure parochiali pertinet ad ecclesiam parochialem et collegiatam in Nova Sandecz, in qua sunt viginti duo lanei per agricultores culti, circa ecclesiam S. Adalberti consistentes, quorum quilibet solvit pro decima praeposito Sandeczensi tres fertones; medietatem pro festo S. Margarethae in communi et usuali regni Poloniae pecunia, et medietatem pro festo S. Martini in latis grossis Bohemicalibus.

Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et conventum Sandeczensem ordinis praemonstratensis pertinet, in qua sunt certi agri ad proprietatem praepositi Sandeczensis pertinentes, ex quibus etiam solvitur decima manipularis praeposito Sandeczensi. Arendantur quoque praefati agri una cum decima manipulari pro una marca pecuniae communis.

Agri montani. Circa oppidum Novae Sandecz sunt agri civium Sandeczensium, qui vocantur Agri Montani, de quibus pro decima manipulari solvunt decimam pro praepositura Sandeczensi mediam sexagenam in latis grossis Bohemicalibus, alteram vero mediam sexagenam solvunt in pecunia communi. Item ibidem sunt prope agri Cipser vocati, de quibus pro decima solvitur praepositurae Sandeczensi unus ferto latorum grossorum Bohemicalium.

Paszyn, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad consules civitatis Sandeczensis pertinet, in qua a cmethonibus villae praefatae solvunt praeposito Sandeczensi pro annuo censu, pro festo S. Margarethae unam sexagenam monetae usualis, scoltetus vero eiusdem villae solvit praeposito Sandeczensi pro festo S. Martini usualis ....

Camerae duae pannicidarum in Sandecz. Item praepositura Sandeczensis habet habereque consvevit duas cameras pannicidarum in oppido Sandecz, quae illi solvunt pro censu annuo tres marcas monetae usualis.

Macellum, seu camera carnificum.

Item praepositura Sandeczensis habet habereque consvevit macellum seu cameram carnificum in oppido Sandeczensi, de qua illi singulis annis solvitur pro censu una marca cum media monetae usi

Duo scamna sutorina. Item praepositura Sandeczensis habet habereque consvevit duo scamna sutorina in oppido Sandeczensi, de quibus illi pro annuo censu solvitur una marca monetae usualis et communis.

Institae tres in oppido Sandecz. Item praepositura Sandeczensis habet habereque consvevit institas tres in oppido Sandeczensi, quae illi pro annuo censu solvunt unam marcam monetae usualis.

Horti oppidi Sandeczensis. Item praepositura Sandeczensis habet habereque consvevit censum annuum de omnibus hortis oppidi Sandeczensis, qui census extendit se ad tres marcas et novem scottos monetae usualis.

Phalikowa, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, quorum quilibet pro decima pecuniali solvit praepositurae Sandeczensi unum fertonem monetae communis. Item praepositura praefata Sandeczensis habet habereque consvevit domum et curiam pulchram penes murum oppidi in coemeterio sitam, pro maiori parte muris fabricatam, quae quondam ad plebaniam praefatae ecclesiae pro sui medietate pertinebat.

Item praefata praepositura taxata est ad ....

Decanatus Sandeczensis.

Sandeczensis decanatus ex proventibus ecclesiae parochialis olim Sandeczensis, nunc collegiatae, datus et dotatus est, quem nunc tenet Johannes Goslawsky, nobilis de domo et familia Zambrzaglowa alias Wyenyawa, qui pro sui dote et fundatione unicam tantum habet decimam manipularem inferius describendam, cui quidem decanatui institutio, regimen et cura omnium vicariorum Sandeczensium ascriptam et annexam et eorundem visitationem et correctionem ....

Kurow, villa sub parochia ecclesiae de Wyeloglowy et ad fluenta fluvii Dunayecz sita, cuius omnis proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pro tempore pertinet, in qua sunt viginti duo cum medio lanei cmethonales, item est ibi una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Sandeczensi, et tenentur illam cmethones et tabernator ducere propriis curribus in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad viginti sex marcas; item non sunt in eadem villa hortulaniae aliquae, item non est in villa eadem aliquod praedium episcopale, item non est in eadem villa scoltetus, neque molendinum.

Item decanatus praefatus habet domum et aream bonam in oppido Sandeczensi cum pomerio et curia, partim muro, partim lignis aedificatam, quae olim erat portio praetorii Sandeczensis in coemeterio praefatae ecclesiae existens, quam praefatus Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis a consulatu et civitate Sandecensi emens, maiorem partem eius in communitatem vicariorum ecclesiae Sandeczensis et principaliorem contulit, minorem vero decanatui Sandeczensi perpetuo donavit.

Item decanatus praefatus taxatus est ad ....

Archidiaconatus Sandeczensis.

Sandeczensis archidiaconatus creatus et dotatus est de ecclesia parochiali de Podgrodze, et pro eius subsistentia et amplitudine praefata ecclesia S. Adalberti in Podgrodze eidem archidiaconatui annexa et unita est. Hunc quoque archidiaconatum tenet nunc Johannes de Bothurzyn, nobilis de domo Czewuya, cuius quidem archidiaconatus et ecclesiae in Podgrodze infrascripti habentur proventus.

Brzezna, villa sub parochia de Podgrodze sita, cuius haeres Gyethka de Bobowa, nobilis de domo Gryphonum, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi et ducitur per cmethones propriis curribus in horreum ab archidiacono locandum, et aestimatur valor eius ad viginti marcas. Item hortulaniae, item tabernae, item praedium est ibi unicum, de cuius agris ....

Rogy, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius haeres Johannes Kandzorka, nobilis de armis ......, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab archidiacono locandum, et aestimatur valor eius ad sex marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis archidiaconatui Sandeczensi.

Nossaczowycze, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius haeres Petrus Franczuch, nobilis de armis Prusszy, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab archidiacono locandum, et aestimatur valor eius ad quatuor marcas, aliquando ad quinque aut sex marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium est ibi unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis archidiaconatui Sandeczensi.

OLSCHANA, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium de Antiqua Sandecz pertinet, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi, et ducunt eam cmethones ad horreum ab archidiacono locandum, et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item tabernae non sunt, item hortulaniae non sunt, item praedium non est in eadem villa. Item scoltetus est in eadem villa, qui habet . . . laneos, de quorum agris solvit decimam manipularem archidiaconatui Sandeczensi.

SWYDNYK, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius haeres Zegotha Gabanszky, nobilis de armis Janyna, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi, et ducunt eam cmethones ad horreum ab archidiacono locandum propriis curribus, et valor aestimatur eius ad unam marcam. Perceptio tamen decimae praefatae diversificatur; nam partem eius percipit archidiaconatus Sandeczensis, partem vero secundam percipit episcopatus Cracoviensis, partem item tertiam percipit ecclesia parochialis de Wroczimowicze. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

LUKOWYCZA, villa sub parochia ecclesiae in Lukowycza sita, cuius haeredes Nicolaus Gabansky, nobilis de armis Ianyna, et Stephanus Szadzimir de armis Oszoria, in qua sunt . . . lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi, et ducunt eam cmethones ad horreum ab archidiacono locandum, et valor aestimatur eius ad unam marcam. Perceptio tamen eius diversificatur singulis annis; nam partem eius percipit archidiaconatus Sandeczensis, alteram vero episcopatus Cracoviensis, partem vero tertiam percipit parochia ibidem in Lukowycza. Item tabernae, item hortulaniae, item praedia duo militaria, de quorum agris percipit decimam manipularem ecclesia parochialis in Lukowicza.

PODGRODZYE, villa, habens in se parochialem ecclesiam ligneam sub titulo S. Jacobi, cuius proprietas et dominium maius pertinet ad sanctimoniales coenobii de Antiqua Sandecz, minor autem proprietas, videlicet duae hortulaniae, pertinet ad episcopatum Cracoviensem, decima etiam manipularis post laneos cmethonales pertinet ad episcopatum Cracoviensem. Item in eadem villa est scoltetus habens duos laneos, item laneus unus cmethonalis, qui dicitur Madrkonis, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis archidiaconatui Sandeczensi, et ducunt eam cmethones et scoltetus propriis curribus in horreum ab archidiacono locandum, et valor aestimatur eius ad tres, aut quatuor marcas; item in eadem villa est curia bona, pertinens ad archidiaconatum Sandeczensem, habens

praedium bonum in tres campos divisum, de quibus nulli solvit decimam archidiaconus Sandeczensis, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Wygnanowycze, villa sub parochia de Podgrodzye sita, cuius haereditas ad Sanctimoniales in Antiqua Sandecz pertinet, in qua s[illegible] . . . lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, et aestimatur eius valor ad sex marcas.

Czygunowycze, villa sub parochia de Podgrodzye sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet, in qua sunt decem lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item non est ibi praedium, non sunt hortulaniae, neque tabernae.

Skrudzyna, villa sub parochia de Podgrodzye sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet, in qua sunt . . . cmethonales lanei, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas.

Sthronye, villa sub parochia de Podgrodzye, cuius haeres Johannes Wyernek de domo Ianyna, in qua sunt . . . lanei cmethonales, de quibus decima solvitur et conducitur pro episcopo Cracoviensi et aestimatur eius valor ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de quo decimatur ecclesiae in Przyschow, et aestimatur eius valor ad tres marcas.

Dluga Lanka, villa sub parochia de Podgrodzye sita, cuius proprietas ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet, in qua tres lanei cmethonales, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro episcopo Cracoviensi, cuius valor aestimatur ad quatuor marcas. Item scoltetus habet unum laneum, de quo etiam decimat episcopo Cracoviensi.

Custodia Sandeczensis.

Sandeczensis custodia ex altari Visitationis Sanctae Mariae, extincto eius titulo, data et dotata est de expresso consensu ex benevolentia consulum Sandeczensium, ad quorum iuspatronatus et collationem praefatum altare Visitationis Mariae pertinebat. Quocirca praefatus dominus Sbigneus olim cardinalis et episcopus Cracoviensis, fundando ecclesiam Sandeczensem sanxit, statuit, decrevit et privilegiavit, ut praefati Sandeczenses consules sint perpetui et indubitabiles dictae custodiae collatores et patroni, ad eorum quoque praesentationem primum custodem Petrum de Olomuniecz, de quo supra fecimus mentionem, instituit; interminans gravi execratione, ne quisquam eos ullo tempore, in dicto iurepatronatus dictae custodiae audeat

quoquomodo impedire, indignationem Omnipotentis Dei et Benedictae Virgini Mariae et Sanctae Margarethae pro suo scelere recepturus. Obtinet autei dictam custodiam Albertus presbyter, nobilis de domo Accipitrum, cuiu quidem custodiae infrascripti sunt proventus.

AMYONKA, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, in honc rem S. Bartholomaei fundatam, in qua sunt octo lanei cmethonales, quorui quilibet solvit annis singulis pro annuo censu unam marcam custodiae Sar deczensi pecuniae usualis communis regni Poloniae. Item praefati cmethone non faciunt aliquos labores neque ducturas, sed quilibet eorum ratione labc rum solvit, sive multum habeat de agris, sive parum, custodi Sandeczen duos grossos. Item praefati omnes cmethones villae praedictae solvunt dec mam manipularem et per quatuor ierugas canapalem episcopo Cracovien et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locan dum, et valor aestimatur eius ad octo marcas. Item tabernae, item hortul niae, item praedium non est aliquod in eadem villa. Item ecclesiae praefata parochiali in Camyonka unicus patronus et collator est custos Sandeczei sis pro tempore, quotiescumque illam contigerit vacari.

Item custodia Sandeczensis habet habitaculum et portionem suam siv sortem in domo altaristarum murata; coemeterio ecclesiae ad partem meri dionalem confrontata.

Item praefata custodia taxata est . . .

Vicecustodia Sandeczensis.

Johannes Luthkonis episcopus Cracoviensis, instante et petente con sulatu Sandeczensi, fundavit vicecustodiam in ecclesia Sandeczensi, cuius rec tor habet domum propriam et implet officium sacristiani, habetque omne res et thesauros ecclesiae Sandeczensis, et omnia cumnilia in sua custodi et cura; non participat cum vicariis in aliquo, nec etiam implet eorum offi cia et onera, habet mensales pro dote, ita quod quilibet civis et suburba nus ac inquilinus dat sibi annis singulis sex grossos. Item habet agrun praedialem emptum et donatum eidem vicecustodiae per Andream vicariun Sandeczensem pro nonaginta florenis, et debet incedere almuciatus in eccle siam ad instar aliorum vicariorum Sandeczensium, cuius collatio, iuspatro natus et praesentatio ad consules Sandeczenses; institutio vero et provisi ad custodem Sandeczensem perpetuis temporibus debet pertinere.

Altaria in ecclesia Sandeczensi.

Tria altaria habet ecclesia Sandeczensis certis temporibus fundata, quorum etiam dotes, conditionem et onera subiiciemus.

Altare primum S. Trinitatis, quod nunc tenet Gabriel baccalaureus, actu presbyter, habens specialem cameram et mansionem in domo muratas altaristarum. Id pro dote et fundo habet in macellis Sandeczensibus octo marcas, quae sibi ex praetorio annis singulis solvuntur, pro onere autem habet quatuor missas singulis septimanis explendas; primam videlicet de S. Trinitate, alteram de Beata Virgine, tertiam pro defunctis et quartam pro peccatis. Collatio autem altaris praefati, iuspatronatus et quaelibet praesentatio ad consules Sandeczenses, quoniam et per ipsos fundatum et dotatum est, dignoscitur pertinere pleno iure.

Secundum Altare S. Crucis, cuius altarista est Bernardus de Myanow presbyter, quod pro sua dote habet duodecim marcas latorum grossorum Pragensium, singulis annis ex praetorio oppidi Brega dioecesis Vratislaviensis solvendas, ad quorum solutionem consulatus et universum oppidum Bregense sub certis poenis et censuris obligavit. Pro onere autem altare praedictum habet unam missam pro peccatis et pro defunctis, singulis hebdomadis legendam, cuius collatio quaelibet et iuspatronatus ad Georgium Szworcz de Cracovia, et ad Jacobum Tharnar de Szandecz, a praedecessoribus enim eorum fundatum et dotatum est, dignoscitur pertinere pleno iure.

Tertium altare S. Andreae, in capella S. Andreae supra porticum aedificata, quod fundavit Andreas Treszska, nobilis de armis Griffonum, et consignavit illi pro dote sex marcas communis pecuniae in censibus oppidi Dambowyecz, quos apud serenissimum Casimirum Tertium Poloniae regem pro certa pecuniae quantitate sub titulo reemptionis constat illum comparasse, de quo et eiusdem Casimiri regis habetur speciale privilegium, cuius nunc altarista et rector est Petrus de Wyelun presbyter. Pro onere autem altare praedictum habet duas missas, unam de Beata Virgine, alteram pro peccatis dum vivit praefatus Andreas Treszka fundator; morte vero absumptus, pro defunctis in remedium animae suae, per quemlibet altaristam legendas. Collatio autem, iuspatronatus et praesentatio altaris praefati, volente, consentiente et mandante, in consules Sandeczenses transfusa est, et eisdem donatione perpetua inscripta et attributa.

Consules Sandeczenses de antiqua, laudabili et approbata consvetudine et de iure praescripto recipiunt sepulturas, testamenta et legata ecclesiae Sandeczensis, et provident ecclesiam Sandeczensem vino, oleo, cera, aedificiis, tectis, muris, campanis, calicibus, ornatibus, crucibus, monstrantiis, libris,

cappis et caeteris clenodiis ac necessitatibus, splendide et optime illam regentes et providentes in omni abundantia et decore, cum omni studio, religione et devotione, praemium immarciscibile ab optimo Deo percepturi.

Prima praebenda Sandeczensis, Chochorowska dicta.

Prima Sandeczensis praebenda vocatur Chochorowska a villa Chochorowicze, in qua habet decimam manipularem unicam in villa Chochorowycze, quae illi ex decimis de Podgrodze attributa et in dotem consignata est, quam nunc tenet Andreas de Walkow presbyter Gneznensis dioecesis, cuius quidem decimae descriptionem infra faciemus.

Chochorowicze, villa sub parochia ecclesiae de Podgrodze sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium Sanctimonialium de Antiqua Sandecz pertinet, in qua sunt . . . lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praebendae primae Sandeczensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praebendario primae praebendae locandum, et valor eius aestimatur ad sedecim, aliquando ad viginti marcas. Item tabernae, item hortulaniae; item praedium non est in villa eadem, item scoltetia non est aliqua ibi, item praebenda praefata Chochorowska non habet aliquam domum, neque aream in oppido Sandeczensi.

Item praefata praebenda Chochorowska taxata est ad . . .

Secunda Sandeczensis praebenda, dicta Nyeszkowska.

Secunda Sandeczensis praebenda vocatur Nyeszkowska a villa Nyeszkow, in qua habet decimam manipularem unicam, quae illi ex decimis ecclesiae de Podgrodzye pro fundo attributa, et in dotem consignata et inscripta est, quam nunc tenet Matthias de Szyczow presbyter Wratislaviensis dioecesis, cuius quidem decimae descriptionem infra faciemus.

Nyeszkowo, villa sub parochia de Podgrodzye sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad praepositum et monasterium Miechoviense ordinis Sacri Sepulchri Dominici Ierosolimitarum, in qua sunt septem lanei almanici cmethonales, largos campos habentes, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis secundae praebendae Sandeczensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a praebendario secundae praebendae locandum, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item non est ibi aliquod praedium, item non sunt tabernae, neque hortulaniae. Item praefata praebenda Nyeszkowska habet aream et

domum pulchre aedificatam in coemeterio ecclesiae Sandeczensis ad plagam septentrionalem, quam primus eius canonicus Matthias de Buk aedificavit.

Item praefata praebenda secunda Nyeszkowska taxata est ad . . .

Tertia praebenda Sandeczensis, dicta Dambrowska.

Praebenda tertia, quae vocatur Dambrowska a villa Dambrowa, in qua habet decimam manipularem unicam, quae illi ex decimis ecclesiae de Podgrodzye pro fundo attributa et in dotem consignata et inscripta est, quam nunc tenet Matthias Ceczyelya de Grodzecz vicarius canonicalis Cracoviensis, cuius quidem decimae descriptionem infra faciemus.

DAMBROWA, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense ordinis praemonstratensis pertinet, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis praefatae praebendae Dambrowska, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a canonico tertiae praebendae Sandeczensis locandum, et valor aestimatur eius ad duodecim marcas, sed perceptio eius diversificatur; nam medietatem tollit praesens praebenda, medietatem vicarii Sandeczenses, item medietas praefatae decimae in Dambrowa pertinet ad universitatem vicariorum Sandeczensium. Item in eadem villa Dambrowa sunt certi lanei, sive agri ad praeposituram Sandeczensem pertinentes, et ad eius proprietatem, de quibus etiam praepositus Sandeczensis decimam percipit manipularem. Item taberna est ibi una, habens agros; item hortulaniae non sunt; item praedium est ibi coenobiale, de cuius agris nulli solvunt decimam, sed eam solus abbas percipit et in horreum suum inducit; item praefata praebenda Dambrowska non habet aliquam domum, neque aream in oppido Sandeczensi.

Item praefata praebenda Dambrowska taxata est ad . . .

Quarta praebenda Sandeczensis, dicta Byeganska.

Praebenda quarta Sandeczensis, quae vocatur Byèganska a villa Byeganycze, in qua habet decimam manipularem unicam, quae ex decimis ecclesiae de Podgrodzye pro fundo attributa, et in dotem consignata et ascripta est, quam nunc tenet Nicolaus de Dobszycze magister in artibus, cuius quidem decimae descriptionem infra faciemus.

BYEGANYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium pertinet, in qua sunt lanei . . . . . cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis

et per quatuor ierugas canapalis quartae praebendae Sandeczensis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas, quantum ad praebendam, diversificatur enim perceptio in villa praefata; minorem enim partem eius tollit mensa episcopalis Cracoviensis, maiorem vero partem tollit praesens praebenda Byeganska. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium; item praefata praebenda Byeganska non habet aliquam domum, neque aream in oppido Sandeczensi.

Item praefata praebenda Byeganska taxata est ad ......

Vicariae Sandeczenses.

Sbigneus cardinalis et episcopus praefatus fundando, dotando et erigendo ecclesiam collegiatam Sandeczensem, fundavit etiam in ea quatuor vicarias perpetuas, quae quatuor praelaturis et quatuor praebendis in eadem ecclesia Sandeczensi fundatis, corresponderent; horas quoque nocturnas et diurnas, et rem omnem divinam in dicta Sandeczensi ecclesia explerent; voluit tamen, sanxit, privilegiavit et decrevit, ut potestas eligendi, conferendi quamlibet vicariam, non consistat circa praelatum aut canonicum, qui frequenter neglecta commoditate ecclesiae, passione moti ad familiares, aut aliqua necessitate sibi obstrictos animos convertent, et indignos, idiotas parum valentes, provident et praesentant; sed decrevit et statuit, ut praefatum octo vicariorum collegium vacatione cuiuslibet vicariae, per quemcumque modum occurrentem, libera fungatur electione, et virum dignum in locum vacantis vicariae propria auctoritate provideat et substituat, cautelose circa electionem cuiuslibet vicarii acturum, ut dignum, idoneum, concordem et unanimem substituat et nominet, sciens et intelligens, quod omnis defectus viri taliter eligendi, in se debeat redundari, et nullum amplius; quoniam collegium ipsorum, in quarum contubernio versaturus est, vita sua futura, sive bona fuerit, sive scandalosa, contingere, et ad perfectum ipsorum vel damnum redundare. Item praefatus Sbigneus cardinalis et episcopus statuit, decrevit et privilegiavit, quod praefati octo vicarii Sandeczenses totius parochiae Sandeczensis coniunctim et divisim, et in solidum sollicitam curam gerant animarum; item idem Sbigneus cardinalis statuit, decrevit et privilegiavit, ut praefati octo vicarii nonnisi superpelliciati et aspergulinis pellicibus almuciati, in ecclesiam Sandeczensem ingrediantur, idque se firment medio iuramento circa receptionem suam scrupulose, donec interim sunt vicarii, custodituros.

Item voluit, decrevit et privilegiavit, ut praefati octo vicarii Sandeczenses sint monoculi, nullum aliud beneficium curatum vel non curatum habentes; et si forte processu temporis aliquod beneficium assecutus fuerit, vicaria sua

intelligatur ipso facto vacare, tenebiturque universitas vicariorum Sandeczensium alium idoneum ad locum taliter vacantem substituere et promovere, alias per negligentiam suam sciant et certi sint, vicariae taliter vacantis provisionem ad ordinarium loci devolutam esse, fore et devolvendam; item voluit idem cardinalis et decrevit, ut institutio et provisio cuiuslibet vicarii Sandeczensis, visitatio et correctio ad decanum Sandeczensem pro tempore pertineat.

Ut autem collegium praefatorum octo vicariorum religiose vivat, et coram Deo et hominibus opere et exemplo resplendeat, voluit, decrevit, statuit et privilegiavit idem Sbigneus cardinalis, ut sub uno tecto vivant, dormiant et maneant, et unam mensam communem habeant, melius testimonium, melioremque aestimationem apud vulgum suae parochiae, et ubique habituri, si alienas aedes et mensas non frequentaverint, a contemptu laycorum se vindicaturi. Quod ut facilius et in praesens et futurum posset provenire et durare, pecuniis propriis nobilem domum muratam, largam et longam, quae olim pro praetorio Sandeczensi habebatur, apud consulatum Sandeczensem pro centum quinquaginta marcis pro dicta universitate vicariorum Sandeczensium perpetua emptione coemit, eamque sumptibus propriis ad alias centum quinquaginta marcas se extendentibus refecit, fabricando in ea et ex muro et ex ligno pulcherrimas et largas cameras et alias officinas pro necessitate et inhabitatione vicariorum Sandeczensium praefatorum, partem etiam aliquam domus praedictae in muro ligno et in area, quae superfluere videbatur, decanatui perpetuo conferendo, aliam vero maximam et nobiliorem partem in universitatem praefatam vicariorum Sandeczensium perpetuo donando. Pro tam liberali autem et tam excellenti beneficio tam benigniter praestito, praefatus Sbigneus cardinalis, dictam universitatem vicariorum Sandeczensium nonnisi ad unum anniversarium per novem lectionum vigilias et defunctorum missam voce sonora, in die obitus sui, prima videlicet die Aprilis, quod tenebuntur populo, ad populum utrumque, almanicum videlicet et polonicum proximo die dominico aut festivo immediate praecedenti, tamquam fundatoris et benefactoris sui primarii explendum intimare, obligavit.

Prohibuit etiam idem Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis, ne aliquis praelatus aut canonicus Sandeczensis, iuspatronatus aut praesentationem vicariorum Sandeczensium sibi vendicet, aut vendicare praesumat, decernens et statuens, ut universitas vicariorum Sandeczensium ad loca vacantia vicariorum presbyteros idoneos teneatur eligere et decano Sandeczensi instituendos praesentare, ad quam ius praesentandi, nominandi et eligendi omnes vicarias et personas earumdem, decrevit et privilegiavit perpetuo pertinere; iuxta quam ordinationem regulatur optimo ritu ecclesia Sandeczensis in vicariis, nam in decedentium loca celebrato scrutinio, nonnisi meliores

per superstites substituuntur. Ordinavit etiam, decrevit et privilegiavit praefatus Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis, quod praefati octo vicarii Sandeczenses pro sua dote, fundo et stabilimento, habeant decimas, proventus et introitus infra describendos in solidum et in commune, quos tenebuntur inter se aequali sorte et partitione dividere et de eisdem in communi mensa aequaliter participare, prout ipsis melius et utilius videbitur expedire, quae quidem decimae, introitus et proventus de proventibus olim ecclesiae parochialis in Schandecz sumptae sunt, et praefatae universitati vicariorum Sandeczensi per dictum Sbigneum cardinalem inscriptae, donatae et attributae.

Dambrowa, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense ordinis praemonstratensis pertinet, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, sed perceptio anno quolibet diversificatur eius decimae manipularis ex dicta villa provenientis; nam pro medietate villae tollit illam praebenda tertia Sandeczensis, quae vocatur Dambrowska, pro altera vero medietate cedit universitati vicariorum Sandeczensium tam manipularis quam canapalis, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum a vicario locandum, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item sunt in eadem villa aliqui agri, qui et cum decima manipulari ex eis proveniente, pertinent ad praeposituram Sandeczensem; item taberna una est ibi, habens agros. Item hortulaniae non sunt; item praedium ibi est coenobiale, de cuius agris monasterium nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit.

Byelyeowycze, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis universitati vicariorum ecclesiae Sandeczensis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicariis locandum et aestimatur eius valor ad duas marcas. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae, non est aliquod praedium.

Gorzkow, seu suburbium Sandeczense, sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz situm, in quo sunt tres agricultores, seu coloni habentes agros, ad tres laneos vel citra aestimatos, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis universitati vicariorum Sandeczensium, et ducunt eam agricolae seu coloni praefati ad horreum a vicariis locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas.

Chroslycze, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeres Nicolaus Zawaczsky de armis Antiquorum Equorum, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis universitati vicariorum Sandeczensium, et

tenentur eam ducere propriis curribus cmethones in horreum a vicariis locandum, et aestimatur valor eius ad .... Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Olbynka, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeres Gethka Wyelyopolsky, nobilis de domo Antiquorum Equorum, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis universitati vicariorum Sandeczensium, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicariis locandum, et aestimatur valor eius ad tres marcas; item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeres Nicolaus Zawaczsky, nobilis de armis Antiquorum Equorum, in qua est praedium praefati Nicolai de Zawada militare, habens agros largos, de quibus omnibus solvitur decima manipularis tantummodo, et non canapalis universitati vicariorum Sandeczensium, cuius valor aestimatur ad decem marcas. Item novem lanei cmethonales; item cmethones villae praefatae solvunt annonas eidem universitati vicariorum Sandeczensium, prout inferius latius describemus, et etiam decimam manipularem.

Zarzecze, villa sub parochia ecclesiae de Lanczsko sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium de Antiqua Sandecz pertinet, in qua sunt sex lanei largi et lati cmethonales, cum cohaerentiis suis, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis universitati vicariorum ecclesiae Sandeczensis, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicariis locandum, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item tabernae non sunt, hortulaniae non sunt, item praedium non est.

Suburbium Sandeczense. Habet in suburbio Sandeczensi universitas vicariorum Sandeczensium unum praedium cum area et curia in tres campos divisum, circa ecclesiam S. Adalberti situm, quod aut soli colunt, aut alicui sub annua pensione locant, de quo nulli solvunt decimam manipularem aut canapalem, sed eam pro se tollunt et in horreum suum inducunt, quod quidem praedium liberum est ab omni dacia, tributo et exactione solutum et exemptum, quod alias ad ecclesiam parochialem Sandeczensem et ad eius plebanum pertinebat.

Notandum, quod ecclesia Sandeczensis dum habebat plebanum, habebat annonas in villis infrascriptis, et ad eam iure parochiali pertinentibus, quas plebanus Sandeczensis iure suo percipiebat, quae per praefatum Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem, in communitatem vicariorum Sandeczensium translatae sunt, et eisdem perpetuo donatae et inscriptae, non

obstante, quod villae infra describendae aliis solvunt decimas manipulares, quarum quidem villarum haec sunt nomina.

Swynarsko Maior, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium et decima manipularis pertinet ad episcopum Cracoviensem, in qua sunt quatuor lanei in tredecim partes et domos divisi, item duae tabernae habentes agros et prata, item unum molendinum.

Kunow, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei cmethonales septem, de quibus datur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi; item tabernae non sunt; item hortulania una est ibi; item praedium non est.

Phalikowa, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt lanei quinque cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi, una cum scolteto, qui habet ibi unum laneum. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium non habentur in villa praefata.

Jamnycza, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad serenissimum regem Poloniae pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis pro episcopatu Cracoviensi. Item tabernae non sunt; hortulania una, unum grossum, molendinum unum, unum grossum; item praedium non est.

Golambkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Sandecz sita, cuius proprietas ad consules Sandeczenses pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, qui episcopatui Cracoviensi solvunt decimam fertonalem, quilibet de laneo per unum fertonem latorum grossorum Pragensium. Item non sunt in eadem neque tabernae, neque hortulaniae, neque praedium.

Ilbramthowa Maior, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense ordinis praemonstratensis pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

Ilbramtowa Minor, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense pertinet, in qua sunt quinque lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

Qwyeczeszowa, villa sub parochia de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis

et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, item hortulaniae, praedium non sunt.

Boguszowka, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

Janussowa, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium Sandeczense pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, item hortulaniae non sunt; item praedium unum coenobiale, habens unum laneum, de quo etiam solvuntur vicariis Sandeczensibus annonae.

Chroslycze, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeres Nicolaus Zawaczsky, nobilis de armis Antiquorum Equorum, in qua sunt lanei tres cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis universitati vicariorum Sandeczensium, inter quos est unus laneus scoltetialis. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

Pyathkowa, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad consules Sandecenses pertinet, in qua sunt lanei, decem et novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi, inter quos est unus scoltetialis laneus. Item hortulaniae, item tabernae, item molendinum, item praedium illic non habentur.

Roszkowycze, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad consules Sandeczenses pertinet, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, hortulaniae, molendinum illic non sunt.

Chelmyecz, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad sanctimoniales de Antiqua Sandecz pertinet, in qua sunt decem et novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopatui Cracoviensi. Item tabernae, hortulaniae, molendinum, praedium illic non sunt.

Swynyarsko Minor, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sandeczensium pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi. Item tabernae non sunt, hortulania est ibi una, molendinum non est; item praedium unum ante villam Lewkowa.

STRUGY, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sandeczensium pertinet, in qua non sunt aliqui lanei cmethonales, de quibus solveretur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis episcopo Cracoviensi; sed est praedium sanctimonialium de Nova Sandecz. Item tabernae, item hortulaniae, item molendinum illic non habentur.

DRZYKOWA, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sandeczensium pertinet, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Cracoviensi. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

ZWROSZTOW, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium Sandeczensium pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima. Item tabernae, hortulaniae illic non habentur; item molendinum est ibi unum.

PODLAZE, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad coenobium sanctimonialium pertinet, in qua sunt duo lanei cmethonales, de quibus solvitur decima. Item tabernae, item hortulaniae, item molendinum illic non habentur; item praedium sanctimonialium unum, de quo pro se tollunt decimam.

DAMBROWA, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem et monasterium de Nova Sandecz ordinis praemonstratensis pertinet, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, de quorum medietate solvunt decimam praebendae Sandeczensi, quae dicitur Dambrowska; de altera vero medietate solvunt decimam manipularem universitati vicariorum Sandeczensium. Item taberna una, item hortulaniae, item molendinum illic non sunt; item praedium unum monasterii, seu coenobiale, de cuius agris percipit decimam abbas et non illam alicui solvit.

BYELYKOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Cracoviensem pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis universitati vicariorum ecclesiae Sandeczensis. Item non est ibi praedium, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae, non est molendinum.

NAWOYOWKA PARVA, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad haeredes Petrum et Nicolaum Zawady, nobiles de armis Stary Konyow, pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis universitati

vicariorum de Sandecz. Item taberna una; item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeredes Petrus et Nicolaus Zawadsczy, nobiles de armis Stary Konyowie, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis universitati vicariorum Sandeczensium. Item tabernae, item hortulaniae illic non habentur; item praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ex antiquo ecclesiae Sandeczensi et eius vicariis.

Gocz et Hamplowa, duae coloniae sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sitae, in rubetis extirpatis, inter Poproth fluvios et Dunayecz.

Omnes itaque villae suprascriptae, ad ecclesiam Novae Sandecz iure parochiali pertinentes, tenentur solvere universitati vicariorum Sandeczensium annonas, ita quod quilibet cmetho in dictis villis consistens, sive multum sive parum colens de agris, habens duntaxat domum propriam, tenetur annis singulis vicariis Sandeczensibus solvere unam mensuram avenae confertam. Inquilinus vero, aut hortulanus, aut molendinator, aut pastor tenetur solvere unum grossum pro annonis.

Item universitas vicariorum Sandeczensium habet liberam multhuram in molendinis regalibus omnium frumentorum, quam habuit plebanus Sandeczensis pro evidenti et notabili haereditate sibi donatam; habuit enim ecclesia Sandeczensis et eius tunc plebanus speciale et bonum molendinum circa ecclesiam S. Adalberti, ubi nunc constituta sunt molendina hamrorum, de quo habebat notabilia emolumenta, quo sibi per Vladislaum Secundum Poloniae regem abstracto, data sibi fuit in recompensam libera in molendinis regiis omnium frumentorum multhura, de quo habebatur speciale privilegium in ecclesia Sandeczensi regale.

Item vicarii Sandeczenses habent columbationem de oppido Sandeczensi, et de omnibus villis ad ecclesiam Sandeczensem iure parochiali pertinentibus, et illam inter se aequaliter partiuntur. Item vicarii Sandeczenses habent omnes oblationes, spolia et offertoria, quae in ecclesiam Sandeczensem deferuntur, praeter pannos purpureos et axamithicos, qui in decorem ecclesiae Sandeczensis per praelatos et canonicos Sandeczenses debent recipi, et pro ornatibus, cappis, palliis altarium, caeterisque ornamentis ecclesiae et necessitatibus applicari. Item vicarii Sandeczenses percipiunt percipereque debent et exigere omnes quaestus ecclesiae, debent etiam percipere denarium S. Petri et de illo satisfactionem impendere apostolico collectori. Item vicarii Sandecenses tenentur verbum Dei in ecclesia Sandeczensi ad populum praedicare, seu declamare, unus quidem in almanico, alius in polonico, et praedicator idem Theutonicalis dotatus est decem marcis communis pecuniae,

quae sibi pro annuo censu et solario per consules Sandeczenses de iure et privilegio debent solvi. Paulus enim murator tunc consul Sandeczensis, ne praedicatio almanica in ecclesia Sandeczensi cessaret, emit de privata et haereditaria pecunia villam dictam Zelasznykowa pro certa pecuniae quantitate, in qua est ecclesia parochialis lignea, quae villa erat militaris, et quam Casimirus Tertius Poloniae rex, plena libertavit libertate, et quam praefatus Paulus murator donatione perpetua et irrevocabili in proprietatem et sortem civitati contulit Sandeczensi, sub ea tamen conditione, ut consulatus Sandeczensis ratione villae praedictae Zelasznykowa, solvat praedicatori Theutonicali annis singulis decem marcas, miserabilibus vero personis in hospitali Sandeczensi degentibus, singulis septimanis solvat duos grossos, ea etiam conditione apposita, ut si aliquo sinistro eventu praedicatoria Theutonicalis in ecclesia Sandeczensi desineret, dictae decem marcae per consules Sandeczenses in dotem novi altaris per eos in ecclesia Sandeczensi erigendi, debent applicari, converti et assignari.

Polonicalis autem praedicator dotatus est tribus marcis; Dorothea enim Serwacii civis Sandeczensis, relicto praedio ante Sandecz coempto, praedictam praedicatoriam Polonicalem dotavit, danturque praedicatori de dicto praedio annis singulis tres marcae.

Thomas primus Cracoviensis episcopus intelligens universitatem vicariorum Sandeczensium tenues et parum sufficientes habere proventus, et volens ecclesiam collegiatam Sandeczensem solidius stabilire, communitate capitularium Cracoviensium consilio et consensu donavit praefatis vicariis Sandeczensibus donatione perpetua et irrevocabili de mensa sua episcopali tres decimas manipulares in villis Zawada, Nawoyowka Parva et Kamyonka, de quo praefatis vicariis Sandeczensibus dedit privilegium suo et capituli Cracoviensis sigillis munitum, obligans eos ad perpetuum anniversarium in die obitus sui, vigesima videlicet prima Septembris, per novem lectionum vigilias et per missam defunctorum sonora voce decantandam, agendum. Quarum quidem decimarum talis extat conditio, facta vicariis A. D. 1459.

Zawada, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeredes Petrus et Nicolaus, nobiles de armis Antiquorum Equorum, in qua sunt novem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicariis Sandeczensibus, et tenentur eam ducere cmethones propriis curribus in horreum a vicariis locandum, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item tabernae, item hortulaniae illic non habentur; item est ibi praedium unicum militare, de quo solvitur decima manipularis ex antiquo vicariis Sandeczensibus; item villa praefata non

obstante, quod reddit decimam manipularem, solvit etiam annonas vicariis Sandeczensibus.

Nawoyowka Parva, villa, sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius proprietas et dominium ad haeredes Petrum et Nicolaum, nobiles de armis Antiquorum Equorum pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis vicariis Sandeczensibus, et ducunt eam cmethones ad horreum a vicariis locandum, et eius aestimatur valor ad tres marcas. Item villa praefata non obstante, quod solvit decimam manipularem, solvit annonas vicariis; item taberna una; item hortulaniae, item praedium illic non habentur.

Kamyonka, villa sub parochia ecclesiae de Nova Sandecz sita, cuius haeredes Petrus et Nicolaus nobiles de armis Antiquorum Equorum, pertinet, in qua sunt . . . . lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis vicariis Sandeczensibus, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a vicariis locandum, et aestimatur eius valor ad tres marcas. Item tabernae, item hortulaniae, item praedium.

Privilegium fundationis, dotationis et erectionis ecclesiae S. Margarethae ex parochiali in collegiatam, per reverendissimum olim Sbigneum cardinalem et episcopum Cracoviensem facta.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam labentium temporum cursus et consumens omnia vetustas, eorum, quae geruntur, memoriam secum rapit, ad submovendum oblivionis in eo modum, laudabilis et longaevae observantiae exemplo, providit antiquitas remedium scripturarum, ne edacitate temporis, clara praesentibus, reddantur futuris ambigua et obscura. Perit enim rerum gestarum tam memoria, quam veritas; nec in notitiam posterorum plane et fideliter pervenit, quam scripturarum veritas non ostendit. Decorum itaque et commendabile est, ut gesta atque opera humana literarum roborentur numine, ea praesertim, quae sunt pro laudis divinae augmento et salute instituta animarum. Proinde Nos Sbigneus, Dei et Apostolicae Sedis providentia episcopus Cracoviensis, significamus tenore praesentium, quibus expedit universis. Qualiter suscepti regiminis cura, officio et onere, de salubri ac fructuoso ecclesiarum statu, divinae quoque laudis sollicitati augmento, hoc

potissimum insidet cordi nostro, ad hoc totis viribus aspirando, ut in cunctis ordinationi nostrae subiectis et creditis Ecclesiis, per nostrum studium, opem et industriam, ministrorum Christi merito et numero augeatur conditio, et fidelium animarum proveniat profectus, sane debita animadversione considerando, qualiter dudum ad laudem et honorem divini numinis sub titulo Sanctae Margarethae Virginis et Martyris, ecclesia parochialis in oppido Nova Sandecz fundata et erecta, certis bonis mobilibus et immobilibus, decimis, censibus, proventibus et redditibus ex mensa episcopali dotata, de iurepatronatus et collatione nostra ordinaria, non tantum quantum meretur, et loci illius requirit dignitas, divinis laudibus honoratur. Specialis devotionis moti affectu, disposuimus illam efferre, ut in ea laudis divinae in horis canonicis caeterisque divinis officiis, iugiter resonet iubilatio, cultusque divinus cum debita veneratione tanto stabilior, tantoque devotior perpetuo perseveret, quanto viri praestantiores ordinati, fuerint in ea constituti. Praemissis itaque sollicita dignaque intra pectoris nostri claustra digestis, ac salubri meditatione perlustratis, piis ducti consiliis, dignisque studiis excitati, de consensu et voluntate venerabilium fratrum nostrorum praelatorum et canonicorum, totiusque capituli ecclesiae nostrae maioris Cracoviensis, sollicita ac debita consideratione, tractatuque solenni hincinde praehabitis, divina disponente clementia, conceptam alias et diu desideratam nostram voluntatem ad effectum, nostrisque pro viribus, ut ubique in nostra dioecesi Cracoviensi cultus divinus refloreat efficere cupientes; spontanea voluntate ac libero consensu honorabilis viri magistri Rokenbergk Caspar de Cracovia, eiusdem ecclesiae Sanctae Margarethae in Nova Sandecz rectoris ac plebani veri et legitimi accredentibus, resignatione eiusdem ecclesiae suae primitus per ipsum in nostris manibus facta, et per nos in forma iuris recepta et admissa, titulum ecclesiae parochialis penitus et omnino extingventes et suffocantes; collegiatam ecclesiam sub titulo et vocabulo eiusdem Sanctae Margarethae in praedicto oppido Nova Sandecz, attento eiusdem oppidi situ securo et amoeno, hominum frequentia et soli ubertate, ut ex nunc et in antea collegiata ecclesia Sandecensis vocari et appellari debet. In qua quatuor praelatos, videlicet praepositum, decanum, archidiaconum, custodem; quatuor canonicos, tanquam membra post episcopum pro tempore, capitulum et collegium ipsius ecclesiae constituentia, facientia et repraesentantia, et octo vicarios perpetuos censuimus erigendum, fundandum, creandum et instituendum, ac tenore praesentium ad laudem omnipotentis Dei, eiusque Genitricis Virginis Mariae Sanctorumque pontificum et martyrum, Stanislai, Venceslai, Adalberti et Floriani, regni Poloniae patronorum, totiusque coelestis hierarchiae, sub titulo tamen et vocabulo praefatae inclytae Virginis Margarethae fundamus, erigimus, creamus et instituimus; per ipsos

praelatos, canonicos et vicarios sub modo et forma infrascriptis, in divinis officiis et cura animarum ac regimine spiritualium et temporalium regendum, gubernandum, disponendum, ordinandum, regulandum. Et primo volumus et statuimus, ordinamus et decernimus, quod omnes et singuli praedicti praelati ecclesiae collegiatae Sandecensis pro tempore, et eorum quilibet in solidum in sua dignitate, officio, vel iurisdictione, sibi de iure vel consvetudine annexis, sint solliciti et diligentes, omnia et singula, ad suam curam pertinentia, plene et integre absque omni negligentia perficienda et adimplenda, prout et quemadmodum in aliis nostrae dioecesis Cracoviensis collegiatis ecclesiis similes praelati perficiunt et adimplent. Quibus omnibus et singulis, et eorum cuilibet in solidum ad suam iurisdictionem et officium exercendum plenam et omnimodam damus et attribuimus potestatem et authoritatem. Officium praepositi. Praeposito si quidem tanquam principaliori, ut cura, administratio spiritualium sollicite geratur, attendat. Decani. Decano, ut curam et regimen vicariorum, omniumque suppositorum dictae ecclesiae, quatenus in divinis officiis sint diligentes et attenti, seque in bonis moribus honeste et laudabiliter inter populum dei conversando, exercere studeant, in quo eius conscientiam oneramus, fideliter gerat; et quod insuper cantus chori regulariter et continue peragatur, diligenter attendat. Archidiaconi. Archidiacono, ut iurisdictionem earundem personarum praedictae ecclesiae, et in decanatu Sandecensi, Biecensi, Boboviensi, Novifori, Jasliensi, qui quidem decanatus prout ante et alias erant visitationi et curae archidiaconi Cracoviensis subiecti, et in decanatum Pilsnensem, qui alias erat praeposito Visliciensi subiectus, et quos de expresso consensu, voluntate et beneplacito venerabilium fratrum nostrorum domini Derslai de Borzynow, archidiaconi Cracoviensis, et Derslai de Krzyzanowicze praepositi Visliciensis, a praepositura Vislicien. cura, officio, administratione, regimine, authoritate et visitatione; attenta eiusdem Cracovien. archidiaconatus et praepositurae Vislicien. multiplici, onerosa et numerosa cura, praesenter eximimus, visitationis officium solliciter et sollicite exerceat. Quos quidem decanatus, a praedicto archidiaconatu Cracoviensi et praepositura Visliciensi exceptos, in archidiaconatum Sandecen. transferimus, et archidiacono Sandecen. pro tempore exercendi praefatorum decanatuum curam, regimen, administrationem et visitationem de iure vel consvetudine in habendis perpetuis temporibus committimus et commendamus, ut visitationis onere in plures partito, animarum salus amplior, et bonorum morum usus et observantia faecundior proveniat. Officium custodis. Custodi, ut custodiam rerum et pertinentiarum ipsius ecclesiae exactam adhibeat. Item ut cultus devote in eadem ecclesia peragatur, quatenus ordinis observantia morumque compositio, ac dei summi devota cultura intuentium oculos moveant ad divina, ipsaque corda hominum,

quae refriguerunt, quomodolibet ad amandum deum et quaerendum prae omnibus coelestia accendantur. Officium vicariorum. Statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli vicarii eiusdem ecclesiae Sandecen. pro tempore, omnes horas canonicas, diurnas pariter et nocturnas, aliaque omnia et singula divina officia horis et temporibus certis et deputatis ad instar et similitudinem nostrae Cracoviensis ecclesiae peragere et decantare debebunt, et tenebuntur, ita videlicet, quod ipsi vicarii pro tempore omnibus diebus et festis duplicibus matutinas novem; ferialibus vero trium lectionum iuxta rubricam et constitutionem ecclesiae Cracoviensis, plene, integre, cum laudibus et suffragiis in fine, Ave stella matutina, antiphona subiungendo. Deinde primam, tertiam, sextam, nonam, vesperas et completorium, Salve Regina, vel Regina coeli in fine cum collecta adiciendo, summam missam de tempore, seu de die unusquisque suam hebdomadam ad altare celebrando. Clerici vero praedictis omnibus et singulis diebus dominicis, festivis et ferialibus cantum summae missae prosequenter et consequenter manuariam alias maturam similiter hebdomadatim diebus dominicis, festivis, simplicibus et ferialibus, nisi aliqua occasio necessitatis impediret, unus ad altare, et alii cantum in choro prosequendo de Beata Virgine Maria. Item unam aliam missam lectam ad libitum legendam omnibus diebus praesertim ferialibus propter laborantes, inter se ordine servato, in ortu solis, iuxta temporum exigentiam et qualitatem perficiant, et expleant. Rectoris scholae officium. Item quod rector scholarum pro tempore cum suis scholaribus omnibus diebus dominicis, festivis et celebribus matutinas novem lectionum integre cum laudibus, primam, vesperas primas et secundas cum completorio et Salve Regina; item omnibus diebus dominicis festivis et ferialibus summam missam; item per totum tempus quadragesimae vesperas et completorium et Salve Regina, matutinasque diebus ferialibus tribus ante pascha, quae tenebrosas plerique appellant; item vigilias novem lectionum circa mortuorum exequias, fraternitatum aut alias, si necessitas vel occasio attulerit, decantare et explere sine omni difficultate sit astrictus temporibus sempiternis, statuimus et ordinamus. Volumus autem, ut vicarii ecclesiae pro tempore omnibus diebus dominicis et festivis in missa prima, vesperis primis et secundis, iuxta ordinem suum recturam faciant, et officia praedictorum ministrorum iuxta consvetudinem nostrae ecclesiae Cracoviensis inchoeant et intonent, atque magistro scholae de vigilarum portione et consvetudine contingente respondeant. Item statuimus et ordinamus, quod diebus dominicis, diebus solennibus et festivis et rogationum, et quoties processiones de iure et consvetudine aguntur, sive per nos et nostros successores essent indictae. Item circa turificationem, maxime in diebus solennibus, teneantur omnes vicarii personaliter adesse, et in summa missa praelato, canonico seu vicario celebranti, duo ad minus in dalmaticis

ministrare. Item statuimus, ordinamus et decernimus, quod unus ex vicariis nomen habeat vicepraepositus, qui eminentia ultra alios vicarios eiusdem ecclesiae in processionibus, divinis officiis ordinandis et exequendis, instar praelatorum et canonicorum gaudeat et insignitus sit, velut praepositus inter alios praelatos et canonicos eminens, cuius personam in praedicta ecclesia repraesentat. Item statuimus, ordinamus et decernimus, quod amplius et de caetero vicepraepositus et vicarii in solidum curam habeant et gerant dictae ecclesiae collegiatae animarum, quam et eius exercitium in eos transfundimus, et ad illam ipsis praesentium tenore committimus, ita videlicet, quod hebdomadarius pro tempore existens in ministrandis Sacramentis, tam sanis quam infirmis, cum omnibus secundum ordinem vicariis habeat curae exercitium, ut omnibus in solidum incumbat cura animarum ita, quod si unus deficit idiomate vel alio defectu seu impedimento notabili aut necessitate inevitabili, alter in charitate suppleat, maxime in confessionibus generalibus Christi fidelium, in quibus unus alterum supportet, modo quo poterint meliori, ut salus inde proveniat animarum; occasione cuius omnes oblationes, quibuscumque nominibus censeantur, columbationes, ac etiam mortuaria, quaestus ecclesiae baptismales, intraductionales, vigiliales, tricesimas et obventiones universas habebunt et percipient, quas inter se aequali partientur divisione; ita ut nec vicepraepositus, nec aliquis alius in capienda portione alium vicarium antecellat, purpuris et sericis staminibus, luminibus, cera, aut legatis pro reformatione et sepultura ecclesiae, quae pro honore et utilitate ecclesiae cedere volumus, exceptis. Item statuimus, ordinamus et decernimus, quod quilibet praelatus et canonicus de novo receptus aut recipiendus, unam cappam de purpura aut eius valorem tres marcas praedictae ecclesiae, unam marcam pro offertorio et consolatione vicariorum, praelatus fertonem, canonicus sex grossos pro sacristiano dare tenetur infra mensem, sub excommunicationis poena per nos et successores nostros, quolibet excluso impedimento in nos solvendos, promulganda. Item statuimus et ordinamus districte et sub excommunicationis poena praecipimus, quod omnes et singuli praelati et canonici ecclesiae praedictae Sandecensis pro tempore, residentiam circa eadem ecclesiam et beneficia sua, divina officia modo superius designato, sine omni negligentia et diminutione per se, vel eorum vicarios ibidem perficiendo et adimplendo fiant; quique semel in anno omnes et singuli ad capitulum generale, quod in praedicto festo Sanctae Margarethae in eadem ecclesia sua singulis annis celebrabunt, sub poena excommunicationis praedicta, et trium marcarum monetae currentis irremisibiliter in manus praepositi persolvendarum, ac ad utilitatem praedictae ecclesiae convertendarum, ad quam exigendam etiam per censuram ecclesiasticam capituli Sandecensis damus et conferimus plenam authorita-

tem, conveniant, et eorum quilibet conveniat, de negotiis, rebus et utilitatibus eiusdem ecclesiae tractaturi et provisuri, nisi eum notabilis necessitas, et signanter, si extra dioecesim manere illum contigerit, excusaret. Item statuimus, ordinamus et decernimus, quod eadem ecclesia collegiata Sandecensis una cum suis beneficiatis omnibus et singulis, ad modum aliarum ecclesiarum collegiatarum nostrae dioecesis Cracovien. omnibus et singulis libertatibus, praerogativis, iuribus et privilegiis, talibus ecclesiis de iure vel consvetudine datis et concessis, gaudere debeat et fulciri; quodque etiam ab omnibus oneribus, procurationibus et provisionibus archidiaconi sit exnunc et in antea penitus et omnino libera et exempta, censu seu collecta denariorum Sancti Petri, quem vicarii ecclesiae praedictae colligere et expedire tenebuntur, iuxta taxam hactenus observatam, excepto. Jurisdictionem tamen eiusdem ecclesiae, personarumque et suppositorum eius, omnium et singulorum reformationum et correctionum nobis et successoribus nostris pro tempore vel aliis per nos vel successores nostros deputandis, reservamus. Item statuimus, quod quilibet praelatus et canonicus eiusdem ecclesiae Sandecensis habeat almatium de vario et vicarius de aspergillinis pellibus a tempore suae receptionis infra medium annum, sub poena excommunicationis per nos aut successores nostros ferenda. Item statuimus, ordinamus et decernimus, quod quilibet praelatus et canonicus de novo receptus in praedictam Sandecensem ecclesiam, circa suam receptionem per se, vel suum procuratorem legitimum iuramentum infrascriptum tenetur praestare. Forma iuramenti praelatorum. Ego N. iuro ad Sancta Dei Evangelia, quod domino episcopo meo Cracoviensi obediens ero, et iura, consvetudines rationabiles antiquas, ut approbatas ipsius ecclesiae, et praesertim statutum de almutio, cappa, una marca vicariis, sex scottis et sex grossis sacristiano dandis, pro posse et bona fide volo servare, et consilia capituli, quae mihi fuerunt revelata, ad eorum damnum vel praeiudicium nulli pandam, et omnia alienata indebite ad ius et proprietatem ipsius ecclesiae omnibus iustis modis et rationabilibus, quibus potero, revocabo, sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia. Insuper quia ecclesiam praedictam Sandecen. interim quo parochialis esset, novimus splendide et sufficienter in suis ornamentis, structuris et necessariis, per consules oppidi Sandecen. gubernatam et ordinatam esse, quo circa erectione eius in collegiatam non obstante, eius dispositionem, regimen et ordinem, in administranda cera, vino, oleo, ornamentis et structuris aedificiis et quibuscunque defectibus, quomodolibet eam concernentibus, volumus et decernimus in authoritate et potestate, dispositione consulum Sandecen. remanere, inhibentes districte praeposito et omnibus praelatis et canonicis eiusdem ecclesiae, ne eosdem consules Sandecen. in gubernatione, ordinatione et regimine eiusdem ecclesiae impediant, sed ipsos tanquam fideles

devotos, sinceros et sollicitos eiusdem ecclesiae gubernatores tam vitricos instituere et destituere, quibus sepulturas, testamenta, oblationes et elemosynas, pro fabrica dictae ecclesiae quomodolibet spectantia, tollere et exigere permittant, per ipsos dante domino in usus ornamenta, vasa, fabricam, decorem et necessitatem eiusdem ecclesiae convertenda. Proventus praelatorum. Caeterum quia optat praemia quisque labor, cum neque os bovis triturantis convenit alligari, iuris quoque et aequitatis dictante elogio: qui sentit onus, sentire debet et commodum, et qui altari servit, de altari vivat. Praepositum et decanum de bonis, proventibus et decimis ecclesiae Sandecen., quae hactenus eius rector pacifice et quiete possedit. Custodem de altari Visitationis S. Mariae ad collationem et praesentationem consulum Sandecens. pertinente. Archidiaconum vero et canonicos quatuor certis decimis manipularibus, inferius designatis, ecclesiae parochialis in Podegrodzie, ipsi oppido Sandecen. vicinae, quae etiam de iurepatronatus et collatione nostra episcopali seu ordinaria existit, voluntate spontanea praedictorum fratrum nostrorum capituli nostri Cracoviensis ac honorabilis Joannis de Wielopole eiusdem ecclesiae in Podegrodzie moderni ac veri et legitimi plebani seu rectoris ad id omnino accedentibus, attento, quod ipsa ecclesia in Podegrodzie in proventibus et redditibus, et praesertim decimis manipularibus abundat. Vicarios vero de ecclesia utriusque Sandecz et Podegrodzie decimis et proventibus ita et taliter dotamus, et primo: praeposito pro tempore existenti tanquam principaliori, et quem maior eiusdem ecclesiae cura et regimen obligat, decimas fertonales, seu pecuniales de viginti duobus laneis in suburbio Sandecen. circa ecclesiam matricem S. Adalberti consistentibus; item certos agros cum decima earundem in villa Dąmbrowa, item agros submontanos solvere mediam sexagenam latorum grossorum, et alteram mediam sexagenam in communi; item agros Cispar, solventes fertonem latorum grossorum; item censum unius sexagenae a cmethonibus de Paszyn pro festo S. Margarethae, item a sculteto eiusdem villae viginti grossos pro festo S. Martini. Item duas cameras pannicidarum, solventes tres marcas, item macellum carnificum, solvens unam cum media marcam, item duo scamna sutoria solventes unam marcam; item unam marcam census annui pro tribus institis, item tres marcas et decem octo grossos census annui de omnibus hortis oppidi Sandecen.; item decimam fertonalem de scoltetia Phalikowa, item pro sita residentia et mansione eidem domui lapideam cum media area, quae alias fuit plebani ecclesiae praedictae. Item decano decimam manipularem post omnes et singulos agros in villa nostra episcopali Kurow. Item custodi villa Kamienica cum omni eiusdem villae dominio et proprietate, quae alias ad altare Visitationis S. Mariae Virginis in eadem ecclesiae Sandecen. per consules Sandecenses

erectum et dotatum pertinebat, una cum sorte domus lapideae per eosdem consules Sandecen. altaristis assignatae, cuius quidem custodiae iuspatronatus et praesentandi, quoties illam per cessum vel decessum vacare continget, ad consules Sandecenses pro tempore volumus perpetuo pertinere, eosque praedictae custodiae decernimus veros, legitimos et unicos collatores et patronos, de quorum beneplacito et expresso consensu et voluntate praefatam custodiam ex altari eorum praesentationis fundavimus, iurepatronatus eiusdem custodiae eis nihilominus reservato. Item primo canonicatui et praebendae decimam manipularem in villa Chochorowice post omnes et singulos eiusdem villae agros, a qua ipsam praebendam Chochorowska volumus nominari. Item secundo canonicatui decimam manipularem in villa Nieszkowa, post omnes et singulos dictae villae agros, a qua ipsam praebendam Nieszkowska percipimus designari. Item tertio canonicatui et praebendae decimam manipularem in villa Dambrowa, a qua praedictam praebendam Dambrowska appellari volumus. Item quarto canonicatui et praebendae decimam manipularem in maiori parte Bieganice, post villae praedictae agros, a qua praedictam praebendam Bieganska appellari volumus, quae quidem omnes quatuor decimae praedictis praebendis per nos adiunctae, olim ad ecclesiam parochialem in Podegrodzie pertinebant. Insuper pro praemissorum maiori cautela et substantia ecclesiae parochialis in Podegrodzie, titulum sub ratihabitione praedictorum fratrum nostrorum praelatorum et canonicorum capituli Cracoviensis suffocamus, delemus et extingvimus, et ex illa archidiaconum Sandecen. creamus et constituimus, et praedictam ecclesiam in Podegrodzie dicto archidiaconatui unimus, appropriamus et invisceramus cum omnibus et singulis decimis manipularibus in villis: Brzezia, Rogi, Noszacowicze, Parva Olszana, Swidnik, Lukowica. Item decimas post araturas sculteti et Mandreonis in Podegrodzie. Item decimas fertonales et annonas ducentarum quinquaginta mensurarum avenae in villis, quae ad ecclesiam in Podegrodzie quomodolibet iure parochiali pertinebant, et generaliter cum omnibus aliis decimis, redditibus, introitibus (quinque manipularibus decimis in villis: Chochorowice, Nieszkowa, Dambrowa, Bieganice, Zarzecze, excepto) ita, ut de caetero et in antea archidiaconus Sandecensis nominetur et curam animarum dictae olim ecclesiae in Podegrodzie et archidiaconatus Sandecensis in solidum gerat, sibique de dicto archidiaconatu Sandecensi eius vocatione quomodolibet occurrente simul et semel cum ipsa ecclesia in Podegrodzie provideatur. Item vicariis ecclesiae Sandecensis praedictae, decimas manipulares in villis Dambrowa in una parte: Bielowice, Gorzkow, Chroslice, Olbinka.

Item decimam post araturas, nobilis in Zabelcze. Item praedium in suburbio Sandecen. circa ecclesiam Sancti Adalberti situm. Item annonas in Kunow, Phalikowa, Golambkowice, Boguszowka, Ilbrantowa, utraque Maiore et Minore Januszowa, Kwieciszowa, Chroslice, Piątkowa, Roskowice, Chelmce, Swiniarsko Maior et Minor, Dambrowa, Podlcze, Dziwkowka, Strugi, in quibus quilibet cmetho, habens domum propriam, unam avenae mensuram confertam, inquilinus, hortulanus, molendinator et pastor unum grossum solvere est astrictus, quae olim ad ecclesiam Sandecen. et eius plebanum pertinebant. Item unam multuram quorumcumque frumentorum in molendinis Sandecen. alias plebano Sandecensi de iure et privilegio debitam. Item decimam manipularem in villa Zarzecze, quae aliquando ad ecclesiam in Podegrodzie et eius plebanum pertinebat, damus, conferimus et assignamus, et illas eorum potestati annectimus et incorporamus, volentes, ut praesentes annonas, decimas et quoslibet intratus, temporibus percipiant perpetuis, aequali sorte dividendas. Item damus universitati praedictorum vicariorum domum lapideam, sitam in cimeterio ecclesiae praedictae nostrae, pecuniis comparatam et in structuris bene refectam, quae alias domus praetorii vocabatur, ut in ea habitationem suam firment, et in die obitus nostri pulsatis omnibus campanis, ornato feretro, vigilias novem lectionum cum missa defunctorum in remedium animae nostrae perpetuis temporibus decantent; diem obitus nostri tanquam fundatoris in festo pro anima populo insinuando. Ut autem vicariorum praedictorum universitas virorum maturorum et eruditorum resplendeat, volumus et ordinamus, ut nullus praelatus et canonicus ad vicarium seu vicarios quomodolibet se ingerat, aut illius vel illorum praesentationem seu ius praesentandi sibi vendicet, sed universitas vicariorum ecclesiae praedictae Sandecen. quotiescunque aliquem vel aliquos, vicarium seu vicarios, quocunque modo vocare contingerit, presbyteros idoneos psallere et cantare scientes eligat, et decano Sandecen. instituendos praesentet; ad quam quidem vicariorum universitatem ius praesentandi nomina, et eligendi omnes vicarios volumus et decernimus pertinere. Item, ut successores nostros episcopos Cracovienses speciali benivolentiae praerogativa in posterum obligemus, volumus et decernimus, ut exnunc et in posterum temporibus perpetuis episcopus Cracoviensis tam praepositurae, decanatus et archidiaconatus, quam omnium praebendarum ecclesiae Sandecen. praedictae unicus sit collator et patronus. Custodia eiusdem ecclesiae circumscripta, in qua consulibus Sandecen. nullum praeiudicium in iurepatronatus volumus generari. Habebitque potestatem episcopus Cracoviensis pro tempore existens, ad omnes dignitates et praebendas praefatas personas idoneas, quoties ipsas vacare per cessum vel decessum contigerit,

praesentandi, conditione et impedimento quolibet, non obstante. In cuius rei testimonium nostrum et capituli nostri praenominati sigilla praesentibus sunt appensa. Datum Cracoviae, feria sexta post festum Sancti Stanislai, anno millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Praesentibus venerabilibus et honorabilibus Dominis: Derslao de Borzymow decretorum doctore archidiacono, Jacobo de Sienno praeposito, Joanne de Elgoth scholastico, Nicolao Zbigniew cantore, decretorum doctoribus, Joanne Grusczynsky custode, Adamo de Radlow decretorum doctore, Petro vexillifero de Wrocimowice, Derslao de Krzyzanowice praeposito Vislicien. magistro Jacobo Zaborowsky decretorum doctore, Raphaele de Skawina praeposito Kielciensi, Stanislao de Sobniow praeposito Tridentino, Clemente de Nawoiowa, Joanne Dziekanowszky, Joanne Tarnowszky, magistro Thoma de Strzampino theologiae et iuris canonici doctore, Johanne Dlugosch custode, Petro Czesla de Krakow cantore, Nicolao de Sienno scholastico Wislicien. et Henrico de Radom archidiacono Sandomirien. praelatis et canonicis ecclesiae nostrae Cracoviensis praelibatae.

OPPATOVIENSIS.

Ecclesiam collegiatam Oppatoviensem, Sancti Martini confessoris et pontificis gloriosi dicatam honori, in octavo Sandeczensi immediate subiciendam ponemus loco;

vetus enim et ipsa ecclesia est, et una ex priscis, quam, ex quo gentilitatis et idolatriae deposito errore, ad puritatem christianae religionis conversa Polonorum, sive regum aut principum, sive pontificum aut satraparum fundavit antiquitas. Vetustatem autem eius, si alia deessent, etiam muralis fabrica, cum et petram pulchro opere sumptuosoque intus et ab extra quadratam habeat, veterum artificum elaboratam ingenio, et in crucis figuram sive modum, blandam et devotam intrantibus redolens faciem, sit contexta, editiorem insuper sortita situm. In oppido frugifero et uberi terrae Sandomiriensis meditulium tenente, quod frequens incolit populus, et in quod numerosum percurrit forum, est locata; facile alias Cracoviensis dioecesis collegiatas ecclesias, quibus dote inferior est, situ aequat, ad sufficientiam habens facili mercatu victualia, et petram sive ligna ad opera quaelibet excitanda, quam nonnulli astruere volunt regularem quondam fuisse, argumentum sumentes ex eo, quod fabrica eius similitudinem crucis habeat et in coenobiorum morem, eorum maxime, quae Benedictina et Cistercensia

appellamus, formata ut praemisimus existat; locus quoque ipse oppidi denominationem ab abba latino nomine, quasi quondam illic fuerit abbatia, vel locus ipse abbatis ditioni subiectus fuerit, in polonicam significationem translatus, trahit. Hinc quoque coniecturantur et fingunt magis, quam sciunt, quia illic aliquando fratres, qui nunc Calvariae montem, quatuor milibus ab Oppathow situm incolunt, monte ipso, qui quoque versum difficilem habet ascensum, neglecto, habitaverint, et loco populato, dum sibi in urbibus et in oppido frequenter habitato nefas, et contra constituta Divi Benedicti legislatoris sui morari crediderint, montem, quem deseruerant, repetierunt. Sed obstat eorum assertioni moderna loci proprietas, quem in ditione videmus consistere Lubuczensis episcopi, ad quem etiam omnium praelaturarum et praebendarum Oppatoviensium iuspatronatus pertinere videmus; nec aliquid monasterium Calvi Montis Sanctae Crucis illic cum episcopo Lubuczensi habere commune, nisi forte aliquis refellando opponat, oppidum Oppatoviense cum sedecim forte et amplius villis, et octo decimis ex permutatione aliorum bonorum, monasterio Sanctae Crucis datorum, in sortem venerit Lubuczensis episcopatus, de quo cum nullae extent literae aut annalia, neutrum cur affirmem, habeo. Alii asserunt templariorum ordinem et caput aliorum locorum praefati ordinis, quae in Polonia habebantur, illic quondam extitisse, et per plures annos et tempora celebre illic, et temporalibus abundans coenobium habuisse; verum longe ordo ipse ante prius fuit templariorum, a. D. 1306. in concilio generali .... decreto concilii et summi pontificis, regum quoque, pontificum et principum universali consensu, ob quasdam haereses, facinora et praevaricationes enormes in exterminium datus, foret, monasterium quoque Oppatoviense famosum tunc et insigne, templariis expulsis, cum in potestatem Henrici cum barba principis Poloniae devenisset, episcopatui Lubuczensi et suo pontifici cum omnibus villis, decimis, oppidis, introitibus et iuribus multo amplioribus, quam quas nunc possidet; plures enim constat alienatas et distractas esse per praefatum Poloniae Henricum cum barba principem et ducem Boleslaum, ditioni et proprietati, donatione perpetua collatum, donatum, incorporatum et unitum est a. D. 1237. Ab eo quoque tempore in Lubucensis episcopatus potestate et iure consistit, quam opinionem velut magis credibiliorem et verisimilem, in eam quoque diem vulgatam, nos etiam probamus; multa enim illi adstipulantur, ad fidem huiuscemodi conducentia, inter quae fama per tot annos, qui exterminium templariorum sequuti sunt, non abolita, sed praecipuum illud, quod in porta occidentali ecclesiae Oppatoviensis praefatae, supra utrunque postem duae imagines sub habitu templariorum exculptae, in eandem diem extantes, et quas nos vidimus, sunt locatae; templariorum olim illic fuisse coenobium

testatae, quibus, nescio qua supersticiosa et parum provida phantasia, Raphael de Brzesze decanus tunc Oppatoviensis, nobilis de armis Lelywa, sub nostra iam aetate capita decussit et acephalas illas effecit, alterum post multa saecula et ipse condens exterminium templariorum; frequenter insuper locus ipsae ecclesiae ferventibus bellis in Polonia aut extrinsecis aut civilibus incastellabatur, et vallis atque fossatis diversisque muniebatur propugnaculis, adeo ut prophanatus et deformatus tam cruore humano, quam fimo et stercore, equorumque locatione, per crebra intervalla etiam bellis quiescentibus staret dosolatus, incendiis etiam frequentibus pollutus et corruptus. Sed neque in eo loco, in quo nunc est, sed circa ecclesiam Beatae Virginis situata erat civitas, ibique pro parochia Sanctae Mariae habebat ecclesiam, unde et locus ille etiam in hodiernum antiqua appellatur civitas; verum cum processu temporis in eo spatio, in quo nunc nova civitas consistit, aliquot tabernae quaestuosae ad ius et proprietatem praelaturarum et canonicorum Oppatoviensium pertinentes consisterent, et mercatores vectoresque oppido neglecto, ad earum domicilia pro diversoriis descenderent, quaestumque earum augerent, Lubuczensis episcopus Stephanus, vir providus et in coniectura perspicax, illas sibi a capitulo Oppatoviensi resignari, ea conditione, ut quilibet braxans cervisiam pro annuo censu capitulo Oppatoviensi ad unum fertonem solvendum obnoxius foret, obtinuit, et civitatem populosam, quam nunc quoque auctum iri videmus, locavit. Sub eodem quoque anno et tempore, quo et templariorum exterminium sequutum est, etiam ecclesia collegiata apud aedem S. Martini, quae quondam templariorum fuit, ne omnino deserta remaneret, fundata est; et ecclesia parochiali amplam habente et parochiam et dotem, per loci dominum, sive ille princeps regni sive pontifex Lubuczensis, sive quisque alius heroas fuerit, in collegiatam translata, et quamvis a tempore huiusmodi translationis, alia ecclesia sub titulo gloriosissimae Virginis Mariae in loco altero oppidi antiqui, quae parochialis esset, et charismata spiritualia singulis parochianis ministraret, fuisset constituta, et vicarius perpetuus ad regendum illam, obedientiae et iuripatronatus decani subiciendus, foret relictus, qui illam per plures regebat aetates, magis plebanus, quam vicarius perpetuus vocitatus, illicque omnium parochianorum funera condebantur, et administrabantur carismata. Sub nostra tamen aetate, anno videlicet Domini 1471 ut omnes, quae inter collegiatam et parochialem frequenter consurgebant, discordiae rescinderentur, fundato monasterio fratrum minorum de observantia in loco parochialis ecclesiae praefatae, et ex vicario perpetuo, canonico sive praebendario, cuius collatio decano nihilominus remaneret, Oppatoviensi creato, iura omnia parochialia per Johannem sextum dictum Rzeszowsky episcopum Cracoviensem, in ecclesiam collegiatam Sancti Martini, vel reddita sunt vel concessa,

Johanne Michowsky decano Oppatoviensi negotium utrunque et promovente et probante. Habet itaque Oppatoviensis ecclesia quatuor praelatos, videlicet decanum, cantorem, scholasticum, custodem, et sex praebendas sive canonias, totidemque vicarios, horas canonicas nocturnas et diurnas singulis diebus explentes, in quos et cura omnis animarum totius parochiae translata est, nonnullique illis quaestus, quos quondam plebanus Oppatoviensis percipiebat, attributi, de quibus omnibus singillatius dicere, et seriatim eorum introitus describere ordiemur.

Decanatus.

Oppatoviensis decanatus ex ecclesia parochiali Sanctae Mariae Oppatoviensis et ex illius proventibus creatus et fundatus atque dotatus est, qui et principalis est dignitas in ecclesia Oppatoviensi, nullam habens curam animarum, ad quem tamen institutio et cura, visitatio et correctio pertinet omnium ecclesiae Oppatoviensis vicariorum, ad quem etiam olim pertinebat collatio et iuspatronatus ecclesiae olim parochialis S. Mariae in Oppathow, seu vicariae perpetuae; nunc vero ad illum pertinet collatio et iuspatronatus praebendae sextae Oppathoviensis, ex huiusmodi ecclesia parochiali Oppathoviensi, extincto eius titulo, creatae; hunc nunc obtinet Johannes de Mychow, nobilis de domo et familia Ravitharum, cuius quidem decanatus infrascripti sunt proventus.

Oppatow, oppidum terrae Sandomiriensis, habens in se parochialem et collegiatam ecclesiam S. Martini, quadro lapide, ut praemisimus, aedificatam, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pro tempore pertinet, in quo sunt sexaginta lanei civiles, de quibus omnibus solvitur decima manipularis decanatui Oppathoviensi et per cives propriis curribus ducitur in horreum decani, cuius valor aestimatur ad sexaginta marcas; decimam autem canapalem ex consvetudine praescriptam non solvunt.

Jurkowycze, villa sub parochia ecclesiae Oppathoviensis sita, cuius maior proprietas ad episcopum Lubucensem pro tempore pertinet, in quibus sunt septem lanei cmethonales et una taberna habens agros ad episcopum Lubuczensem pertinentes. Item duo lanei speciales ad proprietatem et dominium decanatus Oppathoviensis pertinentes, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis decanatui Oppathoviensi, et ducunt eam cmethones in horreum a decano locandum et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item duo lanei in eadem villa ad proprietatem decani pertinentes, solvunt decanatui Oppathoviensi pro censu annuo quilibet unam sexagenam, medietatem pro festo S. Martini, et aliam medietatem pro festo Sanctissimae Trinitatis, item duos choros tritici, item

unam mensuram avenae, duos pullos, triginta ova; item pro festo Paschae medium grossum, item pro *wyeprzowye* pro festo Nativitatis Christi, duos grossos, item duos caseos.

Marczynkowicze, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad praelatos et canonicos Oppathovienses singulariter pertinet. Erat quidem haec villa olim de dominio et proprietate episcopi Lubuczensis; sed episcopus Lubuczensis Stephanus, vir prudens et in coniectura, ut praemisimus, solers, in locis, agris et areis et tabernis, quae tunc erant in proprietate et ditione praelatorum et canonicorum Oppathoviensium, novam civitatem ex veteri, quae tunc circa ecclesiam S. Mariae consistebat, translocaturus, villam praefatam Marczinkowicze cum omni proprietate et dominio, item cum omni decima manipulari dedit illis in recompensam; sed cum haec recompensatio parum aequa videretur, omnes tabernatores et cervisiarum braxatores fecit praelatis et canonicis Oppathoviensibus tributarios, obligando quemlibet cervisiam braxantem, ad unum fertonem pro annuo censu praelatis et canonicis solvendum. Habet itaque praefata villa Marczinkowicze undecim laneos cmethonales, de quibus decanatus Oppathoviensis habet duos laneos in suo dominio et proprietate, de quorum quilibet solvit decanatui pro censu annuo unam cum media marcas, item duos capones, item duos caseos, item viginti ova; ab omnibus autem aliis censibus, laboribus et daciis sunt liberi. Item praefati duo lanei decanales solvunt decimam manipularem decanatui Oppathoviensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a decano locandum, et valor eius aestimatur ad quatuor marcas; item decimam canapi. Item in eadem villa non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae. Item inferius villam praefatam Marczinkowicze in torrente ex huiusmodi villa Marczinkowicze decurrente, habet decanatus duo molendina agros non habentia, quorum unum superius, solvit pro annuo censu decanatui unam marcam, aliud vero inferius, unam sexagenam.

Oppathow, oppidum episcopi Lubuczensis, ut praemisimus populosum, in quo consveverunt esse centum sexaginta cervisiae braxatores et venditores cives, et quilibet braxans cervisiam tenetur praelatis et canonicis Oppathoviensibus ratione arearum, hortorum et tabernarum, ex quibus praelati et canonici Oppathovienses suos quaestus habebant, et in quibus nunc civitas nova sita est, solvere pro annuo censu praelatis et canonicis unum fertonem, et proveniunt de huiusmodi censu quadraginta marcae citra vel ultra, de quo quidem censu datis viginti marcis ad salariandos decem vicarios Oppathovienses perpetuos, et duabus marcis ad salariandum scholae magistrum, omnis alia residuitas inter praelatos et canonicos Oppathovienses partitur, non pari tamen divisione; nam praelati quatuor duplam

partem accipiunt, sex vero canonici simpla; et cives Oppathovienses aliquanto tempore recusassent huiusmodi censum tabernarum solvere, duabus tamen sententiis definitivis in Cracoviensi videlicet primum, deinde in Gneznensi consistoriis latis, quae nulla appellatione suspensae in rem transivere iudicatam, ad solvendum illum sunt condemnati, de quo ecclesia Oppathoviensis optima habet munimenta.

Magna prata. Item in eodem oppido Oppathoviensi est locus satis protensus, versus fortaliciam villam Wamberkow situs, in quo prata magna episcopi Lubuczensis habebantur; verum cum quidam episcopus Lubuczensis prata huiusmodi decano Oppathoviensi in sexaginta marcis latorum grossorum Pragensium obligasset, redimereque illa longo tempore neglexisset, fenore in perpetuitatem versum, decanus Oppathoviensis suburbium suae ditionis illic constituit, pluresque areas, hortos et domos locavit, advocatumque illis proprium constituit, qui illis iura nomine decani reddit, et quaelibet area, domus vel hortus solvit decanatui Oppathoviensi pro annuo censu unum fertonem communis pecuniae et duos capones, et sunt illic areae cum hortis et domibus.

Zmygrod. Item in oppido praefato Oppatoviensi est locus, ubi quondam vetus arx, quae nomen Zmigrod habebat, fuisse censetur, circa quem quidem locum habet decanatus Oppathoviensis hortos et areas, et quaelibet solvit pro annuo censu decanatui unum fertonem et duos capones.

Praedium episcopale. In praedicto oppido Oppatoviensi est praedium episcopale in tres campos divisum, post quorum culturam percipit decimam manipularem decanus Oppatoviensis et conducit eam in suum horreum, et valor eius aestimatur ad sex marcas, praeter paucos agros eiusdem praedii, de quibus solus episcopus Lubuczensis percipit decimam.

Praedium decanale. Item in eadem civitate habet decanus Oppathoviensis praedium, quod proprio colit labore, de quo nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item decanatus Oppathoviensis licet habuerit specialem domum, curiam et hortum, horreum et pomerium perpetuum circa ecclesiam Sanctae Mariae in veteri civitate sitam, modernus tamen decanus Johannes Mychowsky illa omnia fratribus minoribus pro eorum inhabitatione perpetuo donavit, illicque iam monasterium pro fratribus praefatis lapide erectum est; ipse autem decanus in altero loco in eodem veteri oppido sibi et suis successoribus decanis domicilium constituit.

Item decanatus praefatus Oppatoviensis iuxta omnia regestra taxatus est ad . . .

Vicedecanatus.

Oppathowiensis decanus habet habereque consvevit vicariam perpetuam, sive vicedecanatum in ecclesia Oppathoviensi, cuius decanus Oppathoviensis pro tempore unicus est collator et patronus; eam nunc tenet Albertus de Paczanow presbyter, quae pro sua dote et substantia habet proventus infrascriptos.

Duas marcas de censu proveniente ex tabernis oppidi Oppathoviensis, item habet portionem aequalem de proventibus decimae manipularis in villa Rzuszkow: item portionem aequalem habet de omnibus quaestibus ecclesiae Oppathoviensis, qui cedunt vicariis Oppathoviensibus in communi.

Cantoria.

Secunda in ecclesia Oppathoviensi dignitas ex proventibus ecclesiae parochialis antiquae, olim Oppathow, pro magna parte et ipsa fundata atque dotata est, partim vero ex introitibus, quos habebant templarii, quam nunc obtinet Johannes Bronykowsky de Bodzancin, vir providus et decorem domus dei diligens, qui et novam sacristiam, in qua ecclesia Oppathoviensis magnum patiebatur defectum, in parte septentrionali et ossarium ex muro fabricavit, et ipsam in omnibus suis partibus solido et quadro pavimentali lapide Oppathoviensem ecclesiam. Cantoriae et am eiusdem hi sunt proventus.

Oppathow. Habet cantoria Oppathoviensis secus oppidum Oppathow praedium bonum pro suo fundo, in tres campos divisum, et cum bonis pratis, quod quidem per se colit, et de quo nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et eam in horreum suum inducit. Item habet in eodem oppido Oppathow prope ecclesiam, versus occidentem, aream bonam et domum cum curia bene aedificatam, cum pomerio et allodio. Item habet secus eandem civitatem cantoria praefata decem et septem hortos cum areis et domibus, in quibus hortulani sui, sive suburbani resident, quorum unus pro annuo censu solvit cantori unam marcam, alius novem scottos, tertius octo scottos, quartus et quintus per decem scottos, alii autem omnes residui per unum fertonem: item omnes praefati hortulani sive suburbani solvunt cantori quilibet duos capones, item viginti ova, item tenetur quilibet tres cassulas metere in frumentis cantoris, in suo praedio procreatis. Habent et ipsi suburbani sive hortulani cantoriae ius privilegiatum, quod nulli subsunt, nisi cantori, habent et proprium advocatum a cantore constitutum, qui eis authoritate cantoris iura reddit. Item habet secus eandem civitatem cantoria unum hortum latum, in quo tela linea dealbatur, bene septum, qui *blech*

appellatur, de quo sibi proveniunt quatuor marcae singulis annis, citra vel ultra, a telarum dealbatoribus solvi consvetae; item habet in antiqua civitate cantoria praefata hortum unum cum area, de quo cantori solvuntur annuatim novem scotti et duo capones.

Golyszycze, villa sub parochia ecclesiae de Modlyborzycze sita, cuius proprietas ad certos nobiles illic residentes pertinet, in qua est unus laneus specialis et liber, qui cum omni iure spectat ad cantoriam Oppathoviensem, de quo cantoria tollit et censum annuum et decimam manipularem, et pro utroque, tam videlicet pro censu quam pro decima, solvuntur cantori pro annuo censu tres marcae et duo capones. Colonus autem in eodem campo residens nullis est obnoxius laboribus, neque solvit aliquas alias dacias aut tributa. Item cantor Oppathoviensis pro tempore non habet portionem aut communionem cum aliis praelatis et canonicis Oppathoviensibus in villa Marczynkowice, neque participat de decima aut de censu communi cum eisdem, quod credo ob id ordinatum esse, quia horti et areae, de quibus praelati et canonici Oppathovienses ad locandam novam civitatem cesserunt Lubuczensi episcopo, et pro quibus episcopus Lubuczensis villam suae mensae Marczinkowicze praelatis et canonicis Oppathoviensibus dedit in recompensam, nullo ad cantoriam pertinebant, sed sui horti et areae remanserunt sibi salvi et integri, quos hodie possidet; vel quia non patiebantur ab episcopo, tanquam futurae civitati parum necessarii, vel quia illos cantor pro tempore non consentiebat de sua proprietate in sortem civitatis transferre.

Item cantoria Oppathoviensis secundum omnia regestra taxata est ad . . .

Vicecantoriatus.

Cantor Oppathoviensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam, sive vicecantorem in ipsa Oppathoviensi ecclesia, cuius cantor Oppathoviensis est unicus collator et patronus; eam nunc tenet Gregorius de Bassowa presbyter, qui pro suo fundo et dote habet proventus infrascriptos.

Duas marcas de censu proveniente ex tabernis Oppathoviensibus, item habet portionem aequalem ex decimis manipularibus in villa Rzuszkow, item habet portionem aequalem de omnibus quaestibus ecclesiae Oppathoviensis, qui cedunt vicariis Oppathoviensibus in communi.

Scolastria.

Scholastria Oppathoviensis tertia dignitas in ecclesia S. Martini Oppathoviensi in agris et proventibus templariorum fundata et dotata est, quam

nunc obtinet Jacobus Zebedey de Yaczkow, nobilis de domo et familia Ostoya, cuius scolastriae infrascripti sunt proventus.

Oppathow. Habet scolastria Oppathoviensis secus oppidum Oppathow agros praediales contiguos Nyedzalkony pro suo fundo, in quatuor partes divisos, qui etsi per eum non coluntur proprio aratro, colonus tamen in eis locatus solvit scolastico pro annuo censu duas marcas et quatuor capones, ab aliis vero laboribus et daciis est solutus. Item decima manipularis ex eisdem agris praedialibus scolastici proveniens, solvitur decanatui Oppathoviensi de quolibet grano; item praefata scolastria circa vetus et desolatum castrum Zmigrod habet molendinum cum piscina et prato bono sui iuris, quod pro annuo censu solvit sibi duas sexagenas, item quatuor capones, item unum cuneum de pane albo pro festo Christi.

Item habet duas areas prope scholam, et quaelibet pro annuo censu solvit scolastico decem grossos et duos capones; item habet alias duas areas in eodem oppido Oppathoviensi prope balneum civile, quarum una pro annuo censu solvit scolastico octo scottos et duos capones, altera vero unum fertonem et etiam duos capones; item secus prata decani Oppathoviensis habet duos hortos et duas areas, et quilibet hortus sive area solvit scolastico pro censu annuo unum fertonem et duos capones.

Marczynkowicze, villa sub parochia ecclesiae Oppathoviensis, ut praemisimus, sita, in qua scolastria Oppathoviensis pro sua proprietate et fundo habet duos laneos cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit scolastriae unam marcam cum dimidia, item duos capones, item duos caseos, item viginti ova, item decimam manipularem ex eisdem laneis una cum decima canapi percipit, cuius valor aestimatur ad duas marcas; cmethones autem solvunt alia tributa. Item scholasticus habet domum propriam sive aream cum pomerio secus ecclesiam Oppathoviensem pulchre ex lignis aedificatam, in parte occidentali constitutam.

Item scolastria praefata Oppathoviensis taxata est secundum omnia regestra ad . . .

Vicescolastria.

Scolastria Oppathoviensis habet habereque consvevit vicarium perpetuum sive vicescolasticum in ecclesia Oppathoviensi, cuius iuspatronatus ad scolasticum pro tempore pertinet, quam nunc obtinet Matthias de Bodzanczin presbyter, quae pro sua substantia et dote habet proventus infrascriptos.

Duas marcas de censu proveniente ex tabernis Oppathoviensibus, item

habet portionem aequalem de proventibus decimae manipularis in villa Rzuszkow, item habet portionem aequalem de omnibus quaestibus, qui proveniunt vicariis ecclesiae Oppathoviensi in communi.

Magister scolae Oppathoviensis.

Item secus ecclesiam Oppathoviensem est scola, cuius rectorem consvevit ordinare scolasticus Oppathoviensis pro tempore, qui quidem pro suo solario habet habereque consvevit duas marcas ex censu tabernali; item habet portionem ex decimis manipularibus villae Rzuskow, item habet portionem aequalem de omnibus quaestibus, qui proveniunt vicariis Oppathoviensibus in communi.

Custodia.

Quarta in ecclesia Oppathoviensi dignitas est custodia, haec quoque ex proventibus templariorum fundum suum et dotem accepit, quam nunc possidet Albertus Goryn de Tharnow, nobilis de domo et familia Junosza, cuius infrascripti sunt proventus.

Ruszkowiecz, villa sub parochia ecclesiae de Rzuszkow sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Lubuczensem pro tempore, in qua sunt sex lanei cmethonales, et septimus, in quo residet taberna, de quibus omnibus solvitur decima manipularis custodiae Oppathoviensi, et tenentur eam incolae ducere propriis curribus in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad quatuordecim marcas, quoniam lanei sunt ampli et foecundi. Item praefati cmethones et tabernator solvunt custodiae Oppathoviensi pro decima canapi quatuor ierugas et quartam chori de semine canapi; item non est aliquod praedium in villa praefata, item non sunt hortulaniae.

Marczynkowicze, villa sub parochia Oppathoviensi sita, capitulo Oppathoviensi in recompensam ab episcopo Lubuczensi data, in qua custodia Oppathoviensis habet duos laneos cmethonales ad suum ius et proprietatem plenarie spectantes, et quilibet solvit pro annuo censu custodiae unam cum dimidia marcam, item duos capones, item duos caseos, item viginti ova, et non faciunt aliquos labores aut ducturas. Item de praefatis duobus laneis solvitur decima manipularis custodiae Oppathoviensi et conducitur in horreum a custode locandum, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Oppathow. Item custodia Oppathoviensis habet in oppido Oppathow quatuor areas in postico domus custodiae sitas, neque agros habentes, neque

hortos, quarum duae pro annuo censu pro festo S. Martini solvunt custodiae per unum fertonem et per quatuor capones; aliae vero duae residuae quaelibet solvit per octo grossos et per quatuor capones. Item custodia Oppathoviensis habet in praefato oppido Oppathoviensi duodecim tabernas et areas, et quaelibet solvit sexdecim grossos pro annuo censu custodi, medietas autem census de sex tabernis cedit vicecustodi Oppathoviensi; residuam vero medietatem aliarum sex tabernarum modernus custos Albertus Gorny resignavit, perpetuo vitricis et provisoribus ecclesiae Oppathoviensis, ad providendum de vino pro misteriis, ad cuius provisionem custos ipse et omnes sui antecessores et successores, ratione officii et dignitatis custodiae de veteri consvetudine, lege et observantia obligabantur. Item habet custodia praefata in oppido Oppathow unum hortum ex opposito domus custodiae situm, de quo pro annuo censu solvuntur custodi quatuordecim grossi et quatuor capones, ad nullos autem labores alios vel dacias obligatur hortulanus. Item habet custodia praefata Oppathovyensis propriam domum et aream cum pomerio in occidentali parte a regione portae occidentalis ecclesiae sitam, quam ipse Albertus Gorny propriis facultatibus et sumptibus pulchro opere aedificavit.

Item praefata custodia Oppathoviensis taxata est secundum omnia regestra ad . . .

Vicecustodia.

Custos Oppathoviensis habet habereque consvevit vicarium perpetuum sive vicecustodem in ecclesia Oppathoviensi, cuius custos Oppathoviensis est unicus collator et patronus; eam nunc obtinet Sigismundus de Tharnow artium liberalium baccalaureus; quae pro suo fundo et dote habet proventus infrascriptos.

Primo habet vicecustodia praefata censum annuum de sex tabernis custodis Oppathoviensis, in oppido Oppathov consistentibus, de qualibet taberna sedecim grossos; item habet duas marcas ex censu tabernali Oppathoviensi, item habet portionem aequalem ex decimarum proventu villae Ruschkow, item habet portionem aequalem de quaestu provenienti in communi vicariis Oppathoviensibus.

Prima praebenda Oppathoviensis.

Prima Oppathoviensis praebenda ex proventibus templariorum fundata et dotata est, quae appellatur Carwowska, et censetur esse caeteris potior,

quam nunc obtinet Matthias Floriani de Scarbimiria, vir civilis, cuius infrascripti sunt proventus.

Carwow, villa sub parochia ecclesiae de Wlostow sita, cuius proprietas pro una medietate pertinet ad monasterium et abbatem de Coprzywnycza, altera vero medietas pertinet ad milites de domo Roszae. Et notandum, quod villa praefata Carwow fuit quondam patrimonium Vincentii Cadlubkonis episcopi Cracoviensis, qui stylo eleganti primus annalia Polonica contexuit, et cedens sponte episcopatu, monasterium cisterciensium ingressus, in Andreoviensis ecclesiae monasterio in medio chori requiescit, qui et ipse nobilis erat de domo et familia Roze. In hac itaque villa praebenda prima dicta Carwowska habet unum laneum cmethonalem, de quo eidem praebendae pro annuo censu solvit . . . . Item idem laneus decimam reddit manipularem praefatae praebendae, quae aestimatur ad duas marcas; item de praefato laneo solvitur decima manipularis praebendae primae Carwowska de omni grano, et solvit etiam decimam canapi per quatuor ierugas, et valor aestimatur eius ad duas marcas.

Marczynkowicze, villa sub parochia Oppathoviensi sita, capitulo Oppathoviensi ut praemisimus in recompensam data, in qua prima praebenda praefata habet unum laneum cmethonalem, ad suum ius et proprietatem plenarie spectans, de quo ei solvitur una marca cum media; item duos capones, item duos caseos, item viginti ova, et non faciunt aliquos labores aut ducturas; item de praefato laneo solvitur decima manipularis praefatae primae praebendae et conducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Oppathow. Item praefata prima praebenda Carwowska habet in oppido Oppathow tres hortos cum areis, inferius balneum sitos, et hortis custodiae Oppathoviensis contiguos, quorum primus solvit pro annuo censu decem grossos et duos capones, secundus solvit . . ., tertius solvit . . . Item habet domum specialem domui custodis contiguam pro sua inhabitatione.

Item praefata praebenda taxata est secundum omnia regestra ad . . .

Vicaria primae praebendae Oppathoviensis.

Habet prima praebenda Carwowska vicarium perpetuum in ecclesia Oppathoviensi, cuius canonicus primae praebendae est unicus collator et patronus, quam habet Stanislaus de Wolborz, cuius proventus est infrascriptus. Item habet duas marcas de tabernis Oppathoviensibus, item habet portionem aequalem de proventu decimarum manipularium villae Rzuszkow, item habet portionem aequalem de quaestu, qui vicariis Oppathoviensibus cedit in communi.

Secunda praebenda Oppathoviensis.

Praebenda secunda Oppathoviensis, quae ex proventibus templariorum fundata et dotata est, quam nunc tenet Stanislaus de Wanwelnycza dictus Paedagogus, alias de Strupycze, vir civilis, cuius infrascripti sunt proventus.

MARCZYNKOWYCZE, villa sub parochia Oppathoviensi sita, capitulo Oppathoviensi per episcopum Lubuczensem in recompensam data, in qua secunda praebenda habet unum laneum cmethonalem ad suum ius et proprietatem pertinentem, de quo ei solvitur pro annuo censu una marca cum media, item duos capones, item duos caseos, item viginti ova; et non laborant; item de praefato laneo solvitur decima manipularis secundae praebendae de omni grano et conducitur in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad unam marcam.

OPPATHOW. Item habet praefata praebenda secunda Oppathoviensis in oppido Oppathow quinque areas contiguas domui scolastici, quarum quaelibet solvit pro annuo censu unam marcam secundae praebendae Oppathoviensi, et duos capones; item habet domum propriam in Oppathow pro sua inhabitatione, contiguam domui scholastici Oppathoviensis.

Item praefata praebenda secundum omnia regestra taxata est ad . . .

Vicaria secundae praebendae.

Habet secunda praebenda Oppathoviensis vicariam perpetuam in ecclesia Oppathoviensi, cuius canonicus secundae praebendae est unicus collator et patronus, eam nunc habet Andreas de Chroberz, cuius infrascripti sunt proventus.

Duas marcas de censu tabernarum Oppathoviensium habet, item habet portionem aequalem de proventu decimarum manipularium villae Rzuszkow, item habet portionem aequalem de omni quaestu, qui cedit vicariis Oppathoviensibus in communi.

Tertia praebenda Oppathoviensis.

Tertia praebenda Oppathoviensis ex proventibus templariorum fundata et dotata est, quam nunc tenet Stanislaus de Yankowicze, nobilis de domo et familia Jastrzambkonum, qui pro dote et fundo habet proventus infrascriptos.

MARCZYNKOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Oppathov capitulo Oppathoviensi per episcopum Lubuczensem in recompensam data, in qua

canonicus tertiae praebendae Oppathoviensis habet unum laneum cmethonalem, qui ad suum ius et proprietatem pertinet, de quo ei pro annuo censu solvitur una marca cum media, item duos capones, duos caseos, item viginti ova, et nihil aliud aut ducunt aut laborant. Item de praefato laneo decima manipularis tertiae praebendae Oppathoviensis solvitur et in eius horreum inducitur, cuius valor ad unam marcam aestimatur.

OPPATOW. Item habet in oppido Oppathoviensi praefata tertia praebenda Oppathoviensis novem areas, tres solvunt per unum fertonem; item habet in eodem oppido Oppathoviensi domum propriam pro sua habitatione.

Item praefata praebenda secundum regestra taxata est ad . . .

Vicaria tertiae praebendae.

Habet habereque consvevit tertia praebenda vicarium perpetuum in ecclesia Oppathoviensi, quam nunc habet Nicolaus de Blogye, cuius tertius praebendarius est unicus patronus et collator, cuius infrascripti sunt proventus.

Duas marcas habet de tabernis Oppathoviensibus, item habet portionem aequalem de proventu decimarum manipularium villae Rzuszkow, item habet portionem aequalem de omni quaestu, qui cedit vicariis Oppathoviensibus in communi.

Quarta praebenda Oppathoviensis.

Quarta praebenda Oppathoviensis ex templariorum proventibus fundata et dotata est, quam nunc tenet Petrus Gorsky de Bodzanczin, vir civilis, cuius proventus sunt infrascripti.

MARCZYNKOWICZE, villa sub parochia ecclesiae Oppathoviensis sita, capitulo Oppathoviensi in recompensam ut praemisimus data est, in qua canonicus quartae praebendae habet unum laneum cmethonalem, de quo solvitur canonico pro annuo censu una marca cum media, item duos capones, item duos caseos, item viginti ova, et nihil laborant; item de praefato laneo solvitur decima manipularis praefatae quartae praebendae et ducitur in horreum a canonico locandum, cuius aestimatur valor ad unam marcam.

OPPATOW. Item in oppido Oppathoviensi praefata quarta praebenda habet habereque consvevit aream unam, quae sibi solvit pro annuo censu novem scotthos et duos capones.

Item quarta praebenda taxata est secundum omnia regestra ad .....

Vicaria quartae praebendae.

Quarta praebenda Oppathoviensis habet habereque consvevit vicariam perpetuam in ecclesia Oppathoviensi, cuius canonicus quartae praebendae est unicus collator et patronus, quam nunc tenet Matthaeus de Jeszorko, cuius infrascripti sunt proventus.

Duas marcas habet in oppido Oppathoviensi de censu tabernali, item habet portionem aequalem de proventu decimarum manipularium in villa Ruscow, item habet portionem aequalem de quaestu, qui cedit vicariis Oppathoviensibus in communi.

Quinta praebenda Oppathoviensis.

Quinta praebenda Oppathoviensis de proventibus templariorum fundata et dotata est, quam nunc tenet Jacobus de Coprzywnycza, vir civilis, cuius infrascripti sunt proventus.

Marczinkowicze, villa sub parochia ecclesiae Oppathoviensis capitulo Oppathoviensi in recompensam per episcopum Lubuczensem data, in qua quinta praebenda Oppathoviensis habet unum laneum cmethonalem, cum omni iure et proprietate ad eum pertinentem, de quo ei solvitur pro censu annuo una cum media marca, item solvit duos capones, item duos caseos, item viginti ova, et non laborant; item de praefato laneo solvitur decima manipularis quintae praebendae et inducitur in horreum a canonico locandum, cuius aestimatur valor ad unam marcam.

Oppatow. Item in Oppathow praebenda quinta habet duas areas, de quarum quaelibet solvit .....

Item praebenda quinta Oppathoviensis secundum omnia regestra taxata est ad ......

Vicaria quintae praebendae.

Habet quinta praebenda Oppathoviensis vicariam perpetuam in ecclesia Oppathoviensi, cuius canonicus quintae praebendae est unicus collator et patronus, quam nunc habet Martinus de Schidlow, cuius proventus sunt infrascripti.

Item habet duas marcas de tabernis oppidi Oppathoviensis, item habet portionem aequalem de proventu decimarum manipularium villae Rzuszkow; item habet portionem aequalem do omni quaestu, qui cedit vicariis Oppathoviensibus in communi.

Sexta praebenda Oppathoviensis.

Praebenda sexta Oppathoviensis noviter et recenter, anno videlicet Domini 1471. de proventibus ecclesiae parochialis Sanctae Mariae, exstincto eius titulo et ecclesia, in sortem fratrum minorum translata, fundata et dotata est, quam nunc obtinet Andreas Przekora de Morawyany, nobilis de domo et familia Navium, cuius infrascripti sunt proventus.

Oppatow. Habet sexta praebenda in oppido Oppathow pro suo fundo duo brascatoria, et de quolibet pro annuo censu sextae praebendae solvuntur tres marcae. Item habet pro fundo et pro praedio octo virgas agrorum, quas colit proprio aratro; huiusmodi tamen octo virgae agrorum episcopo Lubuczensi censuales, nam tenetur canonicus pro tempore solvere ex illis episcopo Lubuczensi tres fertones et octo quadrantes pro censu; item agri praefatarum virgarum, civiles enim quondam erant, solvunt decimam manipularem decano Oppathoviensi, item habet praefata praebenda sex hortos secus oppidum Oppathoviense, sed et hi quoque sunt episcopo Lubuczensi censuales; nam quilibet hortus si habet aedificia, solvit episcopo quatuordecim quadrantes, si vero non habuerit aedificia, solum solvit septem quadrantes; ultra autem censum praefatum pro episcopo Lubuczensi solvendum, solvitur canonico sextae praebendae de tribus hortis per fertonem, de aliis vero per decem grossos.

Yalowassy, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet, in qua est unus laneus praedii episcopalis, de quo solvitur decima manipularis praebendae sextae Oppathoviensi, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Prebrosszyn, villa sub parochia ecclesiae de Oppatow sita, in qua sunt nobiles, ad quorum proprietatem villa pertinet, in qua est praedium unius nobilis Stanislai, de quo solvitur decima manipularis praefatae sextae praebendae, cuius valor ad duas extimatur marcas. Item praefata sexta praebenda habet domum cum horto in antiqua civitate, quae quondam erat plebani Sanctae Mariae.

Item praefata praebenda secundum regestra taxata est ad .....

Vicaria sextae praebendae.

Habet sexta praebenda Oppathoviensis vicariam perpetuam in ecclesia Oppathoviensi, cuius canonicus sextae praebendae est unicus collator et patronus, quam nunc obtinet Petrus de Mazovia, cuius infrascripti sunt proventus.

Item in oppido Oppathoviensi habet duas marcas de tabernis Oppathoviensibus, item habet portionem aequalem de proventu decimarum manipularium in villa Rzuschow, item habet portionem aequalem de quaestu, qui cedit vicariis Oppathoviensibus in communi.

In communi praelati et canonici Oppathovienses habent.

Praelati et canonici Oppathovienses habent in communi piscinam et molendinum in flumine Lukawa, secus pomerium curiae episcopalis in Oppatow, de quo pro illis pro annuo censu solvuntur duodecim marcae pro festo S. Martini, et inter praelatos et canonicos Oppathovienses aequaliter dividuntur, solo scolastico Oppathoviensi excepto, qui de huiusmodi censu ex consvetudine praescripta non participat. Item de huiusmodi molendino solvitur cuilibet praelato et canonico Oppathoviensi pro festo Natalis Cristi unus panis triticeus altus, qui *strzucel* appellatur.

Bona vicariorum et magistri scolae in commune.

Vicarii et magister scolae Oppathoviensis habent columbationem post universos oppidanos et suburbanos Oppathovienses et eorum inquilinos, et post omnes villas parochiae Oppathoviensis, cuius valor ad duodecim marcas se extendit.

Rzuchow, villa sub parochia ecclesiae de Wszeswyathe sita, cuius haeres Nicolaus Podlodowsky, nobilis de armis Janyna, in qua sunt sedecim lanei cmethonales, item duae tabernae habentes agros, item una hortulania habens agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis universitati vicariorum Oppathoviensium, et tenentur illam incolae ducere in horreum a vicariis locandum, et valor aestimatur eius ad sedecim marcas; non est autem praedium aliquod in villa praefata.

Notandum autem, quod decima manipularis in Rzuchow a fundatione sui pertinebat ad proprietatem mensae episcopatus Cracoviensis, sed dum felicis memoriae Sbigneus cardinalis et episcopus Cracoviensis, fundata piscina insigni in fluvio Kamyona circa montem Nyetholyczsko, arva, campos et prata episcopatus Lubuczensis et villae Nyetholyczsko alveo piscinae inundasset, et pro huiusmodi iniuria ab episcopis Lubuczensibus iure terrestri vexaretur, Thomas episcopus Cracoviensis eidem immediate succedens, decimam praesentem in Rzuchow episcopo Lubuczensi in recompensationem arvorum, pratorum et camporum a piscina inundatorum, perpetuo donavit, quam processu temporis Johannes Bonykowsky cantor et

magister, Jacobus de Bodzanczin canonicus Oppathoviensis, datis episcopo Lubuczensi Friderico quingentis florenis in auro, pro quibus certa bona episcopatus Lubuczensis in usura foenoreque posita, redempta sunt, illam sibi perpetuo donari et inscribi ab episcopo et capitulo Lubuczensi obtinuerunt, quam et eius proprietatem atque usum vicariis Oppathoviensibus et eorum communitati contulerunt, et perpetuo inscripserunt, sub ea conditione et onere, ut singulis diebus feriatis et non feriatis, unus ex vicariis Oppathoviensibus infra pulsum primae in remedium praefati cantoris et Jacobi canonici unam missam defunctorum legere et explere teneantur, cuius quidem proventus decimae Oppathoviensis vicarii et magister scolae aequaliter inter se teneantur dividere; item totum offertorium, quod cedit de ecclesia, item omnem quaestum, qui cedit de fraternitatibus, item omnes alios quaestus, quocunque nomine vocatos, quicunque cedunt de ecclesia, inter se aequaliter vicarii et magister scolae dividunt.

Item vicarii et magister scolae pannos omnes et spolia pro se tollunt, et inter se aequaliter partiuntur, praeter pannos purpureos, ad quos nihil iuris habent, nec habere debebunt, et qui in ornamenta ecclesiae debent converti. Item praelati et canonici et consules civitatis Oppathoviensis habent et habere debebunt in commune et in solidum ecclesiam Oppathoviensem in cera, vino, oleo, aedificiis, fabrica, ornamentis, apparatibus, administrandi, regendi et procurandi, et testamenta, sepulturas et legata tollendi.

Hospitale Oppathoviense.

Opportunum et valde necessarium erat, ut Oppathoviensis populosa et frequens civitas haberet hospitale, ad recoliendum miserabiles personas, quarum illic confluebat multitudo. Itaque sub nostra aetate studio virorum bonorum et timoratorum ecclesiasticorum et saecularium, et signanter Johannis Bronikowsky de Bodzanczin cantoris Oppathoviensis hospitale in praefato oppido Oppathoviensi, secus coemeterium ecclesiae collegiatae Sancti Martini fundatum et aedificatum est, quod etiam processu temporis praefatus Johannes Bronikowsky cantor Oppathoviensis demolitis aedificiis ligneis, muris erexit, et tam ecclesiam in honorem S. Spiritus et S. Stanislai Martyris gloriosi dicatam, et omnes officinas hospitalis a primis fundamentis initians fabrica murali, consumavit.

Habet autem praefatum hospitale infrascriptos proventus.

Oppathow. Habet praefatum hospitale Oppathoviense pro fundo suo atque dote inter agros oppidi Oppathoviensis duos laneos agrorum sive virgas, qui per Johannem Kync de Oppathow vicepraepositum ecclesiae Sanctae Mariae Sandomiriensis, perpetuo donati atque collati sunt, de quibus pro

annuo censu solvuntur pro hospitali duae sexagenae. Item habet praefatum hospitale in eodem oppido Oppathoviensi unum hortum in postico hospitalis, penes hortum custodis Oppathoviensis; item hospitale praefatum praelati et canonici Oppathovienses regent, gubernabunt, ordinabunt in eorumque perpetuo consistet regimine, cura et gubernatione.

SANCTI GEORGII IN CASTRO.

Sancti Georgii militis et martyris gloriosi ecclesiam, antiquitus memoriae proditum est, in castro Cracoviensi simul una cum cathedrali atque Sancti Michaelis collegiata conditam esse,

ea quippe fundatorem Meczslaum Poloniae principem et monarcham, qui illarum primarius fuit fundator, reor motum intentione, ut cathedralis Cracoviensis esset gloriosior, si intra arcis et situs sui parietes et claustra haberet duas inquilinarias et asseclas, in quibus et ipsa sub processionum tempore suas stationes perageret, et illae sibi sub omni tempore exhiberent suffragia et famulatum. Haec cum ab initio de materia corruptibili lignorum fabricata esset, nec haberet aliquam dotem, nec sacerdotes, qui illam re divina officiarent, Casimirus Secundus Poloniae rex statum eius et conditionem tanto tempore neglectui habitum miseratus, amota lignea, eam lapideam et augustiorem fecit, plerisque ornamentis et clenodiis insignivit; cumque pro illa dotanda ex proventibus regiis aliquid decerpere et in dotem eius conferre fastidiret, in maxima id observans cura, ne quicquam fisco regio detraheretur, hac arte eius dotem compendiavit. Anno itaque Domini 1347, dedicationis templi Sancti Georgii indicit sollennitatem, apparat convivium, splendidis pro magnificentia regali mensam regiam ferculis et poculis ornat, et ad prandium Jaroslaum archiepiscopum Gueznensem, Johannem Cracoviensem, Matthiam Wladislaviensem Episcopos, et Johannem abbatem Thyniecensem, qui forte tunc Cracoviae aderant, invitat, eosque dedicatione templi per Johannem Cracoviensem episcopum, assistente sibi Jaroslao archiepiscopo aliisque episcopis, ipso etiam rege Casimiro praesente, perfecta, tractat epipare, nec tractare contentus, dona etiam magnifica tam se quam illis digna largitur. Intuens autem Casimirus rex opportunum tempus, ob quod coenam tam magnificam apparaverat et dona liberaliter effuderat, pro sua spe advenisse, pontificum et abbatis praesenti laetitia occupatos animos aggrediendum duxit, et oratione ad persvadendum composita, gratias et favores, quibus et ecclesias et ecclesiasticas personas

in universo regno Poloniae universaliter et singulariter prosequi solitus erat, enumerans, petitionem subiungit orans, quatenus de mensis suis decimas aliquas et introitus, quibus ecclesiam S. Georgii dotari et in collegiatam formari possit, largirentur; ne quoque cunctarentur in petitionibus tam iustis et aequis sibi deesse, vicissitudinem ab eo minus crassam, si quando casus feret, pro suarum ecclesiarum profectu recepturi. Notabant pontifices et abbas, quid agere deberent, et perplexitate diversa consternati, nec mensas suas mutilare, nec preces et obsecrationes regias, quibus illos submisse et instanter exagitabat, dignum ducebant repulsum iri, formidantes quandoque contemptum precum regiarum ad suam et ecclesiarum suarum dispendium recisurum; satius itaque existimantes precariae regiae postulationi assentire, quam illam refellere, offerunt se interpellata facturos omnia. Archiepiscopus itaque Gneznensis Jaroslaus dat decimas manipulares de mensa sua circa oram Andrzeoviensem consistentes, quarum nomina subiciemus inferius, ex quibus prima praebenda; Johannes Cracoviensis episcopus dat unam decimam manipularem de mensa sua, de qua altera praebenda; Matthias vero episcopus Vladislaviensis dat villam Janczycze cum decima manipulari prope Lagow, quae alias appellatur Janczyna Wolya, de quibus tertia praebenda; abbas postremo Thyniciensis Johannes dat villam monasterii sui Brunowicze cum decima granaria et omni dominio, ex quibus quarta praebenda S. Georgii creatae et dotatae sunt, et omne ius patronatus regi Casimiro et successoribus suis Poloniae regibus perpetuo attributum; cuius facti memoriam literae una Jaroslai archiepiscopi Gneznensis, altera Matthiae episcopi Vladislaviensis, suo et capitulorum suorum Gneznensis et Vladislaviensis munitae sigillis, et quae in Cracoviensi aerario, quasque nos vidimus originaliter et attrectavimus, repraesentant, quarum exemplaria inferius annotavimus. Extabant, et pontificum Johannis Cracoviensis, abbatis quoque Thyniciensis Johannis, donationem ipsam a se factam attestantes, speciales literae, sed quo casu perierint, incertum habemus. Ordinatum insuper erat per Johannem episcopum Cracoviensem, quibus officiis et missarum solenniis praefata debebat Sancti Georgii administrari ecclesia, sed executio ipsa simul cum litera fundationis intercidit, nec a tot praebendariis non contemnendos introitus habentibus, ecclesia praefata, nisi quatuor missis lectis per singulas hebdomadas administratur, qui ut notiores sint, ipsos singillatim annotare et describere cum Dei adiutorio curabimus.

Facta autem fuit praefatae ecclesiae Sancti Georgii fundatio Cracoviae a.D. 1346, in die Beati Dionisii, praesentibus praefatis Jaroslao archiepiscopo Gneznensi, Johanne Cracoviensi, Matthia Vladislaviensi episcopis, Johanne abbate Thyniciensi, Imramo Cracoviensi, Johanne Sandomiriensi

palatinis; Wilczkone Sandomiriensi, Johanne Woyniczensi, Andrea Zarnoviensi castellanis, Floriano cancellario Lanciciensi, Andrea succamerario, Petro tribuno et Mszczugio venatore Cracoviensi, et Sbigneo cancellario regni Poloniae.

Prima praebenda S. Georgii.

Prima praebenda Sancti Georgii, quemadmodum superius descripsimus, ad petitionem Casimiri Secundi Poloniae regis per Jaroslaum archiepiscopum Gneznensem de nobilitate Bogoria, quindecim decimis manipularibus circum oppidum Malogoscz consistentibus, de mensa archiepiscopali et de consensu capituli Gneznensis fundata et dotata est, cuius copiam inferius annotabimus; collatio autem et iuspatronatus praefatae praebendae ad serenissimum Poloniae regem pertinet, nomina vero decimarum etiam inferius annotamus.

Wysznycza, villa sub parochia de Coslow sita, cuius Florianus Laszokowsky haeres de familia Jelitonum, in qua sunt . . . . lanei Cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item non est in eadem villa praedium, neque scoltetia, neque tabernae, neque hortulaniae.

Lyaszachow utraque, villa sub parochia de Coslow sita, cuius Florianus Lyaszokowsky haeres, de familia Jelitonum, in qua sunt lanei cmethonales . . . ., de quibus omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item est in eadem villa praedium unum militare, item una taberna habens agros, de quorum agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Malogoscz. Item hortulaniae non sunt in villa praefata.

Coslow, ecclesiam parochialem ligneam habens in se, cuius haeredes Jacobus et Zawischa fratres de domo Roszae, in qua sunt . . . . lanei cmethonales et tres tabernae habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad sex marcas. Item est ibi unum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia in Coslow. Item non sunt ibi hortulaniae.

Grusczyn, villa sub parochia de Coslow sita, cuius haeres . . . . . ., nobilis de domo . . . ., in qua sunt lanei . . . . cmethonales, et de omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad duas marcas. Item tabernae non sunt in eadem villa, neque hortulaniae; item est in eadem

villa praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis pro ecclesia parochiali in Crassoczin.

MYRONYCZE, villa sub parochia de Malogoscz sita, cuius haeres... Mironisky de domo Odrowansch, in qua sunt.... lanei cmethonales, et de omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item hortulaniae ....., item tabernae ....., item praedium unicum est in eadem villa militare, de cuius agris solvitur decima pro ecclesia in Rambyesczycze, ad quam attinet proprie.

RAMBYESKA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Malogoscz sita, cuius haeres Dobeslaus Charsznyczsky, nobilis de domo Odrowansch, in qua sunt .... lanei cmethonales, et de omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad unam marcam. Item non est praedium in eadem villa, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

ZAYANCZKOW, villa sub parochia de oppido Chanczini sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt .... lanei cmethonales; item scoltetia habens duos laneos; item fabrica ferri habens agros, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Item non est praedium in praefata villa, non sunt tabernae, non sunt hortulaniae.

FALISLAWYCZE utraque, villa sub parochia de Lopuszno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt lanei cmethonales, item est unum praedium regium, item est una taberna habens agros, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas solvitur et conducitur pro praebenda prima S. Georgii, et valor eius aestimatur ad tres marcas. Item non est in eadem villa scoltetia, non sunt hortulaniae.

SZNOCHOWYCZE, villa sub parochia de Lopuschno, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt ..... lanei cmethonales, item scoltetia habens duos laneos, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas pro praebenda prima S. Georgii, et valor aestimatur eius ad sex marcas. Item non est in eadem villa praedium, non sunt tabernae, nec hortulania.

DOBRZESCHYCZE, villa sub parochia de Lopuschno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt ..... lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis per quatuor ierugas pro praebenda prima S. Georgii, et valor

aestimatur eius ad tres marcas. Item praedium non est in eadem villa, non sunt tabernae, nec hortulaniae.

SZARBYCZE, villa sub parochia de Mnyno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur per quatuor ierugas pro praebenda prima S. Georgii, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Item praedium non est in eadem villa, non sunt tabernae, nec hortulaniae.

MNYNO, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres Jacobus Mnynsky, nobilis de domo Gelyta, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quorum aliquibus, paucis tamen, solvitur decima manipularis pro ecclesia in Mnyno; de maiori vero parte agrorum, item de quatuor tabernis habentibus agros, solvitur et conducitur pro prima praebenda S. Georgii tam manipularis quam canapalis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare unicum et aliquot hortulaniae, de quibus omnibus conducitur decima manipularis ecclesiae in Mnyno.

DAMBA, villa sub parochia de Bedlno, cuius haeres Dominicus Lithwos de familia Grzymalitarum, in qua sunt.... lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium, item tabernae, item hortulaniae.

SKAMPA, villa sub parochia de Zawyschina Pylczicza sita, cuius ..... Kobyelsky ......, in qua sunt lanei ...... cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro prima praebenda S. Georgii, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item praedium est ibi unum militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Pilczycza.

Secunda praebenda S. Georgii.

Secunda praebenda S. Georgii, ut in superioribus praemisimus, per Johannem Grothonis episcopum Cracoviensem, nobilem de armis et familia Rawa, dotata est de consensu et ratihabitione capituli Cracoviensis, et decima in villa Lyesczina pro dote illi assignata, cuius iuspatronatus ad serenissimum regem Poloniae pertinet; eam nunc tenet Johannes Woyschyk de Woycza custos Cracoviensis, nobilis de armis Powalya seu Ogonowye, cuius infrascripti sunt proventus.

LYESCZINA, villa sub parochia ecclesiae de Trzczana sita, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus

omnibus solvitur decima manipularis praebendae secundae S. Georgii et inducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad duodecim marcas; item decimam canapalem solvit per quatuor iuncturas. Item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae secundae S. Georgii in *gonithwam*; item praedia non militaria, neque etiam regia, sed scultetialia duo, et de utriusque agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Trzczana et conventuali; scoltetia enim est in eadem villa, duos tantummodo habens laneos, in duo praedia divisos.

Lyoszoszina, villa sub parochia ecclesiae de ...... sita, in qua etiam asseritur Johannes Cracoviensis episcopus decimam pecunialem contulisse praebendae secundae S. Georgii, sed non est praebenda in eius possessione.

Tertia praebenda S. Georgii.

Tertia praebenda S. Georgii per Matthiam episcopum Vladislaviensem, nobilem de armis Thąpor, de consensu totius capituli Vladislaviensis ad petitionem Casimiri regis Secundi data et dotata est, et villa episcopalis Janczicze alias Janczina Wolya illi in dotem assignata, de quo habetur litera specialis ipsius episcopi Matthiae originaliter in aerario Cracoviensi, cuius iuspatronatus ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet, quam nunc obtinet Georgius Lythwosz de Kazanow, nobilis de domo Grzymalitarum, cuius infrascripti sunt proventus.

Janczicze alias Jancziczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Bączkowicze villa sita, cuius proprietas et dominium ad tertium praebendarium pleno iure pertinet, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit tertiae praebendae pro annuo censu quatuordecim grossos usuales, item triginta ova, item duos caseos, item duos gallos; item tenentur propriis laboribus et aratris unum campum praedialem, et alium pro hyeme arare, seminare, metere et in horreum inducere, de frumentis tamen canonici ...... Item est in eadem villa scultetus, qui habet duos laneos proprios et prata et sylvas, item habet unam tabernam habentem agros et prata, et scolteto solvit censum; item in eadem villa est taberna una canonici habens agros et prata, et solvit pro censu unam marcam canonico; item sunt duae hortulaniae habentes agros, et quilibet hortulanus laborat unum diem in septimana pedester; item tam cmethones, tam hortulani, tabernator, quam scultetus solvunt decimam manipularem praebendae Janczyczskey et eam propriis curribus inducunt in horreum canonicale in Janczicze, et valor aestimatur eius ad sex marcas; item decima canapalis. Item in eadem villa sunt tres piscinae bonae canonicales, item in eadem villa habet

bonas sylvas, ex quibus potest notabilis provenire utilitas, si bene custodiuntur et reguntur; item in eadem villa est curia canonici bene aedificata et praedium habens agros latos, in tres campos divisos, ex quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item villa praefata confinat cum villis: Nyewszkurzow, Bączkowicze, Baranow episcopalibus, Vladislaviensis episcopatus, et cum villis militaribus Pyskrzyn et Slopyecz, et ubique sunt inter villas signa et scopuli.

Quarta praebenda S. Georgii.

Quarta praebenda S. Georgii per abbatem Johannem Thyniciensem de consensu totius coenobii Thyniciensis ad petitionem Casimiri Secundi Poloniae regis fundata et dotata est, et villa coenobii Thyniciensis Brunowicze prope Cracoviam, una cum decima frumentali et granaria in dotem illi consignata est donatione perpetua et irrevocabili, quam nunc tenet Johannes Rey de Schumsko, nobilis de armis Okscha, cuius infrascripti sunt proventus.

Brunowicze, villa sub parochia ecclesiae de Sancto Stephano in Cracovia sita, cuius proprietas ad quartum praebendarium pleno iure pertinet, in qua sunt lanci decem cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu et pro decima manipulari pro festo S. Martini pro praebendario unam marcam communis pecuniae, item duas mensuras avenae confertas, item duos capones; item non laborant aliquos dies in septimana, neque ducturas aliquas faciunt. Item in eadem villa sunt duo lanei praediales, ad praebendarium pertinentes, de quibus canonicus nulli solvit decimam manipularem et canapalem, sed solus illam percipit et in horreum suum inducit; praedium autem huiusmodi cmethones villae praefatae tenentur cum omni diligentia disponere, arando, arpicando, seminando, metendo et in horreum canonici conducendo. Habet etiam pratum, quod praedicti cmethones tenentur falcastrare, rastrare et in horreum inducere. Item in eadem villa est scoltetia, quae habet quinque laneos liberos et a censu et a qualibet decima. Item habet unum pratum magnum, item habet duas piscinas, unam magnam, alteram parvam; item habet unam tabernam, habentem agros de scoltetia illi largitos, qui nihil laborans solvit pro censu tres marcas, item quatuor hortulanias etiam habentes agros, de scoltetia illis largitos, et quilibet solvit pro censu unam marcam et unum diem pedestres laborant in septimana.

Item confinat praefata villa cum villis Thanye, et altera Brunowicze, Midlnyky, Krowodrza, Rząszka, Modlnycza, cum omnibus *uyaszdy*, sed cum Modlnycza scopuli.

Villa praefata in monte, qui dicitur Wrozna Gora, sita est, quam

anno Domini 1274. Cosmas abbas Thyniciensis, priusquam data fuisset in sortem canonicalem locaverat, ut quilibet laneus solveret pro censu novem scottos argenti usualis, et pro decima quatuor mensuras triplicis annonae, videlicet tritici, siliginis et avenae.

Privilegium dotationis primae praebendae Sancti Georgii, per Jaroslaum Archiepiscopum Gneznensem factae.

In nomine Domini Amen. Quoniam dignum est, ut supremus consolator, qui est author fidei Christianae, ex divini cultus augmentatione a Christi fidelibus congruis et debitis laudibus veneretur, proinde nos Jaroslaus, divina providentia Sanctae Gnesnen. ecclesiae Archiepiscopus, notum facimus praesentes litteras universis inspecturis, quod ecclesia Sancti Georgii sita in castro Cracoviensi, ob reverentiam divinae maiestatis et ad honorem eiusdem Sancti Georgii Martyris gloriosi per venerabilem in Christo fratrem nostrum dominum Johannem Cracoviensem episcopum nobis cum aliis fratribus nostris provinciae nostrae episcopis, et ad petitionem serenissimi principis domini Casimiri, Dei gratia regis Poloniae illustris, etiam ipso nobiscum adhaerentibus, principaliter in nomine Domini consecrata, adiunximus, et per praesentes attribuimus eidem ecclesiae nomine praebendae, de consensu fratrum nostrorum, Gneznensis capituli mensae nostrae decimas, in villis his, in Kozlow et in Gruszczin, in bino Falislawycze, in Skarbycze, et Snochowycze, in Dobreskowo, in Mnyno, in Skampe, in Zayenczek, in Wolya de Rambeszdzycz, in Dambe, in Myronicze, et in bino Laschochow, per eiusdem ecclesiae praebendarium, quicunque fuerit, perpetuis temporibus possidendas. Nihilominus qualescunque contributiones seu solutiones clerum nostrae dioecesis solvere contigerit, easdem facere idem praebendarius praenominatae ecclesiae Sancti Georgii iuxta valorem et extimationem decimarum supra scriptarum pariter cum ipso clero praedictae nostrae dioecesis teneatur. Et ne alicui de praemissis aliquod dubium in posteris habeatur, praesentes literas scribi fecimus, et nostri ac praefati Capituli sigillorum robore communiri. Actum et datum Gneznae, tertio nonas mensis Maii, anno Domini Millesimo Tricentesimo Quadragesimo Septimo; praesentibus honorabilibus viris, dominis: Ivone Praeposito, Vincentio Decano, Tomislao Cantore, Preczslao Archidiacono, Magistro Mathia Scolastico et Kyelczone Custode Gneznensibus, ac aliis pluribus fide dignis.

---

aestimatur eius ad tres marcas. Item praedium non est in eadem villa, non sunt tabernae, nec hortulaniae.

Szarbycze, villa sub parochia de Mnyno sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quibus omnibus decima manipularis et canapalis solvitur et conducitur per quatuor ierugas pro praebenda prima S. Georgii, et aestimatur valor eius ad tres marcas. Item praedium non est in eadem villa, non sunt tabernae, nec hortulaniae.

Mnyno, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, cuius haeres Jacobus Mnynsky, nobilis de domo Gelyta, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quorum aliquibus, paucis tamen, solvitur decima manipularis pro ecclesia in Mnyno; de maiori vero parte agrorum, item de quatuor tabernis habentibus agros, solvitur et conducitur pro prima praebenda S. Georgii tam manipularis quam canapalis, et valor eius aestimatur ad quinque marcas. Item est ibi praedium militare unicum et aliquot hortulaniae, de quibus omnibus conducitur decima manipularis ecclesiae in Mnyno.

Damba, villa sub parochia de Bedlno, cuius haeres Dominicus Lithwos de familia Grzymalitarum, in qua sunt.... lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis, et valor eius aestimatur ad duas marcas. Item praedium, item tabernae, item hortulaniae.

Skampa, villa sub parochia de Zawyschina Pylczicza sita, cuius ..... Kobyelsky ......, in qua sunt lanei ...... cmethonales, item una taberna habens agros, de quibus omnibus solvitur et conducitur decima manipularis et canapalis pro prima praebenda S. Georgii, et valor aestimatur eius ad tres marcas. Item praedium est ibi unum militare, de cuius agris solvitur decima ecclesiae in Pilczycza.

Secunda praebenda S. Georgii.

Secunda praebenda S. Georgii, ut in superioribus praemisimus, per Johannem Grothonis episcopum Cracoviensem, nobilem de armis et familia Rawa, dotata est de consensu et ratihabitione capituli Cracoviensis, et decima in villa Lyesczina pro dote illi assignata, cuius iuspatronatus ad serenissimum regem Poloniae pertinet; eam nunc tenet Johannes Woyschyk de Woycza custos Cracoviensis, nobilis de armis Powalya seu Ogonowye, cuius infrascripti sunt proventus.

Lyesczina, villa sub parochia ecclesiae de Trzczana sita, cuius haeres serenissimus Poloniae rex, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus

omnibus solvitur decima manipularis praebendae secundae S. Georgii et inducunt eam cmethones in horreum a canonico locandum, et valor aestimatur eius ad duodecim marcas; item decimam canapalem solvit per quatuor iuncturas. Item taberna una habens agros, item hortulaniae duae habentes agros, de quibus omnibus solvitur decima manipularis praebendae secundae S. Georgii in *gonithwam*; item praedia non militaria, neque etiam regia, sed scultetialia duo, et de utriusque agris solvitur decima manipularis ecclesiae parochiali in Trzczana et conventuali; scoltetia enim est in eadem villa, duos tantummodo habens laneos, in duo praedia divisos.

Lyoszoszina, villa sub parochia ecclesiae de ..... sita, in qua etiam asseritur Johannes Cracoviensis episcopus decimam pecunialem contulisse praebendae secundae S. Georgii, sed non est praebenda in eius possessione.

Tertia praebenda S. Georgii.

Tertia praebenda S. Georgii per Matthiam episcopum Vladislaviensem, nobilem de armis Thąpor, de consensu totius capituli Vladislaviensis ad petitionem Casimiri regis Secundi data et dotata est, et villa episcopalis Janczicze alias Janczina Wolya illi in dotem assignata, de quo habetur litera specialis ipsius episcopi Matthiae originaliter in aerario Cracoviensi, cuius iuspatronatus ad serenissimum dominum Poloniae regem pertinet, quam nunc obtinet Georgius Lythwosz de Kazanow, nobilis de domo Grzymalitarum, cuius infrascripti sunt proventus.

Janczicze alias Jancziczska Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Bączkowicze villa sita, cuius proprietas et dominium ad tertium praebendarium pleno iure pertinet, in qua sunt viginti quatuor lanei cmethonales, et quilibet solvit tertiae praebendae pro annuo censu quatuordecim grossos usuales, item triginta ova, item duos caseos, item duos gallos; item tenentur propriis laboribus et aratris unum campum praedialem, et alium pro hyeme arare, seminare, metere et in horreum inducere, de frumentis tamen canonici ...... Item est in eadem villa scultetus, qui habet duos laneos proprios et prata et sylvas, item habet unam tabernam habentem agros et prata, et scolteto solvit censum; item in eadem villa est taberna una canonici habens agros et prata, et solvit pro censu unam marcam canonico; item sunt duae hortulaniae habentes agros, et quilibet hortulanus laborat unum diem in septimana pedester; item tam cmethones, tam hortulani, tabernator, quam scultetus solvunt decimam manipularem praebendae Janczyczskey et eam propriis curribus inducunt in horreum canonicale in Janczicze, et valor aestimatur eius ad sex marcas; item decima canapalis. Item in eadem villa sunt tres piscinae bonae canonicales, item in eadem villa habet

avenae mensurae confertae Cracoviensis, item solvit duos capones, item triginta ova, item duos caseos. Item in eadem villa sunt duae tabernae, et quaelibet taberna habet proprios agros et prata, et quaelibet taberna solvit pro censu annuo tres marcas; non tenentur autem tabernatores ad aliquos labores nisi ad *powabam.* Item sunt in eadem villa tres hortulaniae habentes agros, et quaelibet solvit pro censu annuo unum fertonem, unum quoque diem in septimana pedester laborat; item tam cmethones, tam tabernatores, quam hortulani solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praebendae primae S. Aegidii Szadowska et inducunt eam propriis curribus in horreum a canonico locandum, et valor eius aestimatur ad sedecim marcas.

Item est in eadem villa curia et praedium canonicale cum pratis in tres campos divisum de cuius agris canonicus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit; item villa praefata habet specialia gaia, et quilibet cmetho, et quilibet tabernator, et quilibet hortulanus habet loca specialia designata, in quibus scindunt ligna pro eorum privata domestica necessitate, curia etiam canonicalis habet proprium gaium pro sua necessitate, item in eadem villa non est molendinum. Item ratione agrorum et pratorum, quos et quae piscinam villae capitularis Gosscza sua piscina inundavit, capitulum Cracoviense et regens villam Gosscza solvere unam marcam canonico Szadowska Sancti Aegidii tenetur.

Item villa praefata confinat cum villis Gosscza, Zagorzycze, Sweborowicze, Luczycze, Marszowicze, et ubique sunt distinctiones alias *uijaszdy.*

Secunda praebenda, Goreczka dicta.

Secunda praebenda S. Aegidii nuncupata est Goreczska, eo quod villam Gorka habet pro fundo cum pleno dominio et proprietate, quam nunc tenet Johannes Otthae de Plyeschow, nobilis de armis Bippennium, in qua sunt lanei cmethonales.

Gorka, villa sub parochia ecclesiae de Proschowicze sita, fundus est unicus praebendae S. Aegidii, ratione cuius Goreczska vocatur, in qua sunt lanei quinque cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu in festo S. Martini unam marcam et octo grossos; item tenetur quilibet de laneo in qualibet hebdomada per totum annum unum diem proprio curru aut aratro laborare, item tenentur facere ducturas, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item quilibet de laneo tenetur solvere duas mensuras avenae mensurae confertae Proschoviensis, item duos capones, item quindecim ova, caseos autem non solvunt. Item est in eadem villa taberna una habens agros, quae solvit pro annuo censu duas marcas et unum lapidem sepi, et non

laborat, sed solum ad *powabam* tenetur; item in eadem villa sunt tres hortulaniae, et omnes habent agros, duae autem habent prata, et tertia non habet; una solvit pro censu decem grossos; aliae autem duae per unum fertonem, et omnes tres unum diem in septimana pedestres laborant. Item est in eadem villa molendinum bonum in flumine Srzenyawa, de quo solvuntur canonico duae metretae emolumentorum, et tertiam sibi molendinator reservat, et valor molendini aestimatur ad duodecim marcas. Item omnes lanei cmethonales et tabernatorum et hortulanorum solvunt decimam manipularem praebendae secundae et eius canonico et tenentur eam propriis curribus inducere in horreum Gorka; decimam vero canapalem ex consvetudine praescripta non solvunt. Item in eadem villa est praedium canonicale in tres campos divisum, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum inducit.

Item praefata villa confinat cum villis Stognyewycze, Przeswodi, Kowale, Myschow, Jakubowicze et . . . . ., et inter omnes villas praefatas sunt distinctiones, quae vocantur *ujazdy*.

Item praebenda praefata secunda taxata est ad . . . .

Tertia praebenda Sancti Aegidii, cognominata Prandnyczka.

Tertia praebenda Sancti Aegidii cognominata est Prandniczska ratione fundi, quem habet in Prandnyky, quam nunc tenet Johannes Myeczynsky nobilis de armis Cygnorum, cuius infrascripti sunt proventus.

Prandnyk, villa sub parochia ecclesiae S. Nicolai ante muros Cracovienses sita, cuius proprietas et dominium ad abbatem Thyniciensem, in qua praebenda tertia Prandniczska habet decimam pecunialem de praedio et fundo, ad duos laneos aestimato, quem in praesentiam civis Cracoviensis Jacobus dictus Schelwa tenet, et solvit pro annua decima canonico marcas unam cum dimidia pecunia communi. Sunt etiam in eadem villa Prandnik alii duo lanei liberi, quos nunc tenent Martinus et Jacobus filii Martini de Batthowicze, ratione haereditatis maternae, quae Stachna vocabatur. Hi autem quatuor lanei Drwanthowe alias Dobkowskie vocabantur, qui etiam pro decima manipulari solvunt praefatae praebendae Sancti Aegidii unam cum media marcas, pecunia usuali pro festo S. Martini. Ambo autem praefati quatuor lanei habentes prata optima, in iure terrestri siti sunt, liberi ab omni censu et tributo.

Rakowycze, villa sub parochia ecclesiae S. Nicolai ante muros Cracovienses sita, cuius proprietas ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis tertiae praebendae S. Aegidii, et tenentur eam cmethones inducere in horreum a canonico locandum, cuius

valor aestimatur ad quatuordecim marcas. Item est in eadem villa curia regia et praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis praefatae tertiae praebendae S. Aegidii, item taberna una habens agrum et pratum, de quo decima manipularis praefatae tertiae praebendae, item hortulaniae.

Item praefata tertia praebenda taxata est ad ....

Notandum, quod quilibet canonicus Sancti Aegidii officiat ecclesiam praefatam Sancti Aegidii singulis septimanis duabus missis, custos autem tantum una.

TARNOVIENSIS.

Ecclesia Tarnoviensis sub aevo et regimine Vladislai Primi Poloniae regis, qui apud Polonos Anno Domini millesimo ducentesimo regnare coepit,

et qui ob brevitatem staturae Polonica lingva Loktek, quod sonat cubitalis, ad staturam enim Zachaei accedebat, appellabatur, nobilitas Lelivitarum, quae genus ex Reno et sangvine Almanico ducit, et pro insigni stellam sex cornibus radiatam lunari globo eam ad semissem circumdantem, non tunc cum pleno lucet luna, sed dum cornutam habens formam, cavo aut novo aut semipleno splendet sydere, in campo coelestino gerit, proprias et originarias perosa sedes, et in externis felicius habitatura, Poloniae regnum intravit, in aliquot familias distincta, in quibus Spiczmerus princeps sive regulus erat comes Cracoviensis, quae naturali et aquisito ingenio, pollicia et industria vigens, sylvestria dumosa, non longe a fluvio Byalya versus Alpes Poloniam et Hungariam disterminantes, porrecta incolere coepit, et frequentibus vicis in solio uberi populatis, etiam oppidum Tarnow a fruteto frequentius illic germinante, dumeta enim Poloni *tarń* vocitant, condidit. Quod cum brevi coetu humano ob administratam, oppidanis iustitiam coaluisset, in formamque urbis munitae redactum esset, Petrus Wysch Cracoviensis episcopus, devota Johannis militis de Tarnow palatini Sandomiriensis, qui Spiczmeri pronepos fuerat, sollicitatus rogatusque instantia, in praedicto oppido Tharnow ex ecclesiis tribus parochialibus A. D. 1400 collegiatam creat, et tres praelaturas, videlicet praeposituram, custodiam et primiceriatum sive cantoriam; item duas canonias praebendatas totidemque vicarias cuique praelaturae et praebendae deservituras, perpetuo duraturas, in ea format, fundat et instituit, rem divinam et horas canonicas tam nocturnas quam diurnas, in cantu regulari expleturos; ordinans

et decernens, ut ad praedictas praelaturas et praebendas nonnisi praesententur per praefatum Johannem de Tharnow palatinum Sandomiriensem, et suos successores de domo duntaxat Lelivitarum, loci ordinario; ad vicarias vero per praelatos et canonicos praeposito Tarnoviensi, actu presbyteri, residentiam ad aedem Tarnoviensem praefatam acturi personalem; privilegians insuper praepositum Tarnoviensem quemlibet pro tempore iurisdictione perpetua, qua potens sit singulos praelatos, canonicos, altaristas, vicarios, et quoslibet ecclesiae Tarnoviensis beneficiatos et ministros in causis sex florenorum summam non excedentibus, apud suum consistorium et tribunal in Tarnow, ne eorum absentia ecclesiasticae residentiae officiat, iudicare; praepositus vero ipse nonnisi coram episcopo debeat conveniri. Processu vero dierum, cum Petro Wysch de Cracoviensi episcopatu, perperam et iniuste, quasi lethargiam pateretur, eiecto, Albertus Jastrząmbyecz eidem succedens, ecclesiam praefatam amplius honoraturus, petitione Johannis de Tharnow palatini Cracoviensis promotus, A. D. 1416 iurisdictionem ordinariam in praepositum Tarnoviensem perpetuo contulit, dando sibi in singulos praelatos et canonicos beneficiatos atque ministros ecclesiae Tarnoviensis, in causis tantummodo summam decem marcarum non excedentibus, iurisdictionem, subiciendo etiam eiusdem praepositi Tarnoviensis perpetuae visitationi sex ecclesias parochiales propinguas et vicinas, videlicet Skrzysszow, Sthynwald, Zalyosszowa, Poramba, Lyszagora, et Lankowicza, quae alias visitationi archidiaconi Cracoviensis erant subiectae. In anno autem Domini 1410 praefatus Johannes de Tharnow palatinus Cracoviensis, cum germano fratre suo Spitkone Jaroslawsky de conflictu Pruthenico et cruciferico, qui anno eodem Vladislao Secundo Poloniae regi et suis proceribus feliciter provenerat, reversi, tertiam praebendam in ecclesia Tarnoviensi, quae a fundo et villa sibi in dotem assignata, Lukowska appellatur, fundant, erigunt atque dotant, sub pontificatu Petri Wisch episcopi Cracoviensis. Item quamvis a tempore fundationis praefatae ecclesiae Tarnoviensis, vicarii sex vicariis Tharnoviensibus, sex praelaturis et praebendis deservientes, fuerunt semper manuales, et a suis praelatis et canonicis quilibet vicarius ad beneplacitum instituendus et destituendus, nonnisi quatuor marcis communis pecuniae solariabatur, anno tamen Domini 145 . . . sub pontificatu Thomae Strzampinsky episcopi Cracoviensis, et de eius consensu et auctoritate, item de annuentia patroni Johannis Amor de Tarnow, item de consensu Nicolai de Radlow praepositi, et caeterorum praelatorum et canonicorum Tharnoviensium, vicarii perpetui creati sunt, et cura omnis animarum parochiae, quae hactenus apud praepositum consistebat, in vicarios transfusa est, et institutio eorum eidem praeposito Tharnoviensi, praesentatio vero praelatis et canonicis singillatim

cuilibet de sua vicaria commissa et relicta, praeter vicariam cantoris, quam non cantor Tarnoviensis, sed patronus Johannes de Tharnow et quilibet suus successor ex eo, quod illam sex marcis de suis proventibus perpetue solariavit, praesentabit et conferet.

Item circa institutionem huiusmodi perpetuarum vicariarum ordinatum et sancitum est, quod offertorium et oblationes universas ecclesiae Tharnoviensis, quae alias ad solum praepositum spectabant, percipient in commune vicarii, praeter purpuras auro aliquali intextas, item praeter stamina de adamasco et axamento, quae omnia ad casulas et ornamenta ecclesiae debent converti. In recompensam autem huiusmodi oblationum, praeposito ablatarum, custodia Tarnoviensis ad quatuor marcas, item praebenda S. Mariae de castro ad quatuor marcas, item praebenda Lukowska etiam ad quatuor marcas, item praebenda S. Bartholomaei ad duas marcas praeposito Tarnoviensi singulis annis parata pecunia solvendas, obligabantur. Item debent vicarii habere quinque marcas de mensalibus.

Item ordinatum est, quod praepositus Tarnoviensis de caetero unum vicarium perpetuum habeat, qui alias duos manuales habebat, quos solariabat; non tamen ob idem secundus vicarius praepositi deperibit, sed illum patronus et haeres de Tharnow conferet et praesentabit, qui habebit onus in Almanico praedicandi; cuius quidem vicariae collatio ideo patrono reservata est, quod in extinctionem altaris Sancti Johannis Baptistae, cuius erat patronus, ut fructus eius vicariis cederent in commune, consensit.

Item ordinatum est, quod redditus altaris Sancti Johannis Baptistae in ecclesia Tarnoviensi, quod hactenus Thicz presbyter habuit, patrono eius unico Johanne Amor de Tharnow consentiente, altaris titulo extincto, debent cedere morte Thicz sequuta, universitati vicariorum in commune.

Item ordinatum est, quod capellam S. Martini sub castro, ex qua fundata est cantoria, singuli vicarii Tharnovienses diebus dominicis ordinarie officiabunt, quam alias solus vicarius dictae cantoriae officiare consveverat.

Praepositura Tarnoviensis.

Prima dignitas in ecclesia Tharnoviensi est praepositura, quae in se onerata quondam erat cura animarum, sed sub modernis temporibus ablata est ab ea et in vicarios Tarnovienses transfusa; eam nunc tenet Nicolaus de Radlow presbyter, quae ex proventibus ecclesiae olim parochialis in Tharnow pro maiori parte dotata est, cuius infrascripti sunt redditus.

Dambrowa, villa sub parochia ecclesiae de Gora sita, fundus primarius praepositurae Tharnoviensis, ad proprietatem eiusdem et dominium

plenarie pertinens, iuxta fluvios Dunayecz et Byalya sita, in qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet laneus pro censu annuo solvit praeposito unam sexagenam, item triginta ova, item duos gallos; item caseos non solvit. Item quilibet de laneo solvit duas mensuras avenae mensurae Tharnoviensis; item non laborant aliquos dies in septimana, solum in diebus messis duos de quolibet laneo, et inquilini unam falcem mittunt ad metendum frumenta praepositi in Tharnow. Item sunt in eadem villa sylvae quercinae, quae quoties producunt glandes, toties cmethones tenentur scrophas praepositi Tharnoviensis pascere et custodire in sylvis praefatis suis custodiis et expensis; item non est in eadem villa aliquod praedium praepositi. Item est in eadem villa molendinum in flumine Dunayecz, quod solvit mensuras; item in eadem villa est taberna habens aliquos agros, quae pro censu annuo solvit praeposituræ Tharnoviensi unam marcam communis pecuniae; item non facit aliquos labores. Item decima manipularis in praefata villa post omnes agros solvitur ecclesiae parochiali in Gora, item villae eiusdem medietatem contulit praeposituræ Tharnoviensi . . ., et aliam medietatem pro certa summa pecuniae vendidit, ratione cuius donationis praepositus Tharnoviensis tenetur per se, aut alium singulis feriis secundis pro remedio animae et suorum progenitorum legere unam missam defunctorum.

Item villa confinat cum Gora, Swirczkow, item cum agris suburbanorum et oppidanorum Tharnow, et cum agris villae Kostczycze.

Tharnow. Item in suburbio praefati oppidi Tharnow habet praepositura alium fundum, praedium videlicet optimum, ad unum cum dimidio laneos Franconicos aestimatum, eius agri a vallo seu fossato civitatis Tharnow, versus villam Krzysz progressive tenduntur, consistentes inter agros, praedia et areas Michaelis ex una, et Herborth partibus ab altera, oppidanorum Tharnoviensium, de quibus quidem agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Habet etiam circa huiusmodi praedium prata bona, item hortos liberos, item pomeria optima.

Pascua. Erant quondam pascua oppidi Tharnoviensis iuxta fluvium Byala, et haec communia habebant, et communem illorum oppidani Tharnovienses habebant usum; expost vero oppidanis Tarnoviensibus in privatas possessiones et agros distributa sunt et in perpetuam possessionem assignata, de quibus possessor haeres Tarnawsky solvit decimam manipularem praeposituræ Tarnoviensi, et propriis curribus ducunt eam in horreum a praeposito locandum et valor eius aestimatur ad octo marcas; agri autem huiusmodi aestimantur ad numerum quinque laneorum.

Suburbium utrumque Tharnoviense. In utroque suburbio Tharnoviensi sunt quadraginta tres lanei et una virga sive mansi, in superiori viginti

octo lanei, in inferiori quindecim et una virga, et quilibet ratione missalium, alias in vulgari *meszne* solvere tenetur praepositurae Tharnowiensi de duplici grano puro unam mensuram siliginis et aliam avenae mensurae aequalis; decima fertonalis latorum grossorum pro episcopo . . . . Item in suburbio maiori est quidam ager, qui nunc a . . . . Czwiklicz cive Tarnoviensi possidetur, de quo praepositurae Tarnoviensi solvitur pro decima pecuniali unus ferto latorum grossorum Pragensium aut eius valor.

Grabarka, inferius suburbium Tarnoviense, villa sub parochia ecclesiae de Tharnow sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Felix de Tharnow pertinet, in qua sunt quindecim lanei et una virga, de quibus omnibus solvitur decima fertonalis pro episcopo, de quolibet ferto unus latorum grossorum; pro praeposito vero una mensura siliginis et altera avenae.

Zschadzin, villa sub parochia ecclesiae de Tharnow sita, cuius proprietas et plenum dominium ad Johannem Felix de Tharnow pertinet, in qua sunt sex lanei, de quibus solvitur decima fertonalis in latis grossis pro episcopo Cracoviensi; pro praeposito vero mensura siliginis et altera avenae.

Gumnyska, villa sub parochia ecclesiae de Tharnow sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Amor de Tharnow castellanum Woyniczensem pertinet, in qua est praedium optimum militare unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis praepositurae Tarnoviensi, et valor eius aestimatur ad decem marcas. Item in eadem villa Gumnyska sunt quatuor lanei et duae virgae cmethonales, et quilibet praepositurae Tharnoviensi pro missalibus alias *meszne* de puro grano solvit unam mensuram aequalem siliginis et unam avenae mensurae Tarnoviensis. Item sunt ibi quatuor hortulaniae, et tres solvunt pro praeposito per duos grossos, quarta vero unum grossum pro missalibus; item decimam fertonalem, quilibet solvit pro episcopo unum fertonem latorum grossorum.

Prata. Item ex pratis, quae quondam erant dominorum de Tharnow, facti sunt agri, et inter oppidanos Tharnovienses distributi, de quibus solvitur pro decima pecuniaria praepositurae Tharnoviensi una marca cum sedecim grossis.

Krzysz, villa sub parochia ecclesiae de Tharnow sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Felicem, et Johannem Amor haeredes de Tharnow pertinet, in qua sunt decem et septem lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis in latis grossis pro episcopo et pro praeposito Tarnoviensi de omnibus agris una marca ratione missalium. Item sunt ibi . . . . lanei cmethonales, qui solvunt decimam pecunialem in communi pecunia monasterio Thyniciensi per . . .

Clykowa, villa sub parochia ecclesiae de Tharnow sita, cuius proprietas et dominium ad Johannem Amor de Tharnow pertinet, in qua

sunt octo lanei cmethonales, et quilibet pro mensa episcopali solvit pro decima fertonali unum fertonem latorum grossorum vel argenti; pro praeposito vero Tharnoviensi solvit sedecim scottos et unum grossum ratione missalium.

Custos Tarnoviensis tenetur et perpetuo obligatur praepositurae Tharnoviensi annis singulis solvere de parata et numerata pecunia quatuor marcas ratione oblationum, quas praepositus resignavit pro vicariis perpetuis.

Canonicus Lukowsky tenetur et perpetuo obligatur praepositurae Tarnoviensi annis singulis solvere de parata et numerata pecunia quatuor marcas.

Praebenda S. Bartholomaei tenetur et perpetuo obligatur praepositurae Tharnoviensi annis singulis solvere de parata pecunia duas marcas.

Canonicus S. Mariae de Castro tenetur et perpetuo obligatur praepositurae Tharnoviensi annis singulis solvere de parata pecunia quatuor marcas; pecuniae autem praefatae a custode et canonicis solvuntur praeposito, medietas pro festo conversionis S. Pauli et medietas pro festo S. Jacobi. Item praepositura praefata Tharnoviensis habet aream et domum propriam optimam in oppido Tharnoviensi cum necessariis officinis aedificatam, a coemeterio usque ad muros civitatis se protendentem. Item praepositus Tharnoviensis pro tempore, ut superius praemisimus, habet in omnes praelatos, canonicos, altaristas, vicarios et quoslibet beneficiatos iurisdictionem perpetuam, restrictam tamen super debitis et iniuriis, quae se tantummodo ad sex florenorum summam extenderent; ipse autem praepositus non debet nisi coram episcopo Cracoviensi conveniri; item praepositus Tharnoviensis habet ius visitandi sex ecclesias parochiales propinquas et vicinas, videlicet Skrzyszow, Sthynwald, Zalyoszowa, Poramba, Lyszagora et Lankowycza.

Item praepositura praefata taxata est ad tres cum media marcas.

Vicepraepositura.

Item praepositus Tharnoviensis pro tempore habet vicariam perpetuam in ecclesia Tharnoviensi, cuius ipse unicus est collator, quam nunc tenet . . . ., quae quidem vicaria pro sua proprietate habet . . .

Custodia Tarnoviensis.

Secunda dignitas sive personatus in ecclesia Tarnoviensi est custodia, quae ex proventibus capellae Corporis Christi alias Sanctae Crucis nominata, in dicta ecclesia Tharnoviensi consistit, et per Spytkonem de Tarnow, olim succamerarium Cracoviensem fundata fuerat et dotata, etiam

dicta custodia fundata est et instituta, quam nunc obtinet Johannes de Jaroslaw oppido ortus, actu presbyter, cuius infrascripti sunt redditus et proventus.

Byalya Parva, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita, cuius proprietas et plenum dominium ad custodiam Tarnoviensem pertinet, sita iuxta duos fluvios Dunayecz et Byala in confluentia, ubi fluvius Byala miscetur Dunayczoni, in qua sunt ..... lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu .... Item cmethones villae praefatae omnes et singuli solvunt decimam manipularem custodiae Tarnoviensi et propriis curribus ducunt eam in horreum custodis, et valor eius aestimatur ad ...... marcas, item solvunt decimam canapalem per quatuor ierugas praefatae custodiae Tarnoviensi; item in eadem villa est curia custodis bene aedificata cum hortis et pomeriis; item est praedium, de cuius agris custos non solvit decimam manipularem alicui, sed eam pro se tollit et in suum horreum inducit; item est ibi molendinum, quod custodiae Tarnoviensi solvit singulis annis. Item praefata villa confinat cum villis......

Byalya Maior, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita, in qua sunt lanei cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis custodiae Tarnoviensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus ducere in horreum a custode locandum et valor eius aestimatur ad .... marcas, et haeres praefatae villae est .... Item taberna ...., item hortulani ...., item praedium .....

Krzysszowycze, villa sub parochia ecclesiae de Jurkow sita, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, item duae tabernae, item duae hortulaniae, habentes agros, de quibus omnibus decima manipularis solvitur praebendae Cracoviensi, quae vocatur Wyanczkowska, et valor eius aestimatur ad viginti marcas. Item in eadem villa est praedium unicum, de cuius agris solvitur decima manipularis custodiae Tarnoviensi, et valor aestimatur eius ad quatuor marcas. Villa autem praefata fuit quondam haeredum de Tharnow, nunc vero est Nicolai Creydlar civis et consulis Cracoviensis, vendita sibi per Johannem Felix de Tharnow. Item custodia praefata habet domum in oppido Tarnoviensi, item quilibet custos Tarnoviensis per se aut suum vicarium in capella Corporis Christi, alias Sanctae Crucis in ipsa ecclesia Tarnoviensi sita, cantabit singulis feriis quintis summo mane de Corpore Christi missam, singulis vero aliis diebus in praefata capella leget missam pro defunctis, nisi festum vel indevotio impediret, et oblationes illinc fiendas recipient universas vicarii Tarnovienses ..... Item praefata custodia taxata est ad ......

Vicecustodia.

Item custos Tarnoviensis pro tempore habet perpetuam vicariam in ecclesia Tarnoviensi, cuius ipse custos unicus est patronus et collator, quam nunc tenet ......

Cantoria sive primiceriatus Tarnoviensis.

Tertia dignitas in ecclesia Tarnoviensi est cantoria sive primiceriatus, ex ecclesia parochiali S. Martini, sub castro Tarnoviensi sita, et eius proventibus fundata et dotata, quam nunc tenet Stanislaus nobilis de armis Ludbrsza, cuius infrascripti sunt redditus et proventus.

LANKY SUPERIOR et INFERIOR, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam ante oppidum Pylsno sita, cuius haeres Zaklyka Myedzygorsky, nobilis de armis Bippennium, in qua sunt viginti lanei cmethonales, de quibus solvitur decima fertonalis latorum grossorum Pragensium, et quilibet cmetho de laneo solvit unum fertonem latorum grossorum, et proveniunt quinque marcae; fuit autem haec decima mensae episcopalis, sed contulit eam cantoriae Tarnoviensi .... episcopus Cracoviensis, de consensu capitulari; de aliis omnibus laneis tollit decimam fertonalem episcopus Cracoviensis. Item ibi est scoltetia habens duos laneos, et solvit ecclesiae parochiali ibidem mediam marcam latorum grossorum; item est ibi taberna sculteti, sed non habet agros, item sunt ibi septem hortulaniae, sed non habent agros.

SZDZARY, villa sub parochia ecclesiae de Straschaczyn sita, cuius haeredes Johannes Podogrodzky et Nicolaus Dambyczsky, nobiles de armis Griffonum, in qua sunt .... cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Tarnoviensi, et cmethones propriis curribus ducunt eam in horreum a cantore locandum et valor aestimatur ad quatuor marcas. Item praedium, item tabernae, item hortulaniae.

POGORSKA WOLYA, villa sub parochia ecclesiae de Skrzysschow sita, cuius haeredes Johannes Felix et Johannes Amor de Tharnow, in qua sunt lanei ..... cmethonales, de quibus omnibus solvitur decima manipularis et per quatuor ierugas canapalis cantoriae Tarnoviensi, et cmethones propriis curribus ducunt eam in horreum a cantore locandum et valor aestimatur eius ad duas aut tres marcas. Item praedium .... item taberna ..... item hortulani ......

THARNOWYECZ, villa sub parochia ecclesiae de Tharnow sita, cuius haeres Amor Johannes de Tharnow, in qua sunt ..... hortulaniae habentes agros, de quibus solvitur decima manipularis cantoriae Tarnoviensi, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad sedecim marcas. Item in eadem villa est praedium castrense in tres campos distinctum, de cuius agris solvitur decima manipularis cantoriae Tarnoviensi, et valor eius aestimatur ad ...... item hortulaniae sunt ibi ...., de quibus decima cantoriae ...., item taberna una habens agros, de quibus decima cantoriae.

SCZEPANOWICZE, villa sub parochia ecclesiae de Myedzwyedz sita, cuius proprietas ad Johannem Amor de Tarnow pertinet, in qua est unicum praedium militare, de cuius agris solvitur decima manipularis cantoriae Tarnoviensi, et valor eius aestimatur ad unam marcam de quodam parvo campo per abstractionem, de aliis autem campis praedialibus solvitur altari Assumptionis Sanctae Mariae in ecclesia Cracoviensi per Casimirum Secundum Poloniae regem, cuius tunc erat villa, fundato. Item in eadem villa sunt ..... lanei cmethonales, de quorum agris solvitur decima manipularis ....

COSCZYCZE, villa sub parochia de Gora sita, cuius proprietas ad haeredem nobilem Johannem Rokosz, nobilem de armis Ostoya pertinet, in qua sunt certa arva sive lanei cmethonales et agri iuxta fluvium Byalya, versus pontem in strata publica iacentes, de quibus solvitur decima manipularis et canapalis cantoriae Tarnoviensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum a cantore locandum et valor eius aestimatur ad unam marcam. Item cantoria praefata habet domum propriam in oppido Tarnoviensi.

Item praefata cantoria taxata est ad ......

Vicecantoria.

Item in ecclesia Tarnoviensi est vicaria perpetua seu vicecantoria, sed eius collationem non habet cantor pro tempore, sed haeres et dominus Tharnoviensis, quoties vacat, confert illam, quam nunc tenet ......

Praebenda Tarnoviensis, dicta S. Mariae de Castro.

Prima praebenda Tharnoviensis appellatur communi vocabulo Sanctae Mariae de Castro, aut Divisionis Apostolorum, quae ex proventibus, quos quondam habuit praebenda castrensis tituli S. Mariae de castro Tarnoviensi, fundata et dotata est, quam nunc obtinet Paulus de Wroczimowycze

praepositus Przemisliensis, nobilis de armis Polukosza, cuius infrascripti sunt redditus.

Brzezek, oppidum secus fluvium Uszwya situm, habens in se parochialem ecclesiam ligneam, cuius haeres Spythek de Myelsthyn, nobilis de armis Dolywa, in qua sunt ..... lanei oppidanorum, de quibus solvitur decima manipularis praebendae Lukowska et per oppidanos propriis curribus ducitur in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad ...... item decimam canapi. Item non est ibi aliquod praedium militare, item est molendinum in fluvio Usszew, item hortulaniae, item ager plebani, qui non solvit alicui decimam, sed eam pro se tollit.

Zadownyky, villa etiam iuxta fluvium Uszew sita, cuius proprietas ad serenissimum dominum regem Poloniae pertinet, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, in qua sunt ...... lanei cmethonales, de quibus perceptio decimae variatur; nam de ..... laneis cmethonalibus tollit decimam manipularem praesens praebenda Lukowska, et tenentur illam incolae ducere in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad .... marcas, item decimam canapi, item de decem laneis cmethonalibus solvitur decima fertonalis latorum grossorum Pragensium mensae episcopali Cracoviensi. Item est in eadem villa praedium regale et curia, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae ibidem consistenti; item tabernae, item hortulaniae sunt ibi.

Pomyanow, villa sub parochia ecclesiae de Jasszyenyecz sita, cuius haeres Spythek de Melsthyn, nobilis de armis Lelywa, in qua sunt ...... lanei cmethonales, de quibus solvitur decima manipularis praebendae primae Tarnoviensi, et tenentur illam incolae propriis curribus ducere in horreum a canonico locandum et valor eius aestimatur ad ...., item decimam canapi. Item in eadem villa est praedium unicum militare, de cuius agris solvitur decima manipularis ecclesiae in Jasszyenyecz; item tabernae; item hortulaniae. Item praefata praebenda domum habet iuxta domum praepositi et praebendae Lukowska.

Item praefata praebenda taxata est ad ....

Vicaria primae praebendae Tarnoviensis.

Item praefata praebenda S. Mariae de Castro prima habet vicariam perpetuam in ecclesia Tarnoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet ....

Secunda praebenda Tarnoviensis Sancti Bartholomaei.

Secunda praebenda Tarnoviensis, quae vocatur S. Bartholomaei, fundata et dotata est ex proventibus altaris quondam Sancti Bartholomaei, in ecclesia Tarnoviensi siti, quam obtinet Martinus de .... presbyter, cuius infrascripti sunt proventus.

Tarnovienses Pistores. Item Tarnovienses pistores solvunt solvereque tenentur pro censu annuo et perpetuo ratione suorum macellorum sex marcas in parata et numerata pecunia pro festo Sancti Martini, solvendas praebendae Tarnoviensi secundae.

Camerae sutorum. Item in oppido Tarnow sunt camerae sutorum, de quibus sex marcae solvuntur praebendae secundae Tarnoviensi pro censu annuo et perpetuo, qui debet solvi in festo S. Martini. Item praebenda praefata habet domum in Tarnow contiguam domui praebendae S. Mariae de castro.

Item praebenda praefata taxata est ad ....

Vicaria secundae praebendae.

Item praebenda secunda Tarnoviensis, quae S. Bartholomaei appellatur, habet vicariam perpetuam in ecclesia Tarnoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet ......

Praebenda tertia Tarnoviensis, dicta Lukowska.

Tertia praebenda Tarnoviensis, quae vocatur Lukowska, fundata et dotata est, ut in superioribus praemisimus, per Johannem de Tarnow palatinum Cracoviensem et germanum eius Spitkonem Jaroslawsky, quam nunc obtinet Johannes de Bobowa presbyter, cuius infrascripti sunt proventus.

Lukow, villa sub parochia ecclesiae de Lyssza Gora sita, fundus unicus praebendae tertiae dictae Lukowska Tarnoviensis, cuius proprietas et dominium ad canonicum praebendae Lukowskey pro tempore pertinet, in qua sunt novem lanei cmethonales, et quilibet pro censu annuo solvit canonico in festo S. Martini communis pecuniae ....

Item quilibet de laneo solvit pro canonico triginta ova, duos gallos et duos caseos; item solvunt avenam alias *osszyep*, sed non pro canonico,

sed pro haerede et domino Tarnoviensi, quilibet de laneo duas mensuras; item in praedio canonici ibidem in Lukow laborant pro vere et hyeme *iutrzyni* arando, arpicando, seminando, metendo, conducendo. Item est in eadem villa praedium canonicale habens agros, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit; item in eadem villa est curia canonicalis bona, habens pomerium; item est taberna, sed non habet agros, quae pro censu annuo solvit canonico ......, item sunt hortulaniae ...., item sunt piscinae .... canonici. Item cmethones villae praefatae Lukow solvunt decimam manipularem decanatui Cracoviensi, et ducunt eam propriis curribus in horreum a decano locandum, et eius aestimatur valor ad quatuordecim marcas; item praefata praebenda habet domum pro sua praebenda in Tarnow, iuxta domum praepositi a sinistra, et domum praebendae S. Mariae a dextra, sitam.

Item villa praefata confinat cum villis .....

Item praefata praebenda Lukowska taxata est ad .....

Vicaria tertiae praebendae.

Item praefata praebenda Lukowska tertia habet vicariam perpetuam in ecclesia Tarnoviensi, cuius canonicus pro tempore unicus est collator et patronus, quam nunc tenet ......

Bona vicariorum Tarnoviensium in communi.

Vicarii Tharnovienses postquam ex manualibus et temporalibus anno Domini 146...... per Thomam episcopum Cracoviensem, ad petitionem et instantiam Johannis Amor de Tharnow patroni, et Nicolai de Radlow praepositi Tarnoviensis ecclesiae, perpetui creati sunt, proventus etiam proprios et perpetuos, quos aequaliter inter se annis singulis dividunt, habere coeperunt, quos etiam in praesenti regestro annotabimus.

Inprimis habent vicarii Tarnovienses omnes oblationes, omnia offertoria, item omnes quaestus et obventiones, quaecumque et quicunque de ecclesia parochiali et collegiata Tharnoviensi proveniunt quomodolibet; item morticinia omnia sive funeralia, quae in funereis exequiis ponuntur, praeter purpuras auro intextas, aut pannos adamascinos aut axamentinos, quae et qui in ornamenta ecclesiae Tharnoviensis debent converti. Item habent omnem censum mensalium oppidi et suburbiorum Tharnoviensium, ad quem solvendum singuli oppidani suburbani et inquilini obligantur, ita quod quilibet hospes pro festo Paschae tenetur medium grossum, pro festo vero S. Michaelis alium medium grossum, et quilibet inquilinus tantum dimidium solvere,

et proveniunt de huiusmodi censu quinque marcae. Item habent omnes census altaris S. Johannis Baptistae eis incorporatos et unitos, videlicet octo marcas, quorum quatuor marcae arendato praedio, quod dictum altare habebat, illis proveniunt, et quatuor marcae ex cameris pannicidarum; cuius quidem altaris, quia haeres iuspatronatus et collationem cessit, et titulum eius extingvi consensit, collatio vicecantoriae sibi attributa et concessa est. Item cantoria Tarnoviensis et eius cantor pro tempore solvit solvereque tenetur universitati vicariorum sex marcas annis singulis de suis proventibus, quas suo vicario temporali et manuali, antequam in perpetuos redigerentur, solvere consveverat.

Bona ecclesiae Gneznensis, in dioecesi Cracoviensi consistentia.

Gneznensis archiepiscopatus quemadmodum loco et ordine caeteris archiepiscopatibus et episcopatibus in Poloniae regno celsior et prior est, primatum supra omnes tenens; ita et latitudine dioecesis, et amplitudine proventuum est diffusior. Et sicut omnium archiepiscopatuum et episcopatuum Poloniae Gneznensi archiepiscopo pro tempore dispensatio est credita, curaque illorum sibi immineat, primariusque consiliarius regni Poloniae censeatur, ita ad respublicas tam ecclesiae Polonicae, quam regni Poloniae bene gerendas, expediendas curandasque, frequenter cogitur Cracoviensem urbem, velut regiam et Polonorum metropolim praecipuam visitare. Quod ut facilius exequi possit, habet prope Cracoviam tres villas ad suam proprietatem et dominium pertinentes, antiquorum regum et principum Poloniae sibi providentia et munificentia perpetuo donatas, habet et domum muratam sub castro Cracoviensi et supra fluvium Rudawa sitam, in qua se possit sub quolibet necessitatis et sui adventus in Cracoviam articulo cum omni familia et supellectili suae curiae recolligere, et dignam atque honestam ducere mansionem. Habet et in zupis Wieliciensibus atque Bochnensibus centum marcas latorum grossorum Pragensium annui census a Casimiro Secundo Poloniae rege inscriptas. Habent et vicarii Gneznenses etiam quinquaginta marcas similium grossorum latorum Pragensium, eorum universitati per praefatum Casimirum Secundum Poloniae regem inscriptas. Habet et Gneznensis scholastria institas in circulo Cracoviensi sibi perpetuo censuales, quorum omnium in regestro praesenti ad perpetuam rei memoriam, ne possint apud posteros verti in dubium, specialem faciemus descriptionem.

Prusszy, villa sub parochia ecclesiae de Luborzycza sita, cuius proprietas et dominium ad archiepiscopum Gneznensem pro tempore pertinet, in qua sunt septem cum medio lanei cmethonales, et quilibet laneus

pro annuo censu solvit archiepiscopo Gneznensi unam cum dimidia marcas, minus quatuor grossorum. Item in eadem villa est curia archiepiscopalis, habens agros praediales, de quibus nulli solvit decimam, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit; item in eadem villa est una taberna habens agros, quae pro annuo censu solvit archiepiscopo Gneznensi duas marcas, et omnes labores implet et dacias solvit, ut alter cmetho, quoniam tenet medietatem octavi lanci cmethonalis, item tenetur foenum curiae colligere. Item in eadem villa sunt tres hortulaniae habentes agros de praedio, et quaelibet solvit unum fertonem pro censu et unum diem in septimana pedester laborat; item molendinum et piscina bona in flumine Luborzyczka, et molendinator habet agros et solvit pro annuo censu Gneznensi archiepiscopo tres marcas, et duos porcos saginat in anno. Item taberna, hortulaniae et molendinum tenent de agris cmethonalibus medium laneum et de illo solvunt decimam manipularem praebendae Cracoviensi dictae Karnyowska; habent etiam agros de praedio eis largitos, de quibus solvunt decimam manipularem pro archiepiscopo Gneznensi. Item omnes lanei cmethonales villae praefatae solvunt decimam manipularem et per quatuor ierugas canapalem praebendae Cracoviensi dictae Karnyowska, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a canonico locandum et valor aestimatur eius ad octo marcas; item quilibet cmetho de laneo tenetur in septimana proprio curru aut aratro laborare duos dies per totum annum; a festo autem S. Margarethae usque ad festum S. Bartholomaei tenetur quilibet de laneo laborare tres dies; item ducturas facere tenentur coniunctim, alias *sprzansza*, sed ad rationem dierum in septimana debitorum; item ratione *powabae* tenetur quilibet de laneo octo sulcos pro hyeme et totidem pro vere arare, arpicare, seminare frumento curiae, metere et in horreum conducere; item quilibet de laneo tenetur dare triginta ova, item duos capones, item duos caseos; item non solvunt avenam, neque triticum. Item villa praefata habet parvum gaium.

Item villa praefata confinat cum villis Szulechow, Luczianowicze, Lubocza, Grambalow, Cantorowicze, Zasczithow, Wictorowicze, Maczyeowicze, et ubique sunt *ugiaszdy*.

Summa census facit sedecim marcas, novem scottos.

Byskupycze, villa sub parochia ecclesiae de .... sita, cuius proprietas et dominium ad archiepiscopum Gneznensem pertinet, in qua sunt .... lanei cmethonales, de quibus solvitur pro annuo censu archiepiscopo Gneznensi .... Item in eadem villa est curia archiepiscopalis bene aedificata, habens agros praediales, de quibus decimam nulli solvit, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit; item in eadem villa est taberna, habens agros, quae pro annuo censu solvit archiepiscopo ....; item in eadem

villa sunt hortulaniae; item omnes lanei cmethonales, item omnes agri hortulanorum et tabernatoris solvunt decimam manipularem archiepiscopo Gneznensi et per quatuor ierugas canapalem, et tenentur eam incolae villae propriis curribus ducere in horreum ab archiepiscopo locandum.

Crolyewicze, Chroszlina. Habuit et archiepiscopatus ecclesiaque Gneznensis in dioecesi Cracoviensi praeter bona suprascripta duas villas bonas, videlicet Crolyewicze et Chroszlina in terra Sandomiriensi et Cracoviensi sitas, quarum altera sub parochia de Bessczye, altera sub parochia de Gorzkow consistit, una cum decimis manipularibus villarum praefatarum. Sed Casimirus Secundus Poloniae rex datis duabus villis regiis, videlicet Czyenya et Michalow prope Calysch in terris Maioris Poloniae archiepiscopo Jaroslao, et ecclesiae Gneznensi a. D. 1359 praefatas duas villas Krolyewycze et Chroszlina cum earundem decimis manipularibus, item villam Czarnkow ante Konin absque decima, ab ecclesia et archiepiscopo Gneznensi capitulo consentiente, per cambitionem accepit, et villas quidem sibi retinuit, in decimis vero manipularibus Krolyewicze et Chrozslyna altare sub honore Sanctae Crucis in ecclesia Cracoviensi, ante quod diem obiens sepultus est, fundavit.

Wyelyczka, oppidum. Notandum, quod cum Johannes alias Janislaus Gneznensis archiepiscopus, a. D. 1318 ultima die mensis Octobris, vasa aurea et argentea ecclesiae Gneznensi in castrum regium Chańczini ob gwerram inter Vladislaum Loktek Poloniae regem et cruciferos de Prussia exortam, deportari fecisset, Casimirus Poloniae rex eidem Vladislao patri in regnum succedens, vasa praefata Gneznensi ecclesiae restituere vel non potuit, vel noluit, vel dissimulando detractavit, damnum tamen ecclesiae Gneznensi ex huiusmodi vasorum alienatione et reformaturus et instauraturus, praefatae ecclesiae Gneznensi et suis archiepiscopis censum annuum centum marcarum latorum grossorum Pragensium ex zuppa Wyelyciensi solvendarum, donec universa vasa praefata aut eorum valorem ecclesiae Gneznensi redderet, donavit, appropriavit et inscripsit, et tam se quam successores suos reges Poloniae, et omnes officiales zuppae Wyelycziensis tam maiores quam minores ad solvendum huiusmodi centum marcarum censum, sub censuris ecclesiasticis, usque ad sententiam interdicti inclusive per archiepiscopum Gneznensem ferendis, obligavit; ad quam quidem obligationem et censurarum per archiepiscopum Gneznensem promulgationem, Johannes Grothonis episcopus Cracoviensis, per literas patentes et sigillo suo munitas consensit, ab eoque tempore Gneznenses archiepiscopi censum praefatum centum marcarum latorum grossorum integraliter et absque impedimento tollunt et percipiunt, et censum ipsum in usus privatos convertunt, vasorum autem ecclesiae Dei Gneznensi instauratio neque sentitur, neque videtur,

sed nec speratur; vasorum autem praefatorum talis fuit conditio, numerus et valor ....

Cracovia. Habet Gneznensis archiepiscopatus extra muros Cracovienses sub castro Cracoviensi iuxta fluvium Rudawa domum sitam, curiam optimam et domum in ea latericeam, quam Nicolaus Curowsky archiepiscopus tunc Gneznensis, pro certa summa pecuniarum a Demetrio de Bozydar regni Poloniae thesaurario comparavit, et ecclesiae Gneznensi pro perpetuo memoriali et insigni reliquit, quae et in hanc diem domus archiepiscopalis Gneznensis appellatur, liberam cum suis hortis et pomeriis ab omni servitute, censu et tributo.

Vicarii Gneznenses.

. . . .

Scholastria Gneznensis.

. . . .

Bona episcopatus Wladislaviensis, consistentia in dioecesi Cracoviensi.

Wladislaviensis ecclesia cathedralis et cathedrae honorem inter novem Polonicae Ecclesiae cathedrales ecclesias a Boleslao Chabry Polonorum principe, eodemque postmodum rege fundatas, sortita; primum apud Kruszwiciense oppidum ad paludem magnam seu lacum, qui a Polonis Goplo nominatur, et ex quo fluvius non ignobilis Nothesz derivatur, situm, fundata et erecta fuit, illique annis multis cathedram suam in capite et membris tenuit, Kruszwiciensis quoque episcopatus et dioecesis vocitabatur. In annalibus quoque veteribus Cracoviensibus ecclesiae reperio, Burnam uxorem quondam Hogeri Crusvicziensis ecclesiae episcopi, capitulo Cracoviensi villam insignem Wilczansze, quam et in hanc diem Cracoviense retinet capitulum, duobus miliaribus a Cracovia a fluvio Visla parum remote distantem, sitam, perpetua largitione donasse. Dum itaque praefata cathedralis ecclesia Kruszwiciensis, quae processu temporis ad Vladislaviensem ecclesiam, in qua nunc consistit, propter situm praestantiorem et commoditates ampliores foret translata, apud Kruszwiciam consisteret, Judith Poloniae regina, ita enim ab omnibus annalibus et historiographis Poloniae appellatur, quam et nos illo dignamur honore, consors Wladislai, qui

cognominabatur Hermanus, filius Casimiri Primi, primi monachi, et frater germanus Boleslai munifici Secundi, interfectoris Beatissimi Stanislai Cracoviensis episcopi, Poloniae regum, filia quoque Wratislai ducis Bohemiae, dexteritatem suam in Cracoviensem ecclesiam, dando capitulo Cracoviensi bona Cropisz, quae nunc Pabyanicensia appellamus, et in monasterium Thyniciense, dando illi bona Xangnicze, ostendisset; in Kruszwiciensem quoque ecclesiam pari devotione et liberalitate usura, castellaniam Lagoviensem cum villis, sylvis, nemoribus, venationibus, mineris et ferrifodinis, ad illam quomodolibet pertinentibus in terra Sandomiriensi et dioecesi Cracoviensi, haud longe a monte et coenobio Sanctae Crucis Calvariae sitam, perpetua et irrevocabili donatione, viro suo Vladislao Poloniae duce et monarcha nequiquam impediente, aut obstante, perpetuo donavit, contulit et inscripsit. Fuitque et est ecclesia Wladislaviensis in singulorum huiusmodi bonorum proprietate, dominio, donatione possessioneque quieta, a tempore donationis praefatae, quae facta est A. D. 1086, usque in hodiernum diem, absque omni renitentia et impedimento. Sed et ratione bonorum castellaniae Lagoviensis praefatae iuspatronatus omnium beneficiorum ecclesiae collegiatae S. Michaelis in castro Cracoviensi, aut saltem sub eodem tempore, quo castellania Lagoviensis donabatur, dictum iuspatronatus ecclesiae S. Michaelis in episcopum Kruszwiciensem et suos successores per praefatam Judith Poloniae reginam fuit attributum et transfusum; et quamvis non inficiar, quod praefatam castellaniam Lagoviensem ipsa Judith Poloniae regina, viri sui Vladislai praefati Poloniae ducis et monarchae ratihabitione et consensu speciali accedente, in Kruszwiciensem ecclesiam et episcopatum perpetuo donare potuerit, satis tamen dubito, et singulari ambiguitate contrahor, quo iure, quove titulo et qua iusticia Kruszwiciensis sive Vladislaviensis episcopus decimas manipulares in villis, ad castellaniam Lagoviensem pertinentibus, quarum fere omnes in nova radice post donationem de castellania Lagoviensi per Judith factam, constat consurrexisse, in aliena dioecesi in omnibus villis dictae castellaniae ab ordinario Cracoviensi, cuius de iure et consvetudine esse debuerant, sibi usurparit, nisi forte eadem Poloniae regina Judith, temporalitate castellaniae donata, donationem etiam decimarum manipularium, in radice nova iam tunc consurgentium et consurrecturarum, a Cracoviensibus episcopis, intercessione et gratia, qua pollebat, et cui tunc nihil negabatur, impetrarit, aut Cracovienses episcopi in requirendis, quae ad illos pertinebant, manipularibus decimis, donec lapsa fuerit iuris pontificalis transcriptio, fuerint quod magis crediderim negligentes; pro firmo siquidem certo et comperto habeo, quod Lagoviensis castellania pro ea tempestate, qua Kruszwiciensi ecclesiae donabatur, tenuis et langvida fuerit, frequentior saltibus, solitudinibus et indaginibus, quam agris

cultis et vicis, feracior feris et nemoribus, quam habitatoribus et frugibus; sed processu dierum usque ad nostra tempora assiduo studio et cura mortalium, ad plurimas commoditates tam villarum, quam piscinarum sive marium fuit et est exculta. Cultura quoque eius assidue increbrescit, et nisi dissimulatio et negligentia episcoporum Cracoviensium, aut aliquod ius singulare pro episcopis Kruszwicziensibus stetisset, debebant omnes decimae manipulares in villis castellaniae Lagoviensis consistentes, ad episcopum Cracoviensem pro tempore, aut parochiales ecclesias Cracoviensis dioecesis, sub quorum parochiis et finibus oriebantur, de iure communi et praescripto pertinere. Vendicavit itaque sibi Kruszwicziensis seu Vladislaviensis episcopatus non solum castellaniam Lagoviensem et villas sub eius territorio locatas, sed et decimas manipulares in eisdem oppido et villis consurgentes, et illas in suam proprietatem praescriptione diuturna traduxit, mensamque suam episcopalem et eius introitus, in praefata castellania Lagoviensi per appropriationem decimarum manipularium, non tam suo studio et solertia, quam episcoporum Cracoviensium torpore et incuria, duplicavit. Praefatae autem Lagoviensis castellaniae et villarum eius in Cracoviensi dioecesi consistentium, et ad Vladislaviensem ecclesiam pertinentium, et nomina et iura, et introitus et decimas, singulosque census et obventiones conscripsimus, ne aliquo casuali et violento obruerentur eventu. Ad honorem omnipotentis Dei et memoriam futurorum quamlibet oblivionem praesentis scripto firmamento evitatura.

Lagow, oppidum, habens ecclesiam parochialem, pro media parte in choro muratam, alteram vero ligneam, et est matrix ecclesiae de Baczkowicze, cuius proprietas et dominium ad episcopum Vladislaviensem pertinet, in quo sunt . . . lanei oppidanorum, et quilibet pro annuo censu solvit . . .

Macella in eodem oppido sunt sex, duo advocati et quatuor mensae episcopi Wladislaviensis, et de quolibet solvitur per unum lapidem sepi pro censu annuo.

Item est ibi balneum, de quo solvitur pro annuo censu una marca communis pecuniae in manus tenutarii.

Advocatus est in eodem oppido, et habet duos laneos; item habet in eodem oppido septem hortulanos, et laborant sibi unum diem in septimana, aut qui non laborat diem, tenetur pro annuo censu solvere mediam marcam; item idem advocatus habet molendinum sub civitate cum piscina, in quo solum eiusdem advocati homines debent molere; item advocatus habet ibidem alias duas piscinas praeter illam, in qua est molendinum; item idem advocatus tenetur servire ad bellum in uno equo cum ballista, sed debet tres marcas ratione expeditionis; item idem advocatus tenetur portare literas

ad aliam tenutam, et non alibi, solum ad Wolborz aut propius. Item advocatus de omnibus poenis in iudicio lapsis, habet tertium denarium; item idem advocatus habet ibidem unam tabernam, de qua sibi una marca datur, et brascum idem tabernator in molendino advocati tenetur molere. Item idem advocatus tenetur ex oppido eligere censum annuum, videlicet duodecim marcas cum media pro festo Sanctae Trinitatis, item alias duodecim marcas cum medietate pro festo S. Martini idem advocatus tenetur eligere et manibus tenutarii consignare.

Summa totius census ex oppido viginti sex marcae.

Molendina tria, ad idem oppidum pertinentia, perpetuique molendinatores in eisdem resident. Item in primo molendino Matthias Scora sub oppido residens, debet et tenetur septimanatim solvere duos choros siliginis; sed valde defectuosum est in aqua.

Secundum molendinum, in quo Petrus Scora praesidet, frater eiusdem Matthiae, et de eodem solvit septimanatim tres choros siliginis. Item Matthias Scora molendinator post decursum medii anni molit brasca, et Petrus molendinator per aliud medium annum etiam in suo molendino molit brasca, et in quolibet brasco octo chori continentur. Item talimodo de brasco disponitur: committit procurator alicui civi signa, alias *czechy*, apud quem stat cista, in qua brascum servatur; item *cechy* sunt sedecim, quia alias apud molendinatorem stipendarii recipiebant; item quando signa exemit, sive dantur de manibus civis, fiunt tria brasca, et quodlibet brascum continet in se octo choros, et sic veniunt sedecim chori pro curia, et octo molendinatori. Item huiusmodi *cechy* exemit de manibus civis infra tres aut quatuor septimanas.

Habet in eodem oppido plebanus septem domos in eodem iure, sicut et episcopus.

Viginti septem oppidani sunt in eodem oppido, qui ollas laborant, et ab artificio annuatim quilibet unam capeciam sive sexagenam ollarum dat pro curia, demptis illis, qui in villis sunt, qui etiam taliter solvunt.

Tertium molendinum vocatur Stary Mlyn, de quo sexaginta chori annuatim solvuntur.

Sylvae Lagovienses conveniuntur singulis annis, et quilibet conveniens dat sex aut septem scottos et unam mensuram avenae, duos capones de uno curru per integrum annum, et non debet recipere nisi ligna iacentia, sicca, arida; item et recentia demptis arboribus, quercu, tilia, abiete, alias *gyedlina*, *buczina* et *lyeszczina*.

Nyewskurzow, villa sub parochia ecclesiae de Baczkowicze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Vladislaviensem pertinet pro tempore, in qua sunt triginta lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo

censu decem et octo grossos. Item quilibet cmetho de laneo tenetur unum diem in septimana laborare; item non dant avenam; item quilibet de laneo tenetur arare, seminare, metere et in horreum inducere ad curiam episcopi; item cmethones tenentur seminare tres choros siliginis et tres avenae de semine curiae, item quilibet cmetho de laneo solvit et dat duos currus foeni; item tenentur ad *powabam*, item solvunt per tres gallos, per triginta ova; item faciunt ducturas in Oppathow, in Bodzanczin absque die; item cmethones villae praefatae dant episcopo stationem, item prata circa Pyrkow in loco Poramby omnes villae disponunt; item quilibet de laneo solvit mediam quartam papaveris aut canapi, item ad rationem diei tres currus lignorum pro curia ducunt; item non solvunt praefatae villae cmethones caseos.

Scoltetus. Item est in eadem villa scoltetus, habens tres laneos et hortum, et tenetur ad expeditionem bellicam et ad portandas literas, et de agris et laneis huiusmodi solvit decimam manipularem pro episcopo Vladislaviensi in *gonithwam*. Item sunt in eadem villa tres tabernae habentes agros, et quaelibet pro annuo censu pro episcopo mediam sexagenam, et pro scolteto mediam solvit etiam sexagenam; item post omnes agros cmethonales et tabernatorum atque scolteti solvitur decima manipularis et canapalis episcopo Vladislaviensi, et tenentur eam propriis curribus inducere in horreum ab episcopo locandum et valor eius aestimatur ad viginti marcas.

Item notandum, quod decimam praefatam manipularem in Nyewskurzow Jacobus de Senno episcopus Vladislaviensis, de consensu sui capituli, recepta a sorore sua germana Dorothea, relicta Johannis de Conyeczpolye regni Poloniae cancellarii, infula margarethis intexta et duabus ampulis argenteis deauratis pro ecclesia Vladislaviensi, ecclesiae conventuali et monasterio in Wyelgi Mlyn Gneznensis dioecesis perpetuo donavit, et ab ecclesia Vladislaviensi decimam insignem in villa sua consistentem, pro re temporali alienavit.

Item villa praefata confinat cum villis Pirkow, Baczkowicze.

Baczkowicze, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam sub titulo S. Nicolai, cuius proprietas ad episcopum Vladislaviensem pertinet pro tempore, in qua sunt octo lanei cmethonales, de quibus omnibus pro annuo censu episcopo solvuntur et de quolibet eorum singillatim solvitur media sexagena; item dant per tres gallos, per triginta ova, et caseos non solvunt; item quilibet cmetho de laneo tenetur laborare unum diem in septimana; item non dant avenam. Item quilibet cmetho de laneo tenetur arare, seminare, metere et in horreum inducere tres choros de semine siliginis et tres avenae curiae; item quilibet cmetho de laneo solvit duos currus foeni, item omnes cmethones tenentur ad *powabam*, item faciunt ducturas in

Oppathow et Bodzanczin absque die; item praefati cmethones praefatae villae dant stationem pro episcopo Vladislaviensi. Item pratum dictum Nowy Mlyn, quod cum duabus villis aliis Szyrniky et Olszowyczecz tenentur falcastrare.

Olszchownycza, villa in iure Theutonico sub parochia de Baczkowicze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Vladislaviensem pertinet, in qua sunt decem et novem lanei cmethonales, de quibus omnibus solvuntur sedecim grossi; septem videlicet grossi pro festo Sanctissimae Trinitatis, et novem pro festo S. Martini. Item est in eadem villa scoltetus habens laneos tres, de quibus ad bellum tenetur servire et literas portare; item sunt in eadem villa duae tabernae, una episcopalis et alia scolteti, de quarum una solvuntur episcopo tres floreni, medietatem pro festo Sanctissimae Trinitatis, et medietatem pro festo S. Martini; item praefati cmethones tenentur arare, metere et seminare praeter diem, item seminant duas metretas de semine curiae praeter diem, item tenentur ad *powabam*, item dant duos gallos, et solvunt caseos, item solvunt per triginta ova. Item post omnes cmethonales agros datur decima manipularis episcopo, post agros vero scolteti decima manipularis solvitur plebano in Baczkowicze.

Zyrniky, villa sub parochia ecclesiae de Baczkowicze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Vladislaviensem pertinet, in qua sunt undecim cum medio lanei cmethonales, de quibus omnibus pro annuo censu solvuntur viginti grossi, medietatem pro festo Sanctae Trinitatis et medietatem pro festo S. Martini. Item sunt in eadem villa tres tabernae, duae solvunt per tres fertones, tertia unam marcam, et omnes dictae tabernae inhabitatores faciunt auxilia alias *pomoczy* absque die, videlicet metunt duobus hominibus, item pratum disponunt una cum cmethonibus eiusdem villae sine die; item sunt ibidem in eadem villa tres hortulani, et quilibet laborat unum diem in septimana pedester, et nihil solvunt; item faciunt ducturas cmethones villae praefatae in Oppathow et in Bodzanczin. Item est ibi praedium bonum episcopi, post cuius agros solvitur decima manipularis ecclesiae in Modlybozycze, cuius aestimatur valor ad duas marcas; item decima manipularis et canapalis solvitur episcopo post omnes agros cmethonales et tabernales, et aestimatur eius valor ad octo marcas; item solvunt et dare tenentur stationem. Item non solvunt avenam; item solvunt per tres gallos et per triginta ova.

Baranow, villa sub parochia ecclesiae de Baczkowicze sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Vladislaviensem pertinet pro tempore, in qua sunt quatuordecim lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit mediam marcam et duos grossos. Item sunt in eadem villa tria molendina, unum solvit unam marcam, alterum duas marcas, tertium in

Pyskrzin unam cum media marcas et molendinator tenetur vetera reformare; item in Pyskrzin est una taberna, quae solvit unam sexagenam, item quilibet cmetho de laneo tenetur dare unum currum foeni; item non laborant cmethones dies in septimana, solum seminant mensuras. Item est in eadem villa pratum, quod tenentur disponere absque die; item aliud pratum in Pyskrzin, quod etiam sine die disponere tenentur. Item sunt ibidem duae tabernae, quae solvunt per unam sexagenam, de quibus etiam sculteto medietas cedit; item est ibi una hortulania et solvit octo grossos. Item cmethones villae praefatae faciunt ducturas in Bodzanczin et in Oppathow, item tenentur ad *powabam*, item solvunt stationem; item cmethones villae praefatae dant per triginta ova et per tres gallos; item est in eadem villa scultetus, habens tres laneos, et tenetur servire ad bellum et literas portare. Item post omnes agros tam cmethonales quam scoltetiales solvitur decima manipularis episcopo Vladislaviensi, et tenentur eam propriis curribus inducere in horreum ab episcopo locandum.

Wschechow, villa in iure Theutonico sub parochia ecclesiae de Baczkowicze sita, in qua sunt lanei cmethonales viginti septem cum medio, et quilibet pro annuo censu solvit unum fertonem, proprietas autem et dominium praefatae villae ad reverendissimum dominum episcopum Vladislaviensem pertinet. Item cmethones villae praefatae dant tres gallos et triginta ova; item cmethones praefatae villae tenentur ad *powabam*, item tenentur arare, metere, et de semine curiae seminare mensuras; item faciunt ducturas ad Oppathow et Bodzanczin. Item est in eadem villa scultetus habens tres laneos, de quibus tenetur servire ad bellum, quemadmodum et alii; item sunt in eadem villa quatuor tabernae; prima solvit unam sexagenam, medietatem pro episcopo et medietatem pro sculteto; secunda unam marcam et tres fertones pro episcopo et unum fertonem pro scolteto; tertia solvit unam marcam, medietatem pro episcopo et medietatem pro scolteto; quarta solvit marcam et sex grossos pro episcopo et medietatem pro scolteto; item ratione diei ducunt tres currus lignorum. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis episcopo Vladislaviensi, et tenentur illam cmethones propriis curribus inducere in horreum ab episcopo locandum et valor eius aestimatur ad sedecim marcas; item post agros scolteti decima manipularis solvitur plebano in Baczkowicze, et valor eius aestimatur ad duas marcas.

Gaszycze, villa sub parochia ecclesiae de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, de quibus pro annuo censu solvitur media marca et quatuor grossi; item quilibet cmetho unum laneum habens, unam diem in septimana laborat. Item non dant avenam, sed per unum currum foeni quil

de laneo dat; item quilibet de laneo tenentur arare, metere et in horreum inducere, item tenentur seminare tres choros siliginis et tres avenae de semine curiae, item tenentur ad *powabam*, item solvunt tres gallos et triginta ova; item faciunt ducturas in Oppathow et Bodzanczin. Item non dant caseos, item dant stationem, item ad rationem diei tres currus lignorum ducunt. Item non est ibi praedium; item dant et solvunt decimam manipularem plebano in Baczkowicze, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a plebano locandum, et eius valor extendit se ad sex marcas. Non est ibi scultetus.

Schathkow, villa sub parochia ecclesiae de Sbyluthka sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet de laneo solvit mediam sexagenam. Item non dant avenam, item non dant caseos; item quilibet tenetur facere ducturas in Oppathow et in Bodzanczin; item quilibet tenetur arare, metere, seminare unam diem, et in horreum inducere de semine curiae; item quilibet de laneo duos choros foeni dat, item quilibet dat per tres gallos et per triginta ova, item scoltetus de Sbyluthka habet in eadem villa duas tabernas. Item episcopus non habet neque hortulanias, neque tabernas; item tenentur ad *powabam*, item ratione diei tres currus ducunt lignorum ad curiam. Item non est ibidem praedium episcopale; item post omnes agros decima manipularis cedit episcopo Vladislaviensi, cuius valor ad octo marcas aestimatur.

Pawlowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Vladislaviensem pertinet, in qua sunt octo cum medio lanei cmethonales, et quilibet solvit unam marcam; item praefatae villae cmethones nullam diem laborant in septimana, item non solvunt .... Item solum quatuor dies per unum integrum annum laborare tenentur, alias *pomocznego*, videlicet duos arant, et duos metunt; item est ibi unum pratum, quod disponunt et disponere tenentur, item cmethones villae praefatae tenentur ducere lapides ad molendinum. Item est in eadem villa una taberna, quae solvit episcopo tres fertones et sculteto unum fertonem; item est in villa praefata scultetus, habens duos laneos, et tenetur servire ad bellum, sicut caeteri. Item sunt ibi tres hortulanae habentes agros, quarum duae solvunt pro episcopo per unum fertonem de censu annuo, et tertius pro episcopo octo grossos solvit et pro scolteto quatuor; item dant per tres gallos et per triginta ova. Item post agros tam cmethonales, quam hortulanorum cedit decima manipularis pro episcopo Wladislaviensi, et tenentur eam inducere cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locandum, cuius aestimatur valor ad sex marcas. Item post agros scolteti decima manipularis datur plebano in Lagow, et tenentur eam conducere propriis curribus in horreum a plebano locandum.

Schadek, villa sub parochia de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales, et quilibet solvit tres fertones pro annuo censu. Item nihil laborant, item non dant gallos neque ova; item tenentur ire cum tenutario ad venandum, et ibi tres aut quatuor dies cum eo manere et pausare. Item est in eadem villa scoltetia, habens duos laneos, de quibus tenetur servire ad bellum, quemadmodum et alii priores superius descripti. Item post omnes agros cmethonales decima solvitur episcopo Vladisláviensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locandum et eius aestimatur valor ad quinque marcas; item post agros sive duos laneos supradictos scolteti decima manipularis cedit ecclesiae et eius rectori in Baczkowicze.

Lyechow, villa sub parochia ecclesiae de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus solvitur per quatuordecim scottos. Item nihil laborant, solum ad venationes cum tenutario ire tenentur, et ibi duobus aut tribus diebus immorantur; item nullas dacias solvunt, neque gallos, neque ova, neque caseos. Item est in eadem villa scoltetus, habens duos laneos, de quibus tenetur servire ad bellum, quemadmodum et caeteri. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis episcopo Wladisláviensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locandum, cuius valor aestimatur ad quinque marcas; item post agros scoltetiales decima manipularis cedit plebano in Baczkowicze.

Zampkowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt sex lanei cmethonales et quilibet pro annuo censu solvit episcopo unum fertonem; item praefata villa iure Theutonico gaudet. Item praefatae villae cmethones nihil laborant, solum ad venandum cum tenutario ire tenentur et ibi per duos aut tres dies pausare, et etiam tenentur cum retibus equitare. Item est ibidem unus duntaxat scoltetus habens duos laneos, de quibus ad bellum servire tenetur, item habet ibidem scoltetus piscinam, item habet scoltetus hortulaniam, item habet scoltetus unam tabernam; item est in eadem villa una taberna episcopalis, quae solvit unam marcam; item tenentur cmethones villae praefatae unum diem in septimana laborare, item tenentur ad duas *powabas*, item dant tres gallos et triginta ova. Item solvitur decima manipularis post omnes agros cmethonum episcopo, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locandum, et valor eius ad quinque marcas; item post agros scoltetiales et hortulaniae et tabernae scoltetialis, decima manipularis datur plebano in Baczkowicze, et valor eius aestimatur ad unam marcam.

Pyotrow, villa sub parochia ecclesiae de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt quindecim lanei cmethonales cum medio, et quilibet solvit pro annuo censu sedecim grossos communis pecuniae; item est una taberna episcopalis, quae solvit unam marcam pro episcopo annuatim. Item cmethones villae praefatae laborant unum diem in septimana, item tenentur ad duas *powabas*, item quilibet de laneo tenetur dare mediam quartam papaveris, item dant tres gallos et triginta ova; item non dant aliquam stationem, item non faciunt aliquas ducturas, nisi ad Calvum Montem et ad Slup, item non dant avenam; item ad rationem diei ligna ducunt, item in prato cum aliis villis laborant, item ducunt stationem coniunctim alias *sprzansza*. Item est ibi scoltetus habens piscinam, hortulaniam et tabernam; item habet ibi scoltetus idem duos laneos, de quibus servit ad bellicam expeditionem. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis episcopo Wladislaviensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in horreum episcopi, et valor eius aestimatur ad decem marcas; item post agros scoltetiales datur decima in Baczkowicze plebano, et post agros tabernae et hortulaniae scoltetialis, et decimatur de omnibus ecclesiae in Baczkowicze, et valor aestimatur eius ad unam sexagenam.

Sbyluthka, villa, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, sub titulo S. Dorotheae, in qua sunt triginti lanei cmethonales, et quilibet solvit pro annuo censu . . ., item tenetur laborare unum diem in septimana proprio curru aut aratro, item ad rationem diei ligna ducunt, item dant pro statione, item dant per tres gallos, per triginta ova; caseos non solvunt, item quilibet de laneo mediam quartam papaveris solvit. Item est in eadem villa scoltetus habens tres laneos, de quibus tenetur servire ad bellum et literas portare, quemadmodum et caeteri, de quibus solvitur et conducitur decima manipularis pro ecclesia in Baczkowicze; item habet in eadem villa praefatus scoltetus tabernas tres et proprium molendinum. Item est ibi curia episcopalis et praedium, de quibus decima manipularis solvitur plebano in Sbyluthka. Item post omnes agros cmethonales solvitur decima manipularis pro episcopo Wladislaviensi, et inducunt eam cmethones propriis curribus in praedium episcopi, cuius valor aestimatur ad . . .; item post omnes agros scoltetiales datur decima ecclesiae et eius rectori in Baczkowicze. Item non solvunt avenam sive *osszyep*.

Pyrkow, villa sub parochia ecclesiae de Lagow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Wladislaviensem pertinet, in qua sunt octo lanei cmethonales, et quilibet solvitur per mediam sexagenam. Item sunt ibi duae tabernae, habentes agros, et quaelibet pro annuo censu solvit unam marcam cum media; item praedium optimum cum curia episcopali, de quo nulli solvit

decimam, sed eam pro se tollit et inducit; item non faciunt aliquos labores in septimana, solum hortum curiae disponunt. Item duo prata tenentur falcastrare et conducere, item faciunt ducturas in Oppathow et in Lagow; item omnia de praedio Pyrkowiensi ad molendinum ducunt toties, quoties eis mandatum fuerit; item tenentur sagenam ducere ad piscinam, item brasca episcopalia tenentur molere, item debent dare ligna ad braxandum cervisiam, item quando brascum siccatur, dant ligna; item mediam quartam quilibet de laneo tenetur dare de papavere, aut semine canapi, item tres gallos, item triginta ova. Item sunt in eadem villa tres hortulani, et tenentur servire in curia; item post omnes agros cmethonales et post praedium solvitur decima manipularis episcopo Wladislaviensi, et valor eius aestimatur ad octo marcas.

OBYEDNE. Item omnes villae in iure Theutonico residentes, debent solvere et solvunt omni anno pro *obyedne* per unum fertonem, et advocatus etiam unum fertonem, dempta villa Lyechow.

Bona Ploczensis ecclesiae, in dioecesi Cracoviensi consistentia.

Ploczensis cathedralis ecclesia, etsi sua in dioecesi habeat in oppidis, villis, decimis, notabiles introitus, habet tamen et in dioecesi Cracoviensi iuxta fluvium Aprum, quem in vulgari Wyeprz vocitamus, in terra Lublinensi proprium et dotalem districtum, qui ex oppido uno et quinque villis constat, qui ad Ploczensis ecclesiae proprietatem et dominium eo modo et ordine pervenit: dum siquidem sub regimine et principatu . . . Poloniae . . . . princeps et regulus Italicae orae, vel propter aliquod scelus patratum, vel ob livorem et invidiam, uti ipse asserere solebat, a suis pulsus et exiliatus foret, non habens ubi tutum posset agere incolatum, ad regnum Poloniae pervenisset, ubi clementius quam sperabat a . . . principe Poloniae exceptus et benigne tractatus et habitus est, qui cum ad suam patriam propriosque penates regredi non auderet, veritus, ne proprii quicquam gravius in eum consulerent, perpetuam sibi apud Poloniae regnum elegit sedem; cuius calamitati princeps praefatus Poloniae . . . . compassus, sibi oppidum Koczsko cum quinque villis, videlicet Thalczyn, Gorka, Pozarow, Tharkawycza, Luszawa in perpetuam contulit possessionem et haereditatem; privilegians illum praerogativa speciali, ut bona praefata, si absque prole decederet, posset cuicunque ecclesiae in elemosynam, aut cuicunque amico vel familiari in proprietatem et donationem perpetuo conferre. Hic itaque . . . Italicus princeps, cum universum tempus dierum suorum, apud

Poloniae regnum in omni honestate et virtute vitam traducens, exegisset, indignum ratus iugo coniugali se subicere, ad perpetuam continentiam animum adiiciens, orbus et absque liberis diem obiit. Cernens itaque sibi supremum imminere diem, bona sua praefata, Koczsko videlicet oppidum, et quinque villas praefatas cathedrali Ploczensi ecclesiae, apud quam sibi vivens elegerat sepulturam, perpetua donatione in elemosynam contulit, donavit et inscripsit; functusque vita, in eadem Ploczensi cathedrali ecclesia sepultus, cum pietate requiescit. Ab eoque itaque tempore Ploczensis ecclesia dictorum bonorum Koczsko et quinque villarum praescriptarum possessionem et proprietatem plenariam nacta est et usum, quam et continuavit continuatque absque omni impedimento in hanc diem. Quorum quidem bonorum iustior, quam fidelius elicere potuimus, talis extat et positio et conditio, a nobis in perpetuum memoriale ecclesiae Ploczensi et eius donatariis descripta.

Koczko, oppidum, habens in se ecclesiam parochialem ligneam, Assumptioni Beatae Mariae Virginis dicatam, cuius proprietas et dominium ad episcopum Plocensem pleno iure pertinet, in quo quidem sunt quinquaginta quatuor lanei oppidanorum, et de quolibet laneo solvere tenetur episcopo Ploczensi undecim grossos. Item quilibet habens domum, aut cervisiam braxans, solvere tenetur de domo octo grossos; item quilibet artifex et mechanicus, videlicet salicida, aut pistor, aut pannicida, aut carnifex, aut textor lanarius, aut linarius, aut sutor, aut sartor, aut faber, et quilibet alius artifex de sua arte et mechanicio tenetur solvere quatuor grossos; item quilibet carnifex tenetur pro episcopo Ploczensi solvere unum lapidem sepi. Item in eodem oppido est molendinum in flumine Czarna, quod pro episcopo pro censu solvit de omni genere metretas, cuius valor annuatim aestimatur ad viginti marcas, aliquando amplius. Item in eodem oppido est advocatia, habens quatuor laneos liberos cum pratis; item in eodem oppido est curia episcopalis bona, agros habens praediales largos et in tres campos divisos, de quibus solvitur decima manipularis plebano in Koczsko. Item omnes lanei tam oppidanorum quam advocati solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali in Koczsko, et tenentur eam oppidani et incolae in horreum a plebano locandum propriis curribus inducere, cuius valor aestimatur ad viginti marcas. Item plebanus et ecclesia Koczsko habet duos laneos liberos cum pratis, de quibus nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item sunt plures oppidani, qui habent mellificia in sylvis et boris oppidi praefati, de quibus solvitur pro episcopo Ploczensi mel crudum, secundum qualitatem alveariorum. Item oppidum praefatum confinat cum villis Osczepalyn, Skromowicze, Copcze, et fluvius Aper oppidum cum Skromowicze disterminat, item cum Thorzow, Thalczin, Gorka et Tarkawycza.

THALCZIN, villa sub parochia ecclesiae de Koczsko sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Ploczensem pertinet, in qua sunt duodecim lanei cmethonales, et quilibet pro annuo censu solvit episcopo Ploczensi per unum fertonem. Item non sunt in eadem villa hortulaniae, non sunt tabernae, item non est praedium aliquod in eadem villa, item non est molendinum. Item cmethones villae praefatae, etsi dies ordinarios non habuerint, tenentur tamen laborare omnes labores, qui et quoties eis imperantur, ducturas quoque faciunt, quae illis iubentur; item omnes lanei cmethonales solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali et eius rectori in Koczsko, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a plebano locandum et valor eius aestimatur ad sex marcas; decimam autem canapalem non solvunt, sed in eius recompensam de laneo quilibet dat quatuor gallos. Item cmethones praefati ......

Item villa praefata confinat cum villis: Osczepalyn, Tharkawycza, Gorka et oppido Koczsko.

GORKA, villa sub parochia ecclesiae de Koczsko sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Ploczensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quorum quolibet pro annuo censu solvitur per unum fertonem episcopo Ploczensi. Haec autem villa sita est iuxta fluvium Wyeprz, ubi alius fluvius Thyszmyenycza habet hostia in Aprum. Item non sunt tabernae, item non sunt hortulaniae, item non est praedium; item omnes lanei cmethonales solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali et eius rectori in Koczsko, et tenentur eam cmethones propriis curribus ducere in horreum a plebano locandum, et valor aestimatur eius ad tres marcas, interdum ad quatuor marcas; item non est ibi praedium. Item est ibi molendinum in flumine Wyeprz ad episcopum Plocensem pertinens, quod solvit metretas pro mensa episcopali. Item villa praefata confinat cum oppido Koczsko, item cum villis Pozarow, Szeroczsko. Item non dant decimam canapi, sed in eius recompensam dant per quatuor gallos de quolibet laneo ....; item etsi cmethones villae praefatae non habeant dies ordinarios, tenentur tamen laborare omnes labores, qui et quoties illis imperantur, ducturas quoque faciunt, quae illis imperantur et iubentur.

POZAROW, villa sub parochia ecclesiae de Koczsko sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Ploczensem pertinet, in qua sunt tres lanei cmethonales, de quorum quolibet solvitur pro annuo censu episcopo Ploczensi unus ferto communis pecuniae numeri et monetae Polonicalis, et haec etiam iuxta Aprum est sita. Item non sunt ibi tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium, item non est ibi molendinum; item cmethones, etsi non habeant dies ordinarios, tenentur tamen omnes labores labo-

rare, qui et quoties illis mandantur, faciunt etiam ducturas ubicunque eis praecipitur; item omnes lanei cmethonales solvunt decimam manipularem ecclesiae parochiali et eius rectori in Koczsko, et ducunt eam cmethones propriis curribus in horreum a plebano locandum, et valor aestimatur eius ad duas marcas communis pecuniae, aliquando ad tres marcas. Item non dant ibi cmethones decimam canapi, sed in illius recompensam solvunt quatuor gallos plebano de quolibet laneo.

Item villa praefata confinat cum oppido Koczsko et villis Skromowicze et Szeroczsko.

Tharkawycza, villa sub parochia ecclesiae de Koczsko sita, cuius proprietas et dominium dividitur et diversificatur; nam medietas villae praefatae ad Ploczensem episcopum, medietas autem praefatae villae ad serenissimum Poloniae regem pertinet, in qua sunt septem lanei cmethonales, de quibus tres cum medio solvunt pro annuo censu episcopo Ploczensi per unum fertonem. Item non sunt in eadem villa tabernae, non sunt hortulaniae, non est praedium, item non est molendinum; item cmethones de praefatis tribus laneis cum medio, etsi non habent dies ordinarios, tenentur tamen omnes labores facere et implere, qui et quoties illis imperantur. Item post omnes laneos praefatae villae, tam regales quam episcopales Ploczensis ecclesiae cmethonales, solvitur decima manipularis episcopo Cracoviensi; item non datur decima canapalis, item valor decimae aestimatur ad quinque marcas; in recompensam autem decimae canapalis solvit quilibet de laneo quatuor gallos.

Item praefata villa confinat cum villis: Dambowycza, Belczacze et Szeroczsko.

Lusszawa, villa sub parochia ecclesiae de Koczsko sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Ploczensem pertinet, in qua sunt quatuor lanei cmethonales, de quibus solvitur pro annuo censu episcopo Ploczensi unus ferto communis pecuniae. Item habet ibi advocatus de Koczsko duos laneos mensurae Lublinensis, item habet molendinum; item non sunt ibi tabernae, item non sunt hortulaniae, item non est praedium. Item omnes agri, tam cmethonales quam advocati solvunt decimam manipularem episcopo Cracoviensi, et tenentur eam cmethones ducere propriis curribus in horreum ab episcopo Cracoviensi locandum, et valor eius aestimatur ad tres marcas; item non dant decimam canapi, sed in eius recompensam solvit quilibet de laneo episcopo quatuor gallos; item cmethones et incolae villae praefatae, etsi non habent dies ordinarios, tenentur tamen omnes labores laborare, qui et quoties illis imperantur, item faciunt ducturas, ubicunque illis mandatur.

Item praefata villa confinat cum villis: Lyesszkowyczc et Szeroczsko.

Bona episcopatus Lubuczensis, in dioecesi Cracoviensi consistentia.

Lubuczensis episcopatus a Boleslao Chabry primo Polonorum rege et parente suo Myeczslavo, quem Poloni Myeszkonem vocant, in Lubuczensi terra et suo regno Poloniae, ac infra eius terminos, quamvis nunc ad marchiam Brandeburgensem applicatos et a regno Poloniae alienatos, et sub Polonica ecclesia et Gneznensi archiepiscopatu consistit, quae notabilia bona temporalia sub eodem regno Poloniae consistentia, in Maiori videlicet Polonia in Cracoviensibus terris et in Silesia consistentia, obtinet; at mihi curam non de aliis, solum iis, quae in dioecesi Cracoviensi consistunt, ut ea describam, et pro perpetuo memoriali relinquam, assumpsi; insignia enim sunt et diligenti descriptione digna, quae utinam ante transacta saecula contigisset, alienatio enormis praefatorum bonorum, quam sequutam videmus, non pervenisset; principale autem oppidum bonorum praefatorum in dioecesi Cracoviensi consistentium, est Oppathow in Sandomiriensi terra positum, oppidanis frequens, et foro ac collegiata ecclesiae S. Martini celebre; sunt et villae bonae, sunt et decimae manipulares; haec autem praefata bona fructus notabiles secum trahentia, a primaeva sui fundatione non ad episcopatum Lubuczensem, sed ad templarios, qui in Oppathow principalem habebant sedem, pertinebant. Verum Henricus cum Barba, Beatae Hedvigis maritus et regni Poloniae dux et monarcha, a. D. 1237, laudante et probante Boleslao Pudico, duce Cracoviensi et Sandomiriensi, cuius tunc Henricus cum Barba erat tutor, templariis eiectis, bona praefata ecclesiae Lubuczensi perpetuo contulit, donavit et inscripsit, quorum iam singularem subiciemus descriptionem.

Oppathow, oppidum, habens collegiatam in se ecclesiam et eandem parochialem S. Martini, in qua sunt quatuor praelati, videlicet decanus, cantor, scholasticus, custos, et sex canoniae sive praebendae, quorum omnium episcopus Lubuczensis pro tempore, unicus est collator et patronus, praeter sextam praebendam, quam confert decanus, quae de proventibus ecclesiae Sanctae Mariae, in qua nunc est coenobium fratrum minorum, 1471 fundata est, cuius proprietas ad episcopum Lubuczensem pertinet, habens proventus, census et introitus infrascriptos.

Primo de domibus et inquilinis, in civitate et extra civitatem, et de hortis, prout infra specifice continetur, ascendunt proventus ad quatuordecim

marcas. Item macella solvunt in civitate novem marcas et novem lapides sepi, et lapis valet unum fertonem; item habet sexaginta mansos, quos colunt cives et rustici ante civitatem, novem marcas cum media marca, et sic unus ferto de manso; non omnes tamen ad episcopum Lubuczensem pertinent, sed solum triginta octo mansi, sive lanei, alios enim obtinent praelati et canonici Oppathovienses, pro suorum beneficiorum praediis et fundis. Item balneum, quod annis singulis solvit episcopo duodecim marcas. item molendinum dictum Scriptoris ante allodium advocati solvit quatuor marcas, item molendinum olim advocati solvit sex marcas; item de molendino ante curiam episcopalem, episcopus Lubuczensis percipit tres mensuras de omnibus obventionibus, et molendinator quatuor mensuras; et pars episcopi bene valet quinquaginta marcas, et molendinum praefatum situm est in flumine Lukawa. Item episcopus Lubuczensis habet theloneum, seu duas partes thelonei in civitate, et Zawichostensis castellanus habet tertiam partem thelonei; item totum iudicium in poenis tam in civitate quam extra et in villis, est episcopi, et theloneum et iudicium valet viginti marcas. Item in Oppathow episcopus Lubuczensis habet pro praedio agros, pratum, tres piscinas et hortum iuxta curiam et duos hortulanos; agri praediales episcopales solvunt decimam manipularem decano praeter paucos, de quibus solus episcopus percipit decimam. Decima manipularis post sexaginta laneos civiles pertinet nunc pleno iure ad decanatum Oppathoviensem et est fundus decanatus Oppathoviensis et per oppidanos propriis curribus ducitur in horreum decani, et valor aestimatur eius ad sexaginta marcas; decimam autem canapalem ex consvetudine praescripta non solvunt.

Item praelati et canonici Oppathovienses ratione totius eius spatii, in quo nunc civitas locata est, et ratione hortorum, et in quo tabernae alias quaestuosae praelatorum et canonicorum considebant, habent censum perpetuum de centum sexaginta cervisiae braxatoribus et venditoribus, quilibet enim braxans cervisiam vel vendens, tenetur solvere unum fertonem, et proveniunt aliquando quadraginta marcae, aliquando magis, aliquando minus, iuxta quantitatem braxatorum aut venditorum. Item in eodem oppido Oppathoviensi est locus protensus versus villam Wamberkow situs, in quo prata magna episcopi Lubuczensis quondam habebantur; verum cum quidam episcopus Lubuczensis et forte Venceslaus, prata huiusmodi decano Oppathoviensi et forte Hermano in sexaginta marcis latorum grossorum Pragensium obligasset redimere, qui illa longo tempore neglexisset, foenore in perpetuitate verso, decanus Oppathoviensis suburbium suae ditionis illic constituit, pluresque hortos, areas et domos locavit, advocatumque proprium illic constituit, qui illis iura nomine decani reddit, et quaelibet area domus vel hortus solvit decanatui Oppathoviensi pro annuo censu unum fertonem

communis pecuniae et duos capones, et sunt illic areae, cum hortis et domibus. Item in oppido Oppathoviensi est locus dictus Zmigrod, ubi quondam vetus arx habebatur, circa quem decanatus Oppathoviensis habet hortos et areas, et quaelibet solvit decanatui pro annuo censu unum fertonem et duos capones. Item idem decanatus habet in Oppathow speciale praedium, de cuius agris nulli solvit decimam manipularem, sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item cantoria Oppathoviensis habet praedium, de quo etiam pro se tollit decimam, item cantoria habet decem et septem hortos cum areis et domibus, ex quibus tollit censum, tributa et labores, et qui non subsunt alterius ditioni nisi cantoris; item habet cantoria in Oppathow unum hortum amplum, in quo dealbantur panni linei, de quo habet pro censu quatuor marcas annis singulis, aliquando magis, aliquando minus, iuxta quantitatem pannorum, qui dealbantur; item habet cantoria in antiqua civitate alium hortum cum area, de quo sibi solvuntur novem scotti et duo capones.

Item scolastria Oppathoviensis secus oppidum Oppathow habet agros praediales contiguos Nyedzalkom pro suo fundo, in quibus colonus locatus solvit sibi duas marcas et decem capones, et ex huiusmodi agris decima manipularis cedit decanatui. Item praefata scholastria iuxta montem Zmigrod habet molendinum cum piscina et prato bono sui iuris, quod pro annuo censu solvit sibi duas sexagenas, quatuor capones et unum cuneum de albo pane pro festo Nativitatis Christi; item scolastria habet duas areas prope scholam, et quaelibet solvit decem grossos et duos capones scholastico pro annuo censu; item scholastria habet alias duas areas prope balneum, una solvit octo scottos et duos capones, altera unum fertonem et duos capones Item secus prata decani Oppathoviensis habet scholastria duos hortos et duas areas, et quaelibet solvit unum fertonem et duos capones scholastico pro annuo censu.

Item custodia Oppathoviensis habet in oppido Oppathoviensi quatuor areas, in postico domus suae sitas, quarum duae solvunt per unum fertonem, aliae per octo grossos, et omnes quatuor per quatuor capones; item habet custodia Oppathow duodecim tabernas et areas, et quaelibet solvit sibi pro censu sedecim grossos, de quo censu medietas cedit vicecustodi; item habet custodia unum hortum ex opposito domus custodiae situm, de quo solvuntur sibi quatuordecim grossi et quatuor capones, in praefato oppido Oppathoviensi. Item prima praebenda Oppathoviensis, quae *Karwowska* dicitur, habet in oppido Oppathow tres hortos et areas inferius balneum sitos, custodiae Oppathoviensi contiguos, quorum primus solvit pro annuo censu primae praebendae decem grossos et duos capones; secundus . . . . . .

Secunda praebenda Oppathoviensis habet in Oppathow quinque areas

contiguas domui scholastici, quarum quaelibet solvit unam marcam pro censu annuo praebendae secundae.

Tertia praebenda Oppathoviensis habet in Oppathow novem areas, tres solvunt per unum fertonem.

Quarta praebenda habet unam aream in oppido Oppathow, de qua sibi solvuntur novem scotthi et duo capones.

Quinta praebenda habet in Oppathow duas areas.

Sexta praebenda habet duo brascatoria, de quorum quolibet solvuntur sibi tres marcae; item octo virgas agrorum, de quibus solvit tres fertones pro censu episcopo Lubuczensi et decimam decano; item sex hortos, qui et ipsi censuales sunt episcopo, quilibet enim hortus, si habet domum, solvit quatuordecim quadrantes, si non habet, septem quadrantes tantummodo solvit.

Hospitale Oppatoviense.

Item hospitale Oppathoviense habet duos laneos agrorum, de quibus pro hospitali solvuntur duae sexagenae, quos contulit hospitali praefato Johannes Runo vicepraepositus Sandomiriensis, de suo patrimonio; item hospitale habet hortum in postico hospitalis, penes hortum custodis.

Monasterium Fratrum Minorum de Observantia In Oppathow.

Item in oppido eodem Oppathow est monasterium fratrum minorum de observantia, in veteri oppido situm, quod Johannes Mychowsky decanus Opatthoviensis, nobilis de armis Rawa, A. D. 1471, permittente Friderico episcopo Lubuczensi, et de licentia atque authoritate Johannis Rzeszowsky episcopi Cracoviensis fundavit, et illis ecclesiam S. Mariae parochialem quondam suae collationis, extincto eius titulo et cura animarum in vicarios ecclesiae Sancti Martini Oppathoviensis translata, sexta quoque praebenda de ecclesia S. Mariae creata, ad rem divinam explendam, domum vero et aream decanalem cum horto et pomerio ad manendum, licet ligneam, contulit, in qua fratres praefati elemosynis fidelium adiuti, coenobium pulchrum ex lapide cum suis cellis et officinis correquisitis muro fabricarunt.

Czyrnekow, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita; medietas istius villae pertinet ad episcopum Lubuczensem, et in ista medietate sunt quinque rustici, tenentes quinque sortes, quae faciunt et continent bene ultra duodecim mansos, et cmethones episcopales solvunt decimam manipularem episcopatui Lubuczensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Alia autem medietas tenetur per filios Vilhelmi Gallici de Okalyna, et habet sex cmethones et sex laneos et unum allodium de una aratura, quae iure

parochiali pertinet in Strzeszowicze, et cmethones militares solvunt decimam manipularem archidiaconatui Sandomiriensi, et valor eius aestimatur ad sex marcas; terminus solutionis pro medietate in festo Sancti Martini, et alia medietate in festo Sanctissimae Trinitatis. Item miles habet ibi praedium, de cuius agris solvitur decima manipularis praebendae in Mokrzsko.

Item *pro wyeprzowe* solvit quilibet cmetho duos grossos, terminus solutionis pro festo Nativitatis Christi, item pro haedo quilibet cmetho unum grossum pro festo Paschae, item pro *sep* autumnali quilibet cmetho duo coreta tritici, item pro *sep* aestivali tres choretos avenae. Item quilibet cmetho solvit in festo Assumptionis duos pullos, item quilibet cmetho dat in festo Paschae triginta ova et duos caseos; item pro statione regis, quoties rex Oppathoviam venerit, quilibet cmetho de quolibet manso sex grossos; item quilibet cmetho tria choreta avenae, item quilibet cmetho decem ova, duos caseos, item quilibet cmetho duos pullos. Item decima campestris post totam villam et etiam canapalis per quatuor ierugas est episcopi Lubuczensis, quam habent rustici ducere ad horreum episcopi Lubuczensis, quae valet omnibus annis octo marcas. Item episcopus Lubuczensis habet ibi pratum.

Iurkowycze, villa sub parochia ecclesiae Oppathoviensis sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pleno iure pertinet, in ista villa sunt septem mansi seu sortes et tot cmethones. Item quilibet cmetho solvit quinque fertones, medietatem pro festo Sancti Martini, aliam medietatem pro festo Sanctissimae Trinitatis. Item taberna una habens agros, quae solvit unam marcam, medietatem pro festo S. Martini, aliam medietatem in festo Sanctissimae Trinitatis; item pro pecunia expeditionali de qualibet sorte octo grossos; item pro *wyeprzowe* quilibet cmetho duos grossos, terminus solutionis festum Nativitatis Christi; item pro haedo quilibet cmetho medium grossum, terminus Paschae, item pro *sep* autumnali quilibet cmetho duos choros tritici, item pro *sep* aestivali quilibet tres choros avenae, item quilibet cmetho in festo Assumptionis duos pullos, item in festo Paschae triginta ova et duos caseos. Item pro statione regis, quoties rex venerit Oppathoviam, quilibet cmetho sex grossos de manso, item quilibet cmetho tres choros avenae, item quilibet cmetho decem ova et duos caseos; item quilibet cmetho duos pullos. Item decanatus Oppathoviensis habet ibi duos laneos cum omni iure, quae omnia solvunt, ut episcopales; item episcopus habet ibidem duo prata. Item decanus Oppathoviensis percipit decimam campestrem in villa praefata de omnibus cmethonum agris, et episcopi Lubuczensis et suis, quae communibus annis valet decem marcas et ducitur in horreum ab eo locandum.

Jalowansi, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Lubuczensem; in ista villa

sunt viginti unus mansi, de his duo pertinent ad scoltetiam; de quibus scoltetus servire tenetur cum uno equo, de tribus marcis. Item decem novem mansi sunt censuales, et quilibet cmetho solvit unum fertonem, et unus tantum, quantum alius; item pro censu quilibet cmetho debet solvere triginta ova, item duos caseos, item duos pullos. Item pro statione regis debet quilibet cmetho solvere quatuor grossos, item tres choros avenae, duos pullos, duos caseos et decem ova; item quilibet cmetho debet praeparare agrum super hyemem pro duabus mensuris siliginis vel tritici, et illud seminare de semine episcopi, et tantum super aestatem; item quilibet cmetho debet metere duobus diebus in frumento hyemali, item duobus diebus in frumento aestivali; item quilibet cmetho debet laborare per duos dies in foeno, item quilibet cmetho debet laborare in piscinis. Item ibi est taberna, quae solvit viginti duos scottos episcopo Lubuczensi, et ibidem episcopus Lubuczensis habet araturam de duobus mansis, decimam manipularem, quae valet viginti marcas, et hortum et piscinam; de uno tamen manso praediali cedit decima manipularis sextae praebendae Oppathoviensi, quae ex ecclesia parochiali creata est.

Lanszyce, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Lubuczensem; in ista villa sunt novem mansi et tot cmethones, et quilibet de octo laneis solvit undecim scottos communes, pro annuo censu, nonus vero solvit unam sexagenam; item duo hortulani, qui tantum solvunt: Paulus unum fertonem, et laborat per duos dies, item Petir solvit unum fertonem, et ager illius occupatur per scultetum in Jolawans; item ambo hortulani solvunt omnia onera sicut unus cmetho, tam pro *wyeprzowe*, pro *sep*, haedo, statione regis, censu pullorum, ovorum etc. Item tabernator solvit de taberna et horto unam marcam, item molendinum solvit mediam marcam, item pro *wyeprzowe* quilibet cmetho duos grossos, terminus Nativitatis Christi, item pro haedo quilibet medium grossum in festo Paschae, item pro *sep* autumnali quilibet cmetho duos choros tritici, item pro *sep* aestivali tres choros avenae, item quilibet cmetho in festo Assumptionis solvit duos pullos, item in festo Paschae quilibet decem ova et duos caseos. Item pro statione regis, quoties rex Oppathoviam venerit, quilibet solvit sex grossos de manso; item quilibet cmetho det tres choros avenae et decem ova et duos caseos, item quilibet duos pullos. Item rustici laborant per duos dies in septimana curru aut aratro, item hortulani laborant duos dies in septimana pedestres.

Staw alias Belsz, haec est una taberna, quae habet aliquos agros, qui solvunt tres marcas. Item est molendinum, quod solvit quinque sexagenas aliquando marcas, de praesenti anno solvit unam marcam; item tabernator solvit omnia onera, sicut unus cmetho de Landzicz, videlicet duos grossos

pro *wyeprzowe*, medium grossum pro haedo, pro *sep* hyemali duos choros tritici, item pro *sep* aestivali tres choros avenae, duos pullos, triginta ova et duos caseos. Item pro statione regis sex grossos, item tres choros avenae, item duos pullos, item duos caseos, item decem ova. Item decimam manipularem et canapalem, et cmethones et tabernator et hortulani in villa Lyandzicze, et tabernator de Staw et molendinator solvit episcopo Lubuczensi et ducunt eam in horreum ab episcopo locandum, et valor aestimatur eius ad sexdecim marcas.

Byskupycze, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt quinque sortes seu lanei, et quilibet solvit duodecim scottos. Infrascripti sunt hortulani et tantum solvunt, item novem hortulaniae: primo Czyslaw tabernator solvit decem scottos de horto et non laborat; item Petir Baran solvit decem scottos et laborat per unum diem; item Franak solvit sex scottos et laborat per duos dies. Item taberna solvit unam sexagenam, habens agros; item Maczek solvit sex scottos et laborat per unum diem; item Dobin solvit decem scottos et non laborat; item Czepay solvit septem scottos et laborat per duos dies; item Oretz solvit octo scottos et laborat per duos dies; item Glowe solvit decem scottos et laborat per duos dies; item Petir Sykere solvit sex scottos et laborat per duos dies. Item quilibet cmetho pro *wyeprzowe* duos grossos, terminus solutionis Nativitatis Christi, item pro haedo medium grossum, terminus Paschae, item pro *sep* hyemali duos choros tritici, item pro *sep* aestivali tres choros avenae, item in festo Assumptionis duos pullos, item quilibet hortulanus unum pullum. Item decimam manipularem omnes solvunt episcopo Lubuczensi et canapalem per quatuor ierugas et ducunt eam cmethones in horreum ab episcopo locandum, et valor aestimatur eius ad sedecim marcas. Item episcopus Lubuczensis habet in eadem villa piscinam et pomerium, item habet molendinum.

Bukowyani, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt septem sortes seu lanei et tot cmethones, qui solvunt per unam mercam. Item tabernator unam mercam et non laborat; item tabernator solvit medietatem omnium onerum, quae cmethones solvunt; item quilibet cmetho pro *wyeprzowe* solvit duos grossos, terminus Nativitatis Christi. Item pro haedo medium grossum, terminus Paschae, item pro *sep* autumnali quilibet cmetho duos choros tritici, item pro *sep* aestivali tres choros avenae, item in festo Assumptionis duo pulli, in festo Paschae triginta ova et duos caseos. Item pro statione regis, quoties Oppathoviam venerit, sex grossos quilibet cmetho, item tres choros avenae, decem ova et duos caseos, item duos pullos. Item decima est domini episcopi Lubucensis, cuius valor aestimatur

ad sex marcas. Hic est magna sylva, de qua habetur centum mensurae avenae pro pascuis pecorum, et decimam manipularem ducunt cmethones propriis curribus in horreum ab episcopo locandum et decimam canapi.

Truskolyasz, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius proprietas et dominium pertinet ad episcopum Lubuczensem; in ista villa sunt quatuor sortes seu lanei cmethonales, quilibet cmetho de laneo solvit octo scottos pro censu, quatuor scottos in festo Trinitatis et quatuor scottos in festo S. Martini. Item molendinum solvit mediam marcam; item pro *wyeprzowe* quilibet cmetho solvit duos grossos, terminus solutionis Nativitatis Christi, item pro haedo medium grossum, terminus Paschae, item pro *sep* autumnali duos choros tritici, item pro *sep* aestivali tres choros avenae, item quilibet cmetho duos pullos in festo Assumptionis, item in festo Paschae triginta ova et duos caseos. Item pro statione regis, quoties rex in Oppathow venerit, sex grossos quilibet cmetho, item tres choros avenae, decem ova et duos caseos, necnon duos pullos. Item decima est manipularis domini episcopi Lubuczensis, et ducunt eam cmethones in horreum ab episcopo locandum et valor eius aestimatur ad quatuor marcas, solvunt etiam decimam canapi per quatuor ierugas.

Sczegel, villa et taberna sub parochia ecclesiae de Manina sita, ad episcopum Lubuczensem pertinens, et villae Truskolyasi unita; haec est taberna, quae solvit unam sexagenam, medietatem in festo Trinitatis, aliam medietatem in festo S. Martini. Item decima est episcopi Lubuczensis; item tabernator solvit omnia onera, quantum unus cmetho; item sunt ibi duae tabernae habentes agros, quarum proprietas ad monasterium Sanctae Crucis Calvi Montis, et solvit pro censu . . .

Kraszkow, villa sub parochia ecclesiae de Manina sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet, in media parte unum tantummodo habens laneum. Item omnis proprietas residuae villae Kraszkow pertinet una cum decima manipulari ad monasterium Sanctae Crucis. Hic solum est unus laneus et solvit unam marcam; item est ibi unum pomerium episcopale, item est unus hortus, item est una magna sylva; item duo cmethones, unum colentes laneum, solvunt omnia onera, quantum unus cmetho. Item decima manipularis est episcopi Lubuczensis post unum duntaxat laneum, et ducunt eam in horreum ab episcopo locandum et valor aestimatur eius ad quatuor mercas, et solvunt decimam canapi per quatuor ierugas; summa census una merca duo grossi cum medio. Item pro statione regis sex grossi, item pro *sep* duos choros tritici, tres avenae, item tres chori avenae, item duo pulli, item duo casei, item duo pulli pro statione.

Nyemyenycze, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa

habet novem mansos et tot cmethones, qui solvunt per quatuordecim scottos. Item duae hortulaniae, una solvit sex scottos, altera octo scottos et medietatem omnium onerum, quantum unus cmetho; item post omnes cmethones, et agros tabernatoris et hortulanorum, item post agros praediales decima pertinet ad episcopatum Lubuczensem, et valor aestimatur eius ad sex marcas. Et scias, quod tempore Stephani episcopi fuerunt decem sortes, sed hodie una sors colitur per episcopum et versa est in agrum praedialem. Item taberna penes piscinam solvit duas mercas et quatuor scottos, quae piscina est episcopi; molendinum ibidem solvit unam marcam, et ibidem episcopus Lubucensis habet araturam unam et prata. Item pro *wyeprzowe* quilibet cmetho solvit duos grossos, et terminus Nativitatis Christi, item pro haedo medium grossum, terminus Paschae, item pro *sep* autumnali quilibet cmetho duos choros tritici, item pro *sep* aestivali quilibet cmetho tres choros avenae; item laborant per duos dies in septimana, item quilibet cmetho solvit in festo Assumptionis duos pullos, item in festo Paschae triginta ova, duos caseos. Item pro statione regis, quoties rex venerit Oppathoviam, sex grossos quilibet de manso, item quilibet cmetho tres choros avenae, decem ova, duos caseos et duos pullos.

Ruszkowyecz, villa sub parochia ecclesiae de Ruszkow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt quinque mansi, de quibus rustici solvunt tantum: primo Petir solvit unam marcam . . . . duas mercas; item Sag sedecim scottos . . . mediam marcam; item Maczke viginti scottos mediam mercam; item Galicz duodecim scottos mediam sexagenam; item Andrzre viginti scottos; . . . . mediam mercam; item tabernator solvit duas mercas et omnia onera, sicut unus cmetho. Item pro *wyeprzowe* quilibet cmetho duos grossos, item pro haedo medium grossum, item pro *sep* autumnali quilibet cmetho solvit duos choros tritici, item pro *sep* aestivali tres choros avenae, item quilibet cmetho in festo Assumptionis duos pullos, item in festo Paschae triginta ova et duos caseos, duos pullos. Item pro statione regis, quoties Oppathoviam venerit, sex grossos, tres choros avenae, decem ova et duos caseos et duos pullos. Episcopus habet ibidem plura prata, non habet tamen aliquod praedium. Item hortulaniae non sunt aliquae in villa praefata. Scarsyna, istud molendinum solvit unam sexagenam, item ibi debet locari una taberna.

Summa una sexagena.

Item tam cmethones de laneis, quam tabernator de agris solvunt decimam manipularem custodiae Oppathoviensi, et valor eius aestimatur ad quatuordecim mercas, quoniam agri sunt ampli et foecundi; item pro decima canapi

quilibet solvit custodiae Oppathoviensi quatuor ierugas et unam quartam seminis chori canapi, ex consvetudine veteri et praescripta.

Zochczyn, villa sub parochia ecclesiae de Oppathow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt triginta mansi, de quibus scoltetus habet duos liberos mansos; item scoltetus servit cum uno equo de tribus mercis. Item viginti octo mansi sunt censuales, et quilibet solvit unum fertonem super festum Martini; item pro statione regis quinque grossos. Item in aliis villis quando solvuntur tres choreti, tunc ipsi solvunt duos choros. Item decima est episcopi Lubuczensis, quae solvit decem marcas, quae ducitur aliquando ad allodium advocatiae in Oppathow propriis curribus per colonos. Item ibi sunt duae tabernae, quarum una solvit tres fertones, medietatem pro festo Sanctae Trinitatis, aliam medietatem pro festo Martini; scias quod quondam de una taberna quinque fertones solvebantur; item secunda solvit sedecim scottos, item per unum diem laborant in septimana, item pro *sep* tritici duo chori, item duos pullos de manso in festo Assumptionis et viginti ova et duos caseos in festo Paschae. Item tabernatores solvunt omnia onera ambo de duabus tabernis, quantum unus emetho, item pro haedo quilibet solvit medium grossum in festo Paschae, item pro *wyeprzowe* quilibet duos grossos in festo Nativitatis Christi; item ibi est locus pro molendino, et ibi sunt agri pro molendino, et est molendinum desertum, et quod solvit duas mercas, item debet esse piscina ibidem; item de illis agris spectantibus ad molendinum nihil solvitur, quia pro anno praesenti sunt dati gratis. Item unus ager non mensuratus est situatus inter Jalyvans et allodium advocatiae, et totum cum allodio advocatiae pro episcopo Lubuczensi; item habet pratum et duas piscinas, ita continetur in regestro Stephani episcopi. Item decimam manipularem et canapalem solvunt episcopo Lubuczensi et ducunt eam in horreum episcopale, et valor aestimatur eius ad decem marcas; decimam autem canapalem solvunt per quatuor ierugas. Molendinum est desertum cum piscina, quod alias tempore Stephani episcopi Lubuczensis solvebat duas marcas, et agri pertinentes ad molendinum per quatuor choros seminandi.

Grabyonowycze. Ista villa est unita cum allodio advocati, et agri simul coluntur pro allodio pro mensa episcopi Lubuczensis, et pertinet iure parochiali in Oppathow.

Porudzye, villa sub parochia Oppathoviensi sita, iacet medium quartale de Oppathow, cuius dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt sex mansi, quilibet solvit de manso duos fertones, item solvunt omnia onera sicut illi de Landzycze. Item decima est episcopi Lubuczensis, quae valet quinque marcas, item pro *wyeprzowe* duos grossos de manso, item pro haedo medium grossum de manso, pro statione regis, sex

grossos de manso, item pro *sep* duos choros tritici, item pro *sep* avenae tres choros avenae, item duos pullos in festo Assumptionis de manso, et duo casei et viginti ova, item rustici serviunt per duos dies in septimana de quolibet manso proprio curru aut aratro, item pro statione regis tres fertones et sex mensuras avenae et duodecim pullos. Decima valet quinque marcas, quae pertinet cum omni iure ad episcopum Lubuczensem, et ducunt eam cmethones in horreum ab episcopo locandum, et decimam canapi solvunt per quatuor icrugas.

NYETHOLYCZSKO, villa sub parochia ecclesiae de Kunow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet, iacet tria miliaria de Oppathow super flumen Kamyona; in ista villa sunt quinque mansi, quilibet solvit unum fertonem; item duae tabernae, quarum una solvit octodecim scottos, secunda solvit unam marcam, item unus hortulanus solvit octo grossos. Item decima valet quatuor marcas, quae pertinet ad episcopum Lubuczensem et ducitur in horreum locandum ab eo. Item molendinum est in fluvio Slbyslina et solvit tres marcas; item ibi est unus mons lapideus pro castro super fluvio Kamyona. Item episcopus habet partem mericae non limitatam cum episcopo Cracoviensi; item episcopus habet ibi multa prata et valde bona. Item pro *wyeprzowe* duos grossos de manso, item pro haedo medium grossum de manso, item pro statione regis sex grossos de manso, item pro statione regis tres choros avenae, item pro *sep* tritici tres choros tritici, item pro *sep* avenali tres choros avenae, item duo pulli de manso in festo Assumptionis et duo casei et viginti ova, terminus Paschae; item tabernatores solvunt omnia onera, sicut cmethones, item cmethones habent in eadem villa mellificia, de quibus solvunt episcopo Lubuczensi.

MANYNA, villa, habens in se ecclesiam parochialem muratam, quam Johannes Bronikowsky de Bodzanczyn tenutarius Oppathoviensis, plebanus eius, plurimum auxit et instauravit muro et pluribus necessariis; in ista villa habet episcopus unam sortem, residuum est plebani de Manyna cum laneis ..... Item illa sors solvit in anno episcopo Lubuczensi tres marcas et nihil laborat; item non est praedium episcopale, neque molendinum; item ad ecclesiam in Manyna episcopus Lubuczensis habet praesentare episcopo Cracoviensi, quae ecclesia est bona, et episcopus Lubuczensis est unicus eius patronus. Item decimam manipularem cmethones villae praefatae solvunt una cum canapali ecclesiae in Manyna et eius plebano, tam episcopales, quam plebanales, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas.

STRYCZOWYCZE, villa sub parochia ecclesiae de Manyna sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa

sunt sex mansi, et quilibet mansus solvit tantum, quantum unus continetur; primo Wenczla Kysil solvit duos fertones, solvit unam sexagenam; Nicola Knyschs solvit duos fertones, solvit unam sexagenam; Snochna Vidua solvit sedecim scottos, solvit mediam alteram marcam; Woczech solvit unum fertonem, solvit unam marcam; Casczoch solvit octo scottos, solvit unam sexagenam; Naska Jakubowa solvit duos fertones, solvit unam sexagenam; Caszkyesz hortulanus solvit septem scottos. Item decimam manipularem et canapalem solvunt praebendae Kyelcziensi, quae appellatur Schewyenska, et valor eius aestimatur ad decem marcas, paeter aliqua arva, de quibus solvitur decima ecclesiae et plebano in Manina. Item molendinator solvit duos fertones; item pro *wyeprzowe* duos grossos de manso, terminus Nativitatis Christi, item pro haedo medium grossum de manso, terminus Paschae. Item pro statione regis sex grossos de manso, item pro statione regis tres choros avenae, pro *sep* tritici duos choros, item pro *sep* avenae tres choros; item duo pulli, terminus Assumptionis, item viginti ova, duo casei, terminus Paschae; item laborant per duos dies in septimana proprio curru aut aratro; item non est ibi praedium episcopale, neque piscina, neque molendinum, neque scoltetia.

Czyrwona Gora, villa sub parochia ecclesiae de Ruskow sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt octo mansi et octo rustici, primus Wyszek solvit unam mercam; item Philip solvit mediam alteram mercam, laborat per unum diem; item Versaktha solvit quinque fertones, non laborat; Nazem duos fertones; Ponter duos fertones; Zonka duos fertones; Stanislaus duos fertones, et isti quatuor solvunt unam marcam, Slanska unam marcam, non laborat ad curiam, et ibi sunt duae tabernae, quarum una est in fine et solvit unam mercam, secunda solvit mediam mercam; item ibi est unum molendinum, solvit unam marcam. Item decima est ultra fluvium, versus Mstow ad plagam septentrionalem, citra fluvium, versus Byskupicze, pertinet ad episcopum Lubuczensem et ducitur ad allodium. Secunda pars pertinet ad praebendam Kelcziensem, quae vocatur Schyewyenska, et valor aestimatur eius ad octo marcas; item onera consveta faciunt tabernatores. Item hortulani faciunt medietatem omnium onerum, quantum solvit unus cmetho; item sunt hortulani quatuor, quilibet solvit octo fertones, et sic omnes quatuor unam marcam. Item pro *wyeprzowe* de manso duos grossos, item pro haedo medium grossum de manso, item pro statione regis sex grossos de manso, item pro statione regis de manso tres choros avenae, item pro *sep* tritici duos choros tritici, item pro *sep* avenali tres choros avenae, item viginti ova, duo casei, duo pulli de manso, item pro statione regis sex fertones et duodecim mensuras avenae et viginti quatuor pulli. Summa census

novem marcae et medium quartum fertonem, et viginti quatuor choros tritici, et triginta sex choros tritici, quatuor sexagenas ovorum, viginti quatuor pulli, viginti quatuor casei. Item praedium non est aliquod episcopale in villa praefata.

Swanthkowa Wolya, villa sub parochia ecclesiae de Manyna sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt octo mansi, et quilibet solvit prout infra continetur, item molendinum solvit unam marcam. Item decima ultra fluvium versus Mstow, citra fluvium versus Truskolas, pertinet ad episcopum Lubuczensem ducitur ad allodium episcopale in Nyemyenicze; item sunt duae tabernae, quarum quaelibet solvit mediam alteram marcam, et sic tres marcas ambae solvunt. Item pro *wyeprzowe* duos grossos de manso, item pro haedo medium grossum de manso, item pro statione regis sex grossos de manso, item pro statione regis tres choros avenae, item pro *sep* tritici duos choros tritici, item pro *sep* avenae tres choros avenae; item laborant per duos dies in septimana proprio curru aut aratro, item duo pulli de manso in festo Assumptionis Mariae, item duo casei, item viginti ova, item Schetharzowe duos fertones pro censu; item pro Stolko sex scottos tres fertones. Alement duos fertones unam marcam; Tybericzc novem scottos medium quartum fertonem; Malowycz quatuordecim scottos quatuor fertones; Pholko octodecim scottos unam sexagenam; Korczeke sex scottos tres fertones. Summa census octo marcae et duo grossi, octodecim choros tritici, viginti quatuor choros avenae, sedecim pulli, sedecim casei, duae sexagenae ovorum. Item pro statione regis unam sexagenam et decem mensuras avenae et viginti pullos.

Worowicze, villa sub parochia ecclesiae de Manyna sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt quinque mansi, et quilibet solvit pro censu viginti scottos; item est ibi unus laneus monasterii Sanctae Crucis Calvi Montis, et solvit pro monasterio Sanctae Crucis. Item sunt duae hortulaniae, et quaelibet solvit octo scottos; item decima est ecclesiae parochialis in Manina, manipularis et canapalis, et valor eius aestimatur ad sex marcas. Item pro *wyeprzowe* solvit quilibet duos grossos de manso, item pro haedo medium grossum de manso, item pro *sep* triticali duos choros tritici de quolibet manso, item pro *sep* avenali tres choros avenae, item duo pulli de manso, item duo casei de manso, item viginti ova de manso, item pro statione regis sex grossos de manso, item pro statione regis tres choros avenae; item laborant per duos dies in septimana, et hortulani laborant per duos dies in septimana et solvunt ambo quantum unus cmetho, pedestres tamen labores tantummodo implent.

GRABOCZICZE, villa sub parochia ecclesiae de Manyna sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; ista villa est unita cum Garbacz, villa subsequente.

GARBACZ, villa sub parochia ecclesiae de Manyna sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; in ista villa sunt novem sortes et tot rustici. Item duae tabernae, quaelibet taberna solvit unam mercam Polonicalem; item decima manipularis pertinet ad ecclesiam in Manyna et etiam canapalis, et valor aestimatur eius ad decem marcas; item unus laneus inter praedictos novem pertinet ad ecclesiam in Manyna, et solvit sibi censum et tributa. Item pro *sep* tritici duos choros, item pro *sep* avenae tres choros, item pro *wyeprzowe* duos grossos de manso, item sex grossos pro statione regis, item pro statione regis tres choros avenae de quolibet manso, item pro haedo medium grossum de manso, item duos pullos, item viginti ova, item duo casei; item unus tabernator solvit medietatem omnium onerum.

PRZEWYECZANY, villa sub parochia ecclesiae de Byskupycze prope Wyelyczkam sita, cuius proprietas et dominium ad episcopum Lubuczensem pertinet; ista villa est situata ante Cracoviam per duo miliaria, et habet *gayum* unum seu sylvam, et sylva valet quinquaginta marcas, quando venditur, dum acreverit. In ista villa sunt tredecim mansi, et vario modo censum solvunt; item ibi est allodium de duobus mansis, et seminatum fuit ad hyemem triginta mensuris . . . . ad aestatem autem triginta mensuris avenae, et frumenta valent bene quindecim marcas; item cmethones habent seminare totum allodium et loborare, quando eis mandatur. Item una taberna est ibi, solvit unam mercam; item molendinum solvit unam mercam; item decima post agros cmethonum est canonici Cracoviensis et praebendae, quae vocatur Crzeslawska, et valor eius aestimatur ad quindecim marcas. Item ibi sunt bona prata et magna, et possunt fieri centum currus foeni, et valet quinque marcas. Item quilibet cmetho solvit duos pullos super festum Assumptionis Mariae, item duos castratos in anno de tota villa, item viginti ova et duos caseos de quolibet laneo, item quilibet cmetho dat duas mensuras avenae in anno super segetes allodii. Primo unus hortulanus solvit sex scottos, item molendinum solvit unam mercam, item taberna solvit unam marcam; item primus cmetho est Jan, et habet unum laneum, solvit unam marcam; item Michael habet unum laneum et solvit unam mercam; item Myczek habet unum laneum et solvit unam mercam; Marczyn habet laneum et solvit viginti scottos; Janslobel habet unum laneum et solvit unam mercam; Musckek habet unum laneum et solvit unam marcam; Jacob habet unum laneum et solvit viginti scottos; Stanislaus habet unum laneum et solvit unam marcam; Woythek habet unum

laneum et solvit sedecim scottos. Jan Janofoff *syn* habet unum laneum et solvit sexdecim scottos; Staszek habet unum laneum et solvit viginti scottos; Jan Adami *syn* habet unum laneum, et solvit unam marcam; Steskesagor habet unum laneum et solvit viginti scottos. Item est ibi una piscina bona et alveus pro ea, ut in ea prius, quam in . . . . Summa census quatuordecim marcas minus quatuor grossis, et viginti et octo mensurae avenae. Item prata valent quinque mercas, item allodium valet decem marcas, item viginti sex pulli, viginti sex casei, duo castrati, quatuor sexagenae et viginti ova. Item de agris praedialibus variatur perceptio decimae manipularis; nam de medietate agrorum, qui quondam erant cmethonales, percipit illam praebenda Cracoviensis praefata Crzeslawska, de altera autem medietate percipit eam ecclesia parochialis in Biskupycze, ad quam villa Przewyeczany pertinet iure parochiali.

Wroczyrzysch. Ista villa distat de Oppathow novem miliaria versus Cracoviam, et habet unam sylvam, prata, aquas. Item ibi est ecclesia parochialis lignea, valet triginta mercas in absenti, ad quam episcopus Lubuczensis habet praesentare. Item super Nidam, quae est aqua currens, habet naulum et habet utrunque littus in dicta aqua; in ista villa sunt duodecim mansi, quilibet solvit mediam alteram mercam, item naulum valuit quatuor mercas, item est allodium, de una aratura; item molendinum solvit decem mercas, item habet duo *gaya*, item habet prata bona, item habet ius piscandi super fluvium Nidam. Item decima est rectoris ecclesiae in Wroczyrzysch manipularis, tam de praedialibus quam de cmethonalibus agris; item solvit onera consveta. Item Dobrawoda est unita cum Wroczyrzysch et est lacus, non villa . . . Istam villam Wroczyrzysch cum omnibus suis pertinentiis et singillatim cum lacu Dobrowoda emit Stanislaus decretorum doctor praepositus Myechoviensis, pro sua praepositura et conventu Myechoviensi A. D. 1394, quinta Novembris de consensu speciali Wladislai Secundi Poloniae regis, a Johanne episcopo Lubuczensi, accedente capituli Lubuczensis consensu, pro sexingentis marcis latorum grossorum Pragensium, et ab illo tempore tenet eam monasterium Myechoviense pacifice et absque omni impedimento una cum lacu praefato Dobrowoda.

Kunycze, alias Kamyenyecz. Ista villa iacet penes Fristath.

Nota, quod in bonis istis et infra limites eorum est una alia villa aedificata, quae tenetur per Dominum Ivonem et villa vocatur Nyebyelychschayo dicta Przesyk. Nota, quod duodecem virgae faciunt unum mansum.

In ista villa sunt mansi infrascripti: primo Hencke Molner habet medium mansum et solvit mediam marcam; Petyr Herberat habet novem

virgas solvit mediam marcam: Manczekenson habet novem virgas solvit octo scottos; Mycze habet novem virgas solvit fertonem; Propheta habet unum mansum solvit octo scottos; Janos habet medium mansum solvit octo grossos; Verner habet medium mansum solvit octo grossos; Hamnos Mockener novem virgas, octo grossos; Karner medium mansum, octo grossos; Stobener unum mansum, ferto; Nyklos Mockener unum mansum, ferto: Peter Mokener cum patre octo virgas, octo grossos; Kolbe septem grossos, Philip quatuor grossos; Steyner quatuor grossos; Kothfrid tres grossos; Stams unum grossum; habent unum mansum; isti morantur ab una parte villae et tantum dant ad civitatem. Summa tres marcae septem grossos. Infrascripti morantur ab alia parte villae: Worke habet medium mansum; Kolez habet medium mansum; Stams habet unum mansum; Bokfek habet unum mansum et mediam alteram virgam; Czerne autem medium mansum mediam alteram virgam; Landschonde Hannsz medium mansum; Lebeynne quindecim virgas; Biskreczemer tres virgas; Sregir medium mansum; Brostil novem virgas; Kunil undecim virgas; Wemkunckel septem virgas; Andreas Awynchel unum mansum; Koleez novem virgas. Isti sunt villani in Kamyenyecz. Summa decem novem mansi, tres virgae cum media.

Istam villam obligavit episcopus Lubuczensis in sexingintis marcis haeredi in Banszowa, et ex illo tempore alienata est ab ecclesia Lubuczensi.

Wyelgepolye. Infrascripti sunt agricultores in Wyelgepolye, primo: Nyklos Lobezer habet medium mansum, octo grossos; Peter Fucschs viginti virgas, sexdecim scottos. advocatus recipit de uno manso; Nyklsglocz novem virgas, novem scottos; Lobezer unum mansum, tredecim scottos; der alde Molkener medium mansum, ferto; advocatus medium mansum, decem grossos; Vebuske unum mansum, quotuordecim scottos; Michil medium mansum, duodecim grossos; Kyrschan unum mansum quatuordecim scottos; Welke unum mansum, quatuordecim scottos; Budil unum mansum, quatuordecem scottos; Kressand unum mansum, decem scottos; Myczke medium mansum, octo grossos; Wothke y Staske medium mansum, decem grossos; Korke novem virgas, novem scottos; Peche novem virgas, novem scottos; Caspar unum mansum, quatuordecim scottos; Przybeke unum mansum, quatuordecim scottos; Mychel novem virgas, novem scottos.

Suprascripti solvunt censum, infrascripti non solvunt adhuc censum, et possunt solvere usque ad Marczyn de manso unum fertonem. Michelbiger novem virgas; Pecze Keler unum mansum; Kloeze medium mansum; Kolbe medium mansum; der alde Philip tres virgas; Nyklos



Philip medium mansum; Mertin Sined medium mansum; Petir Uszdemberge unum mansum; Nikls Tzizner medium mansum; Nikls Schufner medium mansum; Jokyl Eberchard unum mansum; Philip medium mansum; Hans Melczyr medium mansum; Niklos Ungeroth unum mansum: Maczke unum mansum; Marczyn medium mansum. Summa mansorum viginti septem mansi, minus tribus virgis.

Isti habent libertatem, quia sunt novissimi et de novo venerunt: Marke medium mansum; Herman Mekroth medium mansum; Voyke medium mansum; Fuyrher medium mansum; Hannos medium mansum; Markekorkefettir medium mansum; Franczke medium mansum; Forynher medium mansum; Petir Eberhard medium mansum; Micze novem virgas; Sewancze medium mansum; Panik medium mansum; Stenczylson novem virgas; Swarczepetir medium mansum; Domik medium mansum; Pawil medium mansum; Tamke medium mansum.

Ista est medietas villae Wyelgepolye, et habent novem mansos a Marke. Ista est alia pars, quae confinat cum Kamyenyecz, post rusticum qui vocatur Kelecz. Primus Werner habet unum mansum; Kunelhindeher habet medium mansum; Botemer *in den grunde* medium mansum; post haec sunt quindecim virgae advocati. Jebil medium mansum, sex grossos; Klosfocsch tres virgas, tres grossos; Thomas Snyderynne medium mansum, sex grossos; Dergleser unum mansum, unum fertonem; Krusinne novem virgas, novem grossos; Domnik novem virgas, novem grossos; Petir Clener, quatuor virgas, quatuor grossos; Micolae quinque virgas cum media, quinque grossos cum medio; Tomke quinque virgas cum media, quinque grossos cum medio; Niklos Ebirhard novem virgas, novem grossos; Niklos Schimham unum mansum, unum fertonem; Michel Sobischerynne unum mansum, unum fertonem.

Suprascripti solvunt unum fertonem de manso.

Infrascripti habent libertatem et possunt solvere usque ad Niklos Rychel, et dant unum fertonem de manso. Hans Kemeler medium mansum; Petir Rudiger medium mansum; Venczke medium mansum; Bernnhart unum mansum; Pauiil medium mansum; Der alde Kolbe medium mansum; Buche medium mansum; Petir Richelin medium mansum; Hannus Fritzcze quindecim virgas; Boze elze novem virgas; Chycznerynne medium mansum; Barthos novem virgas; Niklos Hebesbecke novem virgas; Niglos Rychil medium mansum; Hannus Webir medium mansum; Hans Rotborer medium mansum; Vemk Andres medium mansum; Krombudelinne medium mansum; Jannos Hufarlin medium mansum. Isti habent longam libertatem. Venczke medium mansum; Swarcz Petir medium mansum; Joal medium mansum; Franczke mediu-

mansum; Hanne novem virgas; Hans Czymmerman novem virgas; Kloze medium mansum; Petucze unum mansum; Petir Czimmerman eodem medium mansum; Miczke tres virgas; Franczke medium mansum; Russe novem virgas; Mertin medium mansum; Michelik tres virgas; Jorgeglesser medium mansum; Janke medium mansum; Hans Hopsbocke medium mansum; Cantor medium mansum; Niklos Pridecz medium mansum; Ulberch medium mansum; Pech medium mansum; Marczyn medium mansum.

Summa tres mansi et triginta a Werner computando.

Summa omnium mansorum posessionatorum pro tunc scilicet sub A. D. 1488 . . . mansi et tres virgae cum media.

Item Poloni in Wyelgepolye de sedecim cum medio summae solvunt sedecim cum media mensuras mellis ceu quartalia, et quodlibet quartale valet decem grossos, ita concordavi cum eis, et debet durare ad decem annos, et tunc si plures erunt laborantes, tunc plus solvent.

Summa tres sexagenae minus quindecim grossis, et sic media quarta marca minus tribus grossis.

Nota, quod istae villae tenent granicies cum Kunicze, primo Glinicz, item Bronischow, item Sogorczycz, item Awirczan, item Czucz, item Dobrogow, item Chylkowicz, item Kozegow, item Kliczc alias Kleticz. Et scias, quod in limitibus meis versus Czucz est aedificata una villa, quae vocatur Nuendorff; item quod limites Kuncz et Kozegow et Klycze, primo est aedificata Schuffnechaw, item Wisnia Antiquum et Wysnia Novum, item Busserhaw, Czeczemil: praedictae villae sunt versus Kozegow. Sed versus Klycze sunt villae: Kemenycz, item Noblychow: primo Nuendorff, tenet incola Machhopcz; item Schuffnerhaw, Bluczibor scoltetus in Dobrzechow. Item Wysnya Antiquum et Novum tenet Miczka et Paska, fratres dicti Wyszusky, et etiam tenent Busserhaw; item Czeczemil tenet Konopke alias Syrske, item Kemyenycz et Noblicshaw tenet dominus Yvanus; item abbas Thyniczieusis tenet Brzostek, oppidum cum villa adiacente existens in limitibus Kunicz.

Krosno, ista est civitas murata et magna sicut Grothkow et Jacz in Russiae metis, in Poloniae regno. Item Poloni solvunt sedecim quartalia mellis, et quartale valet octo grossos; item plebanus in Krosno recipit ex ordinatione Johannis episcopi olim Lubuczensis et expost Olomuczensis, sine consensu capituli, de quolibet manso unam mensuram siliginis, et unam mensuram avenae, item habet decimam . . .

FLORENI PER 14 SCOTTOS.

Duo	floreni	faciunt	unam	marcam				et	8	grossos.
3	„	„	1	„	et	3	fertones	„	—	„
4	„	„	2	„	„	1	„	„	4	„
5	„	„	2	„	„	3	„	„	8	„
6	„	„	3	„	„	2	„	„	—	„
7	„	„	4	„	„	—	„	„	4	„
8	„	„	4	„	„	2	„	„	8	„
9	„	„	5	„	„	1	„	„	—	„
10	„	„	5	„	„	3	„	„	4	„
20	„	„	11	„	„	2	„	„	8	„
30	„	„	17	„	„	2	„	„	—	„
40	„	„	23	„	„	1	„	„	4	„
50	„	„	29	„	„	—	„	„	8	„
60	„	„	35	„	„	—	„	„	—	„
70	„	„	40	„	„	3	„	„	4	„
80	„	„	46	„	„	2	„	„	8	„
90	„	„	52	„	„	2	„	„	—	„
100	„	„	58	„	„	1	„	„	4	„
200	„	„	116	„	„	2	„	„	8	„
300	„	„	175	„	„	—	„	„	—	„
400	„	„	233	„	„	1	„	„	4	„
500	„	„	291	„	„	2	„	„	8	„
600	„	„	350	„	„	—	„	„	—	„
700	„	„	408	„	„	1	„	„	4	„
800	„	„	466	„	„	2	„	„	8	„
900	„	„	525	„	„	—	„	„	—	„
1000	„	„	583	„	„	1	„	„	4	„
2000	„	„	1166	„	„	2	„	„	8	„
3000	„	„	1750	„	„	—	„	„	—	„

ITEM E CONTRARIO.

Una	marca	facit	unum	florenum	1	fertonem	et	8	grossos
2	„	„	3	„	1	„	„	—	„
3	„	„	5	„	—	„	„	4	„
4	„	„	6	„	2	„	„	—	„
5	„	„	8	„	1	„	„	4	„
6	„	„	10	„	—	„	„	8	„
7	„	„	12	„	—	„	„	—	„
8	„	„	13	„	1	„	„	8	„
9	„	„	15	„	1	„	„	—	„
10	„	„	17	„	—	„	„	4	„
20	„	„	34	„	—	„	„	8	„
30	„	„	51	„	1	„	„	—	„
40	„	„	68	„	1	„	„	4	„
50	„	„	85	„	1	„	„	8	„
60	„	„	102	„	2	„	„	—	„
70	„	„	120	„	—	„	„	—	„
80	„	„	137	„	—	„	„	4	„
90	„	„	154	„	—	„	„	8	„
100	„	„	171	„	1	„	„	—	„
200	„	„	342	„	2	„	„	—	„
300	„	„	514	„	—	„	„	8	„
400	„	„	685	„	1	„	„	8	„
500	„	„	857	„	—	„	„	4	„
600	„	„	1028	„	1	„	„	4	„
700	„	„	1200	„	—	„	„	—	„
800	„	„	1371	„	1	„	„	—	„
900	„	„	1542	„	2	„	„	—	„
1000	„	„	1714	„	—	„	„	8	„
2000	„	„	3428	„	1	„	„	4	„
3000	„	„	5142	„	2	„	„	—	„

Decem sexagenae latorum grossorum per 21. grossos floreno computando, faciunt 28 florenos et 1 fertonem.

Centum sexagenae eodem cumputando, faciunt 285. florenos, 1 fertonem et 3 grossos latos.

Nota. 1 marca = 1 flor et 20 gros. = 4 fert. = 24 scot. = 48 gros.
1 florenus = 2 fert. et 4 gros. = 14 scott. = 28 gros.
1 ferto. = 6 scott = 12 gros.
1 scottus = 2 grossis

T. Ż.

INDEX
nominum personarum, locorum etc.

IN TOMO PRIMO

LIBRI BENEFICIORUM

OCCURRENTIUM.

STUDIO

THEOPHILI ŻEBRAWSKI

conscriptus.

In Libro Beneficiorum commemorantur familiae, oppida et pagi, quorum quaedam jam plane interierunt; nomina autem eorum adeo sunt plerumque incerta, ut in ipso codice autographo una eademque res diverso modo scripta passim reperiatur. Quum itaque non raro difficile sit, recte scriptum nomen eligere, qui edendis DLUGOSSII operibus curatores sunt, aequum censuerunt, nomina diverso modo scripta prorsus immutata relinquere; nomina autem locorum, quorum situs designari potuit, recenti more scripturae in Indice explicantur. Sunt etiam in Libro Beneficiorum insignia quaedam gentilicia, nostris scriptoribus, artis heraldicae peritis, omnino incognita, saepius mutato nomine occulta; horum quoque explanationem partim Indici inseruimus. Paginarum numeri adjecti sunt nominibus, recenti aut parum diversa scriptura exaratis; nomina vero, quibus numeri non sunt appositi, quaerantur ad voces insertas. Vocabula peregrina, literis obliquis distincta, exponentur in alio Indice, qui una cum notabiliorum rerum enumeratione, sub finem tomi tertii est ponendus.

INDEX

NOMINUM PERSONARUM, LOCORUM etc.,

in tomo primo Libri Beneficiorum occurrentium.

A.

*) arma, stemma, insigne gentilitium.
**) vil. s. p. d., villa sub parochia de.

B.

*) vil. h. e. p., villa habens ecclesiam parochialem.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

J.

K.

L.

Ł.

M.

N.

O.

Q.

R.

S.

T.

Precipuum et primarium pro sue celsitudinis digni
tate, nomine et merito Cracoviensis Ecclesia inter Ecclesias
Polonicas post Gneznensem favore altissimi sortita locum,
tanto amplioribus efferenda est preconiis, quanto constat
illam eadem ordinacione divina eminenciori ubertate honorum et prerogativarum affluencia in singulis
Quippe que sola singularum aliarum excellenciam supergressa, nobilissima Cracoviensi sita est, que et totius Regni Po
cum celebri urbe Polonica et in arce nobilissima Cracoviensi sita est, que et civitates Polonie sortita illustrior
lonie facile est caput et vertex, principatum inter urbes et civitates Polonie sortita. In ea Ecclesia In ea
Metropolis gentis et Regni censeatur. In ea siquidem est Regia sedes. In ea Erarium. In ea
Regni dyadema ceteraque insignia. In ea privilegia, clenodia et diversa Regni. In hac gene
rale gymnasium quo ingenia excoluntur, erudiuntur et ingenia. In hac coronantur, ungun
tur Reges. In hac curie et certamina. In hac solemnitates omnes celebrant. Ab hac Polonie regio
redduntur iura. Generalissima ordinat et in universum Regni decernit. In hac gladiatoria
munera et theatrales eduntur ludi. Hec Regum corpora condit, hec eorundem incunabula
et infancia alit. Ad quam ex Hungaria, Moravia, Bohemia, Austria, Slezia, Maiori Polo
nia, Saxonia, Prussia, Russia, Lithwania, Walachia variarum mercium confluxus
vinitur; referuntur que ex eadem amplam et diffusam vix alium in orbe katholico cum
pabilem. Ad [illegible] Almanica et in latum et in longum extendentem se habea
Diocesim. Quod ne cui incredibile videatur, eciam limites eius porta tenduntur cum limites
eius quatuor ad Luczensem spectat diocesim a villa Prussin per villas Zbuczin, Lukow,
Drzewicz, Wlan, Czemiernik, Parczow, Ostrow, Nowygrod, Lanczna, Laczikow
Trzebieschow, Wlan, Czemiernik ab opido Byssenicze. Item alia
Byalka. Item quintum spectat ad diocesim Chelmensem, Bychawa maior, Charzow, Wszola,
Czemiernik, Czastkowicze, Chrzonow,

CORRIGENDA.

pag.	vers.	loco	lege
I.	25.	*Deniqua*	Denique:
III.	12.	pergamenis	pergameneis
—	32.	consistentium	consistentia
VI.	9.	*Domini*	*Dominici*
30.	38.	haereditariae	haereditarie
31.	2.	„	„
41.	18.	Srzanyawa	Srzenyawa
45.	37.	Gay	gay
47.	36.	motto	motis
48.	16.	Szythniky	Sczythniky
51.	16.	duabus	duobus
52.	8.	theutonicatus	theutonicales
54.	26.	cmethon	cmetho
—	28.	vigenti	viginti
56.	9.	baccalaareus	baccalaureus
63.	14.	ad eius	et ad eius
64.	21.22.	Poby-odr	Po-byodr
65.	35.	crispus	Crispus
66.	6.	secundens	succedens
—	25.26.	Poby-odr	Po-byodr
—	34.	pecuniarum	pecuniarium
67.	14.	Mercury	Mercurii
70.	26.	rubetta	rubeta
75.	28. 36.	urbanus	Urbanus
—	35.	brzeszense	Brzeszense
—	38.	brzeszensi	Brzeszensi
78.	29.	*Zprzqszq*	*zprzqszq*
82.	16.	Priybiradz	Przybiradz
83.	16.	Polaniae	Poloniae
84.	18.	*Woyewoda*	Woyewoda
—	25.	de ecclesiae	ecclesiae

pag.	vers.	loco	lege
85.	6.	Polaniae	Poloniae
89.	32.	3zedliszka	*szedliszka*
91.	1.	ex antiqua	ex antiquo
92.	17.	vocatur	vocantur
95.	12.	Rogoze Bodzantha,	Rógoze, Bodzantha
—	35.	manuales	manuales
115.	10.11.	Wy-anczlawicze	Wyan-czlawicze
122.	17.	sita	sitae
—	40.	ex praediis, agris	ex praedii agris
154.	22.	gaiios	gayos
—	23.	gaiia	gaya
159.	36.	qua propter	quapropter
160.	11.	canariorum	conariorum
—	35.	Sadosvie	Sadowie
169.	38.	capitulum	commutavit capitulum
174.	21.	in dies	indies
—	32.	Canerorum	Cancrorum
185.	1.	inusitabat	mussitabat
190.	4.	immediatee	immediate
—	14.	Dzatosza	Dzalosza
192.	25.	Samboriensis	Sambiensis
201.	28.	praestimoniarum	praestimoniorum
205.	12.	locus	lacus
207.	6.	Lyesszewyecz	Lyesszenyecz
209.	13.	Johannis	Johannes
213.	34.	episcopi Cracoviensis	episcopum Cracoviensem
215.	19.	Czechowska	Czechowka
220.	18.	praefata	praefatae
—	32.	Loktek, primi	Loktek primi,
221.	17.	Jutrzyny	*jutrzyny*
222.	38.	Bochum	Bochun
226.	4.	Saffraneones	Saffrancones
—	6.	Schaffraneonum	Schaffranconum
228.	8.	fuerit	fuerint
229.	39.	sartorio	sartori
236.	32.	Zlodziey	Zlodzey
238.	14.	Opathkowicze, Vislai	Opathkowicze Vislai
—	20.	Petrus ot	Petrus et
—	21.	Accipitrum et Kuropatwae,	Accipitrum, et Kuropatwae
241.	20.	fundatores	fundatoris
243.	9.10.	Cracoviensis	Cracovienses
—	34.	Jacob	Jacobi
256.	12.	praelatum	praefatum
—	13.	regimine cpiscopi	regimine . . . . . episcopi
—	18.	si quidem	siquidem

pag.	vers.	loco	lege
256.	37.	baechrath	barchrath
261.	37.	proprius	pro prius
268.	10.11.	differentio	differentior
270.	8.	Hedvigis	Hedvigi
276.	26.27.	Py-otrkow	Pyotr-kow
283.	12.	molendinum est	molendinum non est
293.	16. 24.	sarra	serra
294.	20.	Troconicalibus (sic in autographo)	teutonicalibus
301.	17.	liminosis	limosis
—	26.	veteris	veteri
—	—	sepersunt	supersunt
304.	6.	Phalyaczanka	Phalyanczanka
305.	11.	Oszowycze	Gszowycze
306.	33.	haeres	haeredes
307.	32.33.	"	"
—	33.	*szyestrzenyecz*	Szyestrzenyecz
308.	8.	*mleczkowskie*	Mleczkowskie
311.	22.	Nykraschow	Nyekraschow
311.	33.	Wiarzbyantha	Wirzbyantha
312.	37.	*messes*	messes
318.	24.	Zyebroniek	Fyebroniek
319.	38.	Jaroszek Joannes	Jaroszek et Joannes
321.	7.	Gywasnika	Gywaniska
326.	4. 11.	Byalyczow	Byalyaczow
331.	8.	Johannis	Johannes
335.	18.	Damuyewycze	Damnyewycze
339.	13.	Szulycoviensis	Szulyeoviensis
—	18.	Sulicoviensi	Sulieoviensi
387.	21.	aurifaber	Aurifaber
404.	21.	devotionem	deteriorem
406.	9.	Castro	castro
413.	24.	Canerorum	Cancrorum
415.		451.	415.
417.	27.28.	Byelicza	Byelcza
425.	33.	Johannis	Petri
435.	3.	Zabow	Zaborow
—	30.31.	Pertinebat	Pertinebant
439.	27.	Konyuszky	Konynszky
442.	22.	Koniusky	Koninsky
446.	7.	Gambcze Wylkonis	Gambcze, Wylkonis
463.	4.	Czyrweona	Czyrwyona
465.	28.29.	Schydlowy-eczskiey	Schydlo-wyeczskiey
—	30.	Domaszowicze.	Domaszowicze, ...
475.	26.	Rapaelis Zawischii	Raphaelis et Zawischii

pag.	vers.	loco	lege
476.	31.	Koslomlothy	Kostomlothy
480.	33.	*Gonowska*	Gonowska
493.	19.	altera	alteram
498.	10.	solvuntur	solvunt
504.	21.	"	"
509.	22.	Przedbor, in oppido	Przedbor. In oppido
512.	9.	sennio	senio
513.	2.	quingentesimo	quadringentesimo
532.	29.	tygrium	tigrinum
—	30.	introitum	introituum
—	40.	Boleste	Bolestae
539.	14.	quam	quem
—	—	locavit cum	locavit eum
541.	4.	" "	" "
—	22.	altero	altera
542.	19.	locavit cum	locavit eum
543.	14.	" "	" "
545.	8.	minus	nimis
546.	17.	rube	rubeo
—	22.	cardinalis	cardinalis ....
549.	16.17.	Gy-ethka	Gye-thka
569.	32.	circa eadem	circa eandem
570.	16.	almatium	almucium
573.	3.4.	Ilbrantowa, utraque Maiore et Minore Januszowa,	Ilbrantowa utraque Maiore et Minore, Januszowa,
—	6.	Podlcze	Podleze
—	15.	intratus	introitus
—	17.	cimeterio	coemeterio
576.	1.	supersticiosa	superstitiosa
—	7.	prophanatus	profanatus
—	9.	dosolatus	desolatus
—	26.	heroas	herous
—	33.	carismata	charismata
601.	34.	Septimana	septimana
604.	11.12.	millesimo ducentesimo regnare coepit, (sic in autographo)	millesimo ducentesimo nonagesimo sexto regnare coepit,
607.	35.	Tarnawsky	Tarnowsky
611.	28.	Podogrodzky	Podgrodzsky
620.	1.	primi monachi	primum monachi
621.	21.	scripto	scripti
623.	13.	Scoltetus	Scultetus
631.	19.20.	Wy-eprz	Wyeprz
644.	9.	paeter	praeter

Nomina, quae literis spatiatis sunt distinguenda:

pag. 18. Przelank, p. 42. Bodzanov, p. 46. Raczyborowycze, p. 128. Bodzanow, p. 160. Lupiglow, p. 218, Bodzanczin, p. 285. Lyodza, 394. Calvi Montis, p. 412. Syedlyecz, Pelczyska, p. 413. Pelczyska, p. 423. 424. Strosziska, p. 429. Grabya, p. 476. de Kazimirz, p. 521. Christini de Lublin, p. 527. Scarbimiria.

e contrario vero:

pag. 346. 358. loco Byelyeowska corrige Byelyeowska, et simili modo sequentia:
„ 141. 153. 481. Byezanowska.
„ 47. 145. Bossuthowska.
„ 115. Casimirienses.
„ 139. Chmyelyczska.
„ 78. 90. 122. 123. 145. 215. Czechowska.
„ 249. Doyazdowska.
„ 61. 63. Dzyewyathelska.
„ 172. Glambinowska.
„ 140. 141. Gonowska.
„ 41. 42. 43. 44. 158. 519. Goreczska.
„ 131. 136. Gostczicziska.
„ 135. Gosczyczska.
„ 53. Hierosolimitani.
„ 56. 58. Karnyowska.
„ 357. Konyczsky.
„ 41. Krzeszowska.
„ 72. 123. 252. Krzesławska.
„ 61. Lanthkowska.
„ 193. Lublinensem.
„ 134. 135. 136. 137. Marchoczska.
„ 53. Myechoviensem.
„ 131. 133. 172. 191. Naazowska.
„ 316. Pyekarska.
„ 170. Posandzska.
„ 155. Raciborowska.
„ 148. Racziborska.
„ 147. 247. Raczyborowska.
„ 66. Romana.
„ 43. 127. 128. Roszeyowska.
„ 141. Rzemyadzyczska.
„ 274. Schadkoviensis
„ 462. Schewyenska.
„ 247. Schythniczska.
„ 536. Scithniczska.
„ 48. 150. Sczythniczska.
„ 415. Sidlowska.
„ 127. Sthanyantheczska.

